Ex lib. [illegible] [illegible] de Rosa
[illegible] Neapol. an. 1749

FRANCISCI MARADEI

J. CONSULTI, ET ADVOCATI Neapolitani.

OLIM JUDICIS M. C. V.

NOVISSIMÆ ANIMADVERSIONES, ET OBSERVATIONES

Ad Resolutiones feudales, & Fideicommissarias graviores, cæterasque Jurisdictionales, Præeminentiales, & Criminales, quæ continentur in Prima, & secunda centuria resolutionum Forentium.

REGII CONSILIARII

PAULI STAIBANI

JUNIORIS

Olim in publico Neapolitano Lyceo Juris Feudalis Interpretis

Quæ exornantur, & locupletatæ redduntur rebus novissimè judicatis in Supremis Tribunalibus, & Juris Allegationibus diversorum insignium Juris Consultorum Urbis Regiæ Neapolis, non hactenùs in lucem proditis, in quibus abstrusiores Juris quæstiones, quæ frequentius in foro accidunt singulari doctrina resolvuntur.

CENTURIA PRIMA, ET SECUNDA.



NEAPOLI MDCCXXIV.
Sumptibus Nicolai, & Vincentii Rispoli.

Superiorum permissu, & Privilegio.

FRANCISCI MARADEI

J.CONSULTI, ET ADVOCATI Neapolitani

NOVISSIMÆ

Animadversiones, & Observationes ad Resolutiones Feudales, Jurisdictionales, & Criminales.

REGII CONSILIARII

PAULI STAIBANI

JUNIORIS,

Olim in Publico Neapolitano Lyceo Juris Feudalis Interpretis.

PRÆFATIO.

AGgredior observationes.& animadversiones ad resolutiones illas feudales, quæ continentur in prima, & secunda centuria *resolut. forens. D. Regis Consiliarii Pauli Staibani, olim Cathedratici, & Interpetris Juris Feudalis in publico Neapolitano gymnasio*, & sic aggredior materiam arduam, & perdifficilem, quam non ab omnibus intellectam existimavit D. noster Author in suis *Observationibus ad resolut. 183. n. 41. cent. 2. & D. Consiliar. de Curte in suo divers. Juris feudalis in principio num. 1. & num. 14. &* 6. adeo extollit Feudorum materiam, tanquam dignitate, nobilitate, & utilitate præfulgentem, maximè in hoc Regno nostro, quod ejus propria verba hic trascribenda duximus, ibi, *est enim ad dignitatem præstantissima, ad utilitatem fructuosissima, ad usum perquam necessaria. Et quid enim nobilibus, quam de omnibus nobilitatis gradibus agere? Quam feudorum viam aperire, vim, naturamque illustrare? exploratam perfectamq; habere? In quibus omnibus Regia Majestas, supremum, ac directum habet dominium: utilitatem verò maxi-*

 mam,

mam, materia præ aliis affert, in qua ut plurimum publica versatur utilitas, & lucrosa admodum, ut testatur Boer. decis. 2. num. in qua sæpissimè oriuntur quæstiones inter Reges, & Principes, & Petrus Rebuff. in Arbore, quam de feu. inscripsit, dicit, quod feudorum causæ sunt graves, & magni ponderis, magnosq; solent præstare proventus, quorum quæstio sæpius, ac frequentius, quam ulla alia res in publicis actionibus; in contractibus in commerciis agitanda proponitur, idque, & si in omnibus locis observari videmus, tam maximè in Italia, & de Italia in hoc nostro Regno frequentius tractare contingit, Meritò *D. de Curte* tribuit Regnicolis specimen, & preclaram cognitionem feudalis scientiæ; siquidem semper extiterunt in hoc Regno præclarissimi, & doctissimi illi viri, qui adeo in illa floruerunt, & materiam illustrarunt, perutilibus illis commentariis, & scholiis discentibus satis opportunis, quod vix ullus inveniri possit ex Exteris Authoribus qui tam diligenter, & accuratè eamdem materiam pertractaverit, & specimen sui dederit, quod comparari possit cum *Andrea de Isernia, Camerario, & Horatio Montano* feudorum Evangelistis, & Monarchis, prout de eisdem loquens dixit *Reg. Scipio Rovitus in Censura ad Montani tractatum de Regalibus Officiis, & ad Repetitionem Legis Imperialem, & de Isernia* loquens *Panzirol de claris legum interpetrib. lib. 2. cap. 69. vers. Alter Andreas tanta autoritatis fuit, ut Regni Neapolitani J. Consil. Evangelista vocetur preclarus; ujus feudorum, & Regni Siciliæ Constitutiones edidit, quæ penes Jurium Studiosos magno in pretio habentur* Undè Eminentissimus *Cardinalis de Luca* adeo de nostris in hac facultate honorificè sentit, quod in *discur. 31. de feudis num. 8.* ità illis palmam tribuit *ac propterea venerando ut decet majestatem, magnamque doctrinam illorum Tribunalium, & Professorum, qui in omni materia, potissimè in ista feudali rectè dici possunt de legali facultate optimè meriti, & quibus aliarum Regionum Professores nimium debeant pro hujus feudalis materiæ, notitia & elucidatione.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem Primam

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*

2 *Revocatio venditionis Feudi, an censeatur facta ipso jure, si venditor Feudi, ante Assensum impetratum, Feudum primo loco venditum alteri vendiderit, num. 15. & 16.*

3 *Revocatio venditionis Feudi, an fieri possit postquam fuerunt porrectæ preces pro Regio assensu.*

4 *Revocationi an sit locus tam per mortem alienantis, quam ementis Feudum, & an revocatio revocationis convalidet primam alienationem. num. 5.*

6 *Prælatio an competat primo Feudi emptori, qui habuit Feude possessionem, & obtinuit super eo Titulum.*

7 *Revocatio venditionis Feudi quomodo est facienda ad hoc ut legitimè facta dicatur, num. 8. & 9.*

10 *Revocationis notificatio an suppleatur per scientiam revocationis aliunde habitam.*

11 *Decisio Reg. S. Felicij examinatur; & explicatur. num. 12.*

13 *Revocationis notificatio requiritur in terminis statuti, seù Pragmaticæ requirentis legitimam notificationem, ex quo non sufficit scientia etiam Judicialis.*

14 *Revocationis notificatio facta Procuratori non habenti mandatum speciale an sufficiat in terminis Regia Pragmatica.*

17 *Revocationi an sit locus expedito assensu* per verbum fiat, *& de praxi expediendi talem Assensum, num. 18.*

19 *Assensus expeditus in forma privilegij Regiæ Cancellariæ, non continet diem expeditionis, sed diem memorialis expediti* per verbum fiat.

20 *Cautela traditur ad favorem ementis Feudum ad hoc ut emptor præstet Juramentum ligii homagii ne fiat locus revocationi.*

21 *Cautela traditur ad favorem creditorum ad cognoscendum an assensus sit legitimè expeditus infra biennium, vel post biennium nu. 22.*

23 *Assensus expeditus super Feudalibus* per verbum fiat, *an porrigatur super obligatione officis Regalis, & num. 24. & 25.*

26 *Assensus difficilius conceditur super hypotecha officii, quam super Feudalibus.*

27 *Assensus expeditus* per verbum fiat *an, & quando habeatur pro assensu perfecto.*

Et quid elapso biennio. n. 28.

Et quid facta empara Regii Sigilli nu. 29.

Et quid si registrat o impedita esset. n. 30.

31 *Et quid quando peteretur restitutio in integrum adversus registrationem non factam intra biennium.*

32 *Assensus si non fuerit expediens per clausulam* quod fiat in forma *sed tantum fuerunt porrectæ preces pro assensu, & provisum quod intimetur parti, an admittatur revocatio.*

33 *Affertur distinctio* D. Rodoerii, *cui adhærendum putavit Author. n. 34 & 35.*

36 *Revocatio venditiones Feudi virtute constitutionis erit locus tam per moreem venditoris, quam emptoris, facta tamen distinctione inter unum, & alterum casum.*

37 *Assensus quod possit præstari per mortem emptoris absq; nove contractu inito cum hærede, Sed præcedente tantum ejusdem consensu approbativo est communis opinio recepta in Regno cum antiquis, & novissimis rebus indicatis. n. 38. 39. & 40.*

41 *Et num consensus approbativus resultet per ratihabitionem, vel alium actum facti.*

42 *Hæredes venditoris Feude an possint cogi per novum contractum ratificare Instrumentum, vel defuncti Feudatarii dispositionem. n. 43.*

44 *Assignatur discriminis ratio inter assensum impetratum post mortem venditoris, & post mortem Emptoris.*

45 *Reg.* Roviti *opinio falsa demostratur.*

46 *Authoribus qui libros Typis demandant in quibus testantur de rebus judicatis Supremorum Tribunalium fides est adhibenda, quamquis in iure dicendo non interfuerint, & de ratione num. 47.*

48 *Reicitur opinio contraria* Reg. Merlini, & Reg. Capicii latri.

49 *Sententia, & decreta prolata ex causis allegari non possunt ab Authoribus qui in illis non interfuerunt, quia non possunt scire motiva, & rationes*

nes decidendi. n. 50.

51 *Cautela traditur ad favorem hæredis emptoris ad hoc ut sit locus revocationi.*

52 *Assensus post revocationem non sustinetur etiam si sit facta revocatio revocationis,*

53 *Et quæ sit cautela in praxi proficua.*

54 *Assensus potest impetrari in venditione sub hasta revocatione non obstante.*

55 *Item potest impetrari super cessione crediti post mortem cedentis.*

56 *Item potest impetrari post mortem favore dotis.*

57 *Et quid in Antefato.*

58 *Et quid facta revocatione per hæredem.*

59 *Et quid quando bona obligata pro dote reperiantur penes tertios possessores.*

60 *Prælatio an competat primo Feudi emptori qui habuit possessionem, & obtinuit Titulum super Feudo.*

61 *Assensus impetratus lite pendente, & parte inaudita non opitulatur.*

62 *Consiliarius* Joannes Baptista Melior *debitis condecoratur laudibus.*

63 *Assensus impetratus nulla facta mentione litis non prodest, quia est subreptitius.*

64 *Assensus lite pendente non conceditur, nisi facta disputatione super vitio litigiosi.*

65 Lanarii consilium 17. *declaratur tribus modis.*

66 *Assensus non potest impetrari lite pendente, quando fuit oppositum de defectu Assensus. n. 67.*

68 *Assensus impetratus prævia Principis dispensatione super litis pendentia intelligitur cum clausula* juribus alienis semper salvis.

69 *Assensus impetratus non dicitur re integra, quando Feudum obligatum non erat in posse debitoris contra quem fuerunt cessa jura Feudalia.*

70 *Assensus cedentis cessionario non opitulantur ob defectum novi assensus in traslatione Jurium.*

71 *Cessionis ea est virtus ut in cessionarium transeat solummodo utilis actio remanentibus directis penes cedentem.*

72 *Cessionarius non potest agere concurrente uno ex tribus requisitis* legis tertiæ de novationibus.

73 *Cessio quando est facta ad commodum cessionarii, & non cedentis, non potest cessionarius recursum habere contra cedentem.*

74 *Cessio quando est facta cum juramento non potest cedens agere.*

75 *Cessionarius non potest exercere Jura Feudalia.*

76 *Assensus concessus super cessione Jurium post quam Iura fuerunt extincta per solutionem non prodest maxime si fuerit impetratus lite pendente nulla de lite facta mentione.*

77 *Assensus obtentus per cessionarium post cessionem non potest officere creditoribus, qui medio tempore contraxerunt, quando ageretur de nova actione acquirenda in præjudicium creditorum.*

78 *Cessionarius jurium Feudalium etiam nullo impetrato assensu super cessione, potest cogere cedentem ut agat in beneficium ipsius cessionarii, & sic decisum refertur.*

89 *Litigiosi vitium procedit quando agitur de cessione facta lite pendente à convento actione reali.*

80 *Assensus potest impetrari lite pendente quando agitur de obligatione contracta per debitorem ante litem, nec est necessaria mentio litis in petitione Assensus.*

81 *Assensus regulatur à contractu.*

82 *Assensus potest impetrare à decocto super contractu inito ante decoctionem bonis adhuc non distractis, & referuntur decisiones.*

Vitium litigii cessat in alienatione necessaria, quæ fit virtute pacti de retrovendendo.

83 *Assensus potest impetrari super cessione jurium acquisitorum, per cessionem habitam à creditore cum Assensu, quamvis non esset facta mentio de lite.*

84 *Assensus non redditur nullus ob vitium litis in cessione necessaria, quæ fit virtute pacti antecedentis de retrovendendo.*

85 *Assensus subreptio non consideratur, quando Rex concessisset Assensum, etiam si fuisset expressum illud, quod non fuit expressum.*

1 HAbetur in hac D. mei resolutione, quod Jo: Baptista Penna post venditionem Terræ S. Angeli factam sub die 27. Januarii anni 1612. Marco Antonio de Ponte Regenti, & Præsidenti S. R. C., & post obtentum ab eodem Titulum Marchionatus super Terra prædicta idem Jo: Baptista sub die sequenti 28. Januarii 1612. revocavit venditionem virtute *Constitutionis Divæ Memoriæ*, ipso autem emptore nō intimato, neque audito; Mortuo Jo: Baptista vēditore, Julius Cæsar Penna eius filius primogenitus successor in feudalibus vendidit eandem Terram Placidæ Grimaldæ Marchionissæ Petræ, & porrexit memoriale in Collaterali Consilio pro præstatione Assensus sub nomine Julii Cæsaris, & nulla legitur decretatio subscripta ab aliquo ex Dominis Regentibus, *quod fiat in forma*; Habita notitia de dicta secunda vēditione à Marchione S. Angeli comparuit in Collaterali Consilio ibiq; institit, non esse præstandum Assensum super secunda venditione facta Marchionissæ Petræ; Et saltem esse præferendum, dum ipse stabat in possessione feudi virtute primæ venditionis juxta supplicationem in S. Cons. porrectam sub die 24. Decembris fuit provisum per Collat. Consilium, quod Reg. Marchio Corleti relationem faceret.

In anno 1623. Mortuo Julio Cæsare venditore, Franciscus Penna eius frater, & successor in feudalibus, mediante publico instrumento revocavit venditionem tamquam factam sine Assensu, & demum in anno 1625. mortua Marchionissa Petræ emptrice revocavit revocationem per aliud publicum instrumentū; interim idem Franciscus Penna se concordavit cum Marchione S. Angeli, qui renunciavit petitæ prælationi, & liti intentatæ per eius Patrem. Quo peracto idem Franciscus comparuit pro expeditione Regii Assensus, quem obtinuit in forma Regiæ Cancellariæ sub die 16. Junii 1628. & sic post decem annos a die venditionis, & elapso biennio à die decretationis fieri solutæ per *verbum fiat* nulla facta expressione in precibus, venditorem, & emptorem, tunc esse mortuos; Nec quod post mortem Julii Cæsaris Penna venditoris venditio revocata extiterat per Franciscum eius hæredem virtute Constitutionis, & quod postea fuerat facta revocatio revocationis; Quare Franciscus Grimaldus Marchio Petræ, qui non fuerat auditus in expeditione Assensus revo-

cavit ipse quoque per publicum instrumentum emptionē dictæ Terræ tamquam hæres Marchionissæ Matris

Et qua facti serie multæ oriuntur feudales cōclusiones, & animadversiones.

2 Prima, si revocatio venditionis feudi facta die sequenti post venditionem non intimato emptore sustineatur; Et an revocatio censeatur facta ipso jure si idem venditor post primam venditionem ante assensum feudum primo loco venditum alteri vendiderit.

3 Secunda, an revocatio fieri possit postquam preces fuerunt Principi porrectæ pro Regio Assensu; Vel fuerit obtentus Assensus in calce memorialis cum decretatione illa fieri solita per *verbum fiat*.

4 Tertia, an tàm per mortem alienantis, quàm ementis feudum sit locus revocationi, & requiratur in utroque casu; novus consensus hæredis præcedente novo contractu, super quo interponi possit novus Assensus; Et an revocatio revocationis convalidet primam alienationem jam revocatam.

5 Quarta; an primo feudi emptori, qui habuit feudi possessionem, & obtinuit super eo Titulum cōpetat prelatio contra secundum emptorem petentem Assensum super secunda venditione.

6 His conclusiones quamvis degustaverit D. meus nonnulla non degustata, nec examinata adiicienda putavimus.

Et quoad primam propositam conclusionem
plenius differendum erit de modo, & forma revo-
cationis contractus feudalis virtute Constitutio-
7 nis. Et quomodo in Regno hodie fieri debeat ad
hoc ut legitimè facta dicatur.

8 Revocatio venditionis feudi ex communi observantia, & praxi, quæ in hoc Regno invaluit, facienda erit mediante publico instrumento celebrando coram Notario, & testibus, ut post *Parid. de Puteo*, & *Frecc.* testantur *Reg. Capic. latro consult. 109. num. 34. lib. 2., & Consil. de Rosa consult. 14. nu. 13.* Et quamvis in contrariam sententiam iverit *Reg. Galeota contrav. 62. num. 13., 15. & 16.* qui dixit non esse necessariam scripturam cum revocatio sit protestatio dependens ab animo protestantis; ejus opinio reiicitur nedum ex traditis per *Consil. Theodor. allegat. 96. num. 21., & per Reg. Capic. latro decis. 43. num. 19.* Sed ex diuturna praxi quam receptam vidimus notificandi revocationem partibus cum copia authentica instrumenti factæ revocationis coram Notario, & testibus.

9 Quæ revocationis notificatio est inviolabiliter facienda ad hoc ut sumat vires revocatio; & habeat firmitatem juxta *Prag. 11, in §. 75. de offic. Iudic.* quam emanatam fuisse de ordine Philippi Secundi Sapientissimi Regis, & ad consultationem doctissimi Interpretis facultatis feudalis *Consiliarii de Georgio*, ut ipsemet testatur *in Repetitionib. feudal. lib. cap. 16. num. 24.*, & ideò post hanc legem Regiam sopitam esse altercationem inter *Regentem Galeotam & Capic. latro*, circa modum revocationis faciendæ dixit *Cardinal. de Luca de feudis disc. 66. num. 10.*

10 Non tamen sublata videtur difficultas, si notificatio requisita per Regiam Pragmaticam suppleatur per scientiam revocationis aliundè habitam, maximè si scientia habita fuerit plena cum omnibus qualitatibus juxta perpensa apud *Consiliar Marcian. cons. 8. num. 9., & 10., & cons. 45. num. 8. & 9.* Et quamvis casus videatur decisus apud *Reg.*
11 *Sanfelic. decis. 105. nu. 18.* ubi à majori parte vo-
tantium fuit habitum pro vero sufficere scientiam
revocationis, ut desumitur ex illis verbis. *Et de oppositione, quod non fuit denunciata ipsi Joanni Aloysio juxtà formam Regiæ Pragm. editæ per Comitem de Lemos, vulgo dicta dell' ottantanove capi sub cap. 75., nulla fuit habita ratio, quia constabat de revocatione notitiam habuisse, quod sufficit juxta distinctionem Bar. in l. denunciasse § quid ergo ff. ad l. Juliam de adulteriis, nàm quando denunciatio fit ad hoc, ut certificetur, quod in dubio præsumitur, tùnc scientia est de substantia, non denunciatio secundùm Din. in regula eum, qui certum de reg. jur. in 6. tùnc verò est de substantia denunciatio secundùm Bart., quando non solùm fit ad hoc: ut sciat, sed ut aliquid fiat, tùnc non sufficit scientia, sed requiritur denunciatio, & ità majori parti Dominorum visum fuit.*

12 Verùm dicta decisio non est adeo tuta, quod
contrarium non possit probabilitèr defendi; & su-
stineri quemadmodum sustinuit acutissimus Re-
gius Consiliarius Petrus de Fusco, qui dum Ad-
vocati Principis Montis Militum munere funge-
batur de anno 1694. insurrexit contra dictam de-
cisionem, & contra Montem Septem Operum Mi-
sericordiæ, contendens tàm ore, quam calamo in
Supremo Collaterali Consilio dictam decisionem
non esse applicabilem in terminis Regiæ Pragma-
ticæ tanquam innixam in *Bartoli* doctrina *in l. de-*
nunciasse, qui loquitur in terminis simplicis denun-
13 ciationis requisitæ à lege; sed aliter asseveran-
dum erit in terminis statuti requirentis legitimam
notificationem quemàdmodum Regia Pragmatica
requirit; quia tunc non sufficit scientia, sed requi-
ritur judicialis intimatio facienda per publicam
scripturam ex *Pereg. consil. 26. num. 16., & 17. tom.*
1. cum coeteris allegatis per *Cottam de facti scient., & ignor. inspect. 63. nu. 14.* concordant *decisiones allatæ per Rovitum, & per nos in observat. ad singul. nostri Genitoris 342. num. 28.* ubi quod non
sufficit scientia etiam judicialis, quando requiritur
actualis intimatio, & notificatio requisita à sta-
tuto.

14 In eadem facti specie Principis Montis Militum addebatur, quod non sufficiebat intimatio facta Procuratori, qui non habebat speciale mandatum stantibus illis verbis Pragmaticæ, *le rivocazioni si debbano notificare alle Parti*; sed appellatione partium dicebatur, quod non comprehenditur Procurator ex *Calderino cons. 12, num. 6. de verbor. signific.* Unde neque sufficiebat scientia Procuratoris ex *Alex. in addiction. ad Bartol. in d. l. non solum 8. §. morte sive in l. morte num. 38. lit. N.* Cum scientia Procuratoris non dicatur scientia Domini, ut ex *Angelo, Natta, Surdo, & Pancirolo* benè observat *Giurba observat. 53. num. 11. in fin.* Verum quod sufficiat revocatio, facta Procuratori generali defendit *Consiliar. Roccus respons. 97. nu. 7.* qui ità determinatum refert per Arbitros *num. 19. tom. 2.*

Neque sublata videtur controversia, si revoca-
tio venditionis feudi primo loco celebratæ ipso ju-
15 re facta censeatur, si idem venditor ante impetra-
tionem Assensus, rem feudalem alteri vendide-
rit, nulla præcedente revocatione facta servata
forma Constitutionis, & Regiæ Pragmaticæ. Si-
qui-

quidem apud eundem *Reg. Sanfelic. citata deciſ.*
105.num.19. & 21. fuit deciſum contractum pri-
mæ venditionis non revocatæ ipſo jure revocatum
cenſeri ob ſecundam venditionem factam ante Aſ-
ſenſus impetrationem per doctrinam *Marini Frec.*
cia lib.2.de ſubfeudis q.30. nu 5. Verum animad-
16 vertere oportet, quod talis deciſio proceſſit; ex quo
ſecundo emptori poſſeſſio jam tradita mediante pu-
blico inſtrumento Regio Aſſenſu vallato, ut con-
ſtat ex traditis per eundem *Sanfelic. num. 13.* Et
quod doctrioa *Freccia* io iſtis duobus caſibus ſit
vera, nempè quando emptori fuerit tradita poſſeſ-
ſio, vel quando ſuper ſecundo contractu fuiſſet Aſ-
ſenſus primo impetratus, ut declarat *Reg. Capic.La-*
tro conſult.11.num.22. lib.1. Quæ duo deficiebant
in propoſita ſpecie hujus reſolutionis nam ſecun-
dus emptor non erat in poſſeſſione Terræ S. An-
geli, nec legitimum aſſenſum impetraverat ſuper
ſecunda venditione, neque revocatio primæ vendi-
tionis erat legitimè facta.

Quoad ſecundam concluſionem. Veriſſimæ ſunt
D.mei aſſertiones quas trauſit *num. 7. 19 29. 30.*
17 *32. & 91.* nempè quod expedito aſſenſu per *ver-*
bum fiat non erit locus revocationi infra bien-
nium; Nos ſuperaddenda tantum duximus ea quæ
cootingere poſſunt. Circa veram praxim, quæ re-
cepta ſe habet in expeditione hujuſmodi aſſenſus,
& circa regiſtrationem privilegii, & circa revoca-
tionem contractus feudalis ex defectu ejuſdem aſ-
ſenſus.

18 Scire oportet illud quod omnes ex Curialibus
ſciunt, ſed oon omnes benè, quod poſtulato in
ſupremo Collaterali Regni Neapolitani Regio aſ-
ſenſu ſuper contractu feudali decernitur in calce
memorialis porrecti, quod *fiat in forma*, ibidem
notatur dies adeo quod poſtmodum in expeditio-
ne privilegii in forma infra biennium non apponi-
tur alia dies, niſi illa quæ jam fuit appoſita, & ad-
notata in memoriali decretato per *verbum fiat*,
19 quod fit ad dignoſcendam anterioritatem, & de-
mum ſub eodem die regiſtratur privilegium in Re-
gia Cancellaria, & ideo non poteſt demoaſtrari dies
expeditionis in forma Cancellariæ, quia non adii-
citur dies expeditionis, vel conſignationis, ſed dies
memorialis antea expediti *per verbum fiat*, ut accu-
rate adnotavit *Conſil. Marcianus Conſ. 48. num.9.*
tom.1. ubi advertit, quod neque apparere poteſt
conſignatio ex appoſitione ſigilli, ex quo ſigilli ap-
poſitio differri ſolet: ex variis impedimentis, & ſi-
gnanter ex empara, & ex defectu ſolutionis diri-
ctuum juramenti ligii homagii dum conſervator
nou ſolet procedere ad ſigillandum aſſeoſum præ-
ſtitum ſuper alienationibus feudorum, niſi prius
ſolvantur directus ſolvi conſueti pro præſtatione
dicti juramenti, ut practicari teſtatur, *Reg. de Ma-*
rinis alleg.134.nu.6.allegat.diverſor.par.3. ubi ead.
num.6. tradit cautelam ad ſavorem venditoris feu-
di, nempè ut recurrat ad unum ex dictis Regenti-
bus, ut mandetur emptori, vel conductori feudi
venditi ut faciat depoſitum pro concurrenti ſum-
ma quam aſcendit ſolutio directus, & quod interim
tempus ad adimplendum non currat.

20 Conſimilem cautelam adhibendam puto, quan-
do feudi emptor non curat præſtare juramentum
ligii homagii ad hoc ut tempus labatur ad revo-
candum feudi emptionem io veditoris perniciem,
quia bene poterit emptor ante tempus occurrere
adeundo Judicem, ut emptori præcipiat, & man-
det, ut juramentum præſtet, & cogat ad præſtan-
dum juſta praxim traditam à *Reg. Rovito* in cauſa
Principis Caſertæ cum Barone Caſſani de qua,
apud eundem ſuper *Reg.Prag.23.de feudis n.*
& juxta alia exempla apud *Marcian, Senior.in conſ.*
47.num.1.& conſil.48.lib.1., & apud *Reg.Jo:Fran-*
ciſcum filium diſputat.31.num.36.lib.1.

21 Illud tandem animadvertere oportet ad orna-
tum, & firmitatem aſſertionis ſuperiori loco tra-
ditæ per *Dom Conſiliarium Marcianum* quod
quamvis in regiſtratione aſſenſus oon adiiciatur
alia dies niſi illa quæ fuit adnotata in calce memo-
rialis per *verbum fiat*, & de veritate diei talium
decretatiooum ſubſcriptarum à Dominis Regen-
tibus non ſit dubitandum, dum eſt conſuetum re-
giſtrari in regiſtris memorialium, juxta gratias
Civitati conceſſas, de quibus fuit memor *Reg.Villa-*
nus in ſua allegatione, quæſt.4. in nu.55. apud Reg.
de Marinis tit.de alleg.diverſor.tom.3. Nihilominus
conſultum ſupereſt intereſſe habentibus, & ſigna-
ter creditoribus illis qui contraxerunt poſt aſſen-
ſum per *verbum fiat*, recurrendi ad regiſtrum ſi-
gilli ad hoc ut cernatur an aſſenſus fuerit regi-
ſtratus, & expeditus in forma privilegii elapſo
biennio à die decretationis memorialis per *verbum*
fiat, prævia illa diſpenſatione, obtineri ſolita à Col-
laterali Conſilio, *quod aſſenſus regiſtretur lapſu*
temporis non obſtante; quia hoc nullo pacto co-
gnoſci poteſt niſi ex appoſitione ſigilli, ubi inſeri-
tur tenor memorialis cum die talis decretationis
quamvis per *Reg.Prag.23 de feudis* fuerit manda-
tum quod diſpenſatio inſeratur in dorſo privilegii
Regii aſſenſus *Conſil. de Roſa conſult. 23. num.71.*
72.& 73. Et ſi reperiatur regiſtratio hoc modo fa-
21 cta, nedum non poteſt prætendi retrotractio ad
diem aſſenſus per *verbum fiat* in præjudicium cre-
ditorum qui poſtea contraxerunt quibus fuit jus
quæſitum ex traditis diſtinctionibus per *Horat.*
Montan.de Regalibus § fin ſub num. 12. verſ. ex his
infertur, & ex dictis per N.ſ.in obſervat.ad ſingul.
noſtri Genitoris 340.num.7, & in noſtra practicab.
obſervat.22.ſuper Prag.182.de fide, & authoris.me-
mor.num.3.& 4., Et ſimiliter cernendum erit ſi
fuerit obtenta diſpenſatio poſt mortem contra-
hentium infra biennium adimplementis regiſtra-
tionis non factis, quia tunc aſſenſus erit nullius
roboris, *Montan.de Regal. §. fin. num.11. in fine de*
quo non fuit memor.Conſiliar. de Roſa in citato con-
ſult..23 num 77.

23 Eſt adeo peculiaris formula illa ſupra tradita,
quæ vetuſtiſſimis Cancellariæ moribus in Regno
invaluit pro firmandis contractibus feudalibus;
quod non extenditur neq; porrigitur ad firman-
dam hypothecam, vel aliam obligationem ſuper
officiis Regalibus quamvis feudum, & officium
habeant ſymbolicam naturam, & de uno ad aliud
validum ſit argumentum.

24 Quare creditores habentes aſſenſum ſuper obli-
gatione bonorum feudalium non poſſunt preten-
dere habere officium obligatum cum requiratur
aſſenſus ſpecificus ſuper obligatione, ſive hypothe-
ca contrahænda ſuper officio *Montan. de Regalibus*
officiis in princip. nu. 14. fol.178. & 179. accedit
conſultatio per D.Marium Baldacchinum non in
celebrem ſui temporis Advocatum apud *Prat. diſ-*
cept foren ſ cap. *à nu.26 ad 29. tom.2.* in cujus
facti ſpecie habetur quod licet in ſupplicatione pro
aſſenſu fuiſſet enunciata venditio emolumento-
rum

rum officii,& facultatis nominandi hæredem poft mortem tamen cum in conclufione fuifset petitus afsenfus fuper obligatione feudalium facta per venditorem pro obfervantia contractus,& jam obtentus per claufulam quod *fiat in forma* talis afsenfus porrigi non poterat ad venditionem officii feù proventuum, & actcodendam else conclufionem fupplicationis à qua regulatur afsenfus.

25 Ratio hujus difcriminis afsigoatur, & probatur ex triplici ratione Primo quia vulgatum eft quod afscnfus non extenditur de re ad rem, *Andr. in cap. Imperialem col. 1. in addit. da prohib. alien. per Federic.* Secundo, quia difficilius conceditur afsenfus fuper hypotheca officii quam fuper feudalibus *Reg. de Ponte decif. 28. nu. 62. & 63.*

26 Tertio ob diverfitatem formæ, qua folet concedi afsenfus fuper hypotheca officii ab illa qua concedi folet fuper feudalibus; Nempe fuper feudalibus cooceditur fub illa claufula *fiat in forma quaad ea bona in quibus habet fucceffores*, & fuper officiis cum claufula, *quod fecuta devolutiane ad Regiam Curiam nullum fiat ei præjudicium*, & hic afsenfus fuper hypotheca officii reftringitur, ut tandiù duret, quandiù durat officium penes pofsefsorem, & reverfo officio ad Regem hypotheca extinguitur, quemadmodum de hoc ftylu teftatur *Amicang de Regal. officiis qu. 8. nu. 20. & quæft. 10. num. 36. Montan. de Regalib. offic. nu. 4. in fina Tapia ad conftit. Regni Conftitutionem Dive memoria num. 1.* Quod fecus eft in afsenfu fuper feudalibus; nam devoluto feudo non refolvitur hypotheca, fed vigore illius creditores fatisfieri debeot fuper prætio feudi devoluti ad Regiam Curiam juxta receptiffimam fententiam approbatam per literas S. Catholicæ Majeftatis apud *Carleval. de Judiciis tom. 2. tit. 3. difput. 23. in fine.*

27 Quamvis ex fupradictis fatis fuerit demonftratum, quod Afsenfus expeditus per verbum fiat; habeatur pro Afsenfu perfecto, & fuerit fimiliter hoc firmatum per *D. Confiliarium Staibanum hic num. 19.*, tamen femper, & in omnem cafum erit hæc cooclufio intelligenda infra bienoium non obftante Regia difpenfatione obtenta previa illa decretatione, *quòd fiat regiftratio lapfu temporis non obftante*, quia dum Afsenfus per lapfum biennii erit iam expiratus non poteft convalidari per difpenfationem, ut fuit decifum per *Pragmat. 23. defendit, fub illis verbis, ftatuimus etiam, &*
28 *mandamus, quod tàm prædicta, quàm alia quæcumque, quæ funt pro forma adimplenda poft Regium affenfum fi non fuarint intra tempus præfixum adimpleta, & habitus fuerit recurfus ad nos pro difpenfatione non obftante lapfu temporis, quod difpenfatio prædicta fuum fortiatur effectum, quando re integra hoc fiat, & citra præjudicium alieni juris, & Regii Fifci, inferaturq; difpenfatio in dorfo privilegii manu Regiorum Scribarum Regiftri in Regia Cancellaria exiftentium.*

29 Ex his manifeftiffimè patet, quod elapfo biennio corruit Afsenfus, & poteft fieri revocatio non obftaote, quod proponatur tempus noo cucurrifse ob impedimentum emparæ rei figilli, nam non fufficit hoc allegare, fed oportet oftendere adhibuifse diligentias, & necnon adivifse Judicem pro amutione emparæ infra tempus ftatutum *Camill. de Medices conf. 127. num. 1. 8, & 9.* accedit *de Franchis decif. 540. in fine; Reg. de Marinis Allegat. 134. num. 6. tom. 3. Allegat. diverfor.*

30 Limitatur conclufio, quando Afsenfus regiftratio impedita extitifset ob litem agitatam in Sacro Conf., vel in alio Tribunali; quia tunc prætendi poteft biennium non efse elapfum, & proinde Afsenfum else regiftrandum, ut bis decifum teftatur *Jo: Baptifta Thor in fupplem. compen. dec. verb. terminus datus pro expeditione Affenfus fol. 629. & fol. 630.* Quod maximè procedit in regiftratiooe, quæ fieri fuit impedita in quinternionibus Regiæ Cameræ ob fifcalia impedimenta, in quibus terminis fubingrediuntur decifiones illæ per. Nos allatæ in calce *decifionis feptimæ feudalis*, quæ extaot poft *Tractat. Avalit. à num. 71. ad 75.*

31 Fallit fecundo, quando per minores aliafq; perfonas privilegiatas peteretur reftitutio in integrum adverfus regiftrationem non factam infra biennium, ut habetur ex *Allegationibus Partenii Pitagna, quæ eft 99.* apud *Reg. de Marinis tom. 3.* accedunt decifiones recentiffimæ, quas Nos cumulavimus *in animad. 173. à num. 1. cum feqq.*

32 Maxima fuboriri poteft difficultas, quando Afsenfus non fuit expeditus prævia illa folita decretatione, quod *fiat in forma*; fed tantum fuerunt porrectæ preces pro Afsenfu; Et per DD. Regentes fuerit facta provifio fatis diverfa, nempè quod *intimetur parti*, prout fuit practicatum etiam in cafu propofito per *D. Staibanum* Vel fi fuerit habitus recurfus ad S. Cath. Majeftatem, cui precibus oblatis pro Afsenfu nihil fuerit provifum, vel negotiom fuerit remifsum D. Proregi, quia tunc nõ procedunt fupra allatæ conclufiones, fed erit in dubium revocandum, num interim fit locus revocationi virtute Conftitutionis; Et efse locum revocationi refolutum per Regiam Cameram *refert Reg. de Marinis lib. 1. cap. 124., & innobfervat ad eandem Reverterii decif. 358. in impreffis apud eundem nu. 1., & 2. lib. 2.*

33 Certant in contrarium *Reg. de Pont. decif. 6., & Reg. Marcian. difp. 91. num. 8. tom. 2. Reg. Capic. Latro conful. 168. num 31., & nofter Confiliar. Staib. in hac refol. 1. num. 1. & 2. Confiliar. Rocc. de officiis rubric. 19. n. 28.* quem laudat *Confil. de Altimar. de nullit. contract. rubric. 1. fect. 2. fuppl. 2. q. 39. nu. 680. in fine to. 4.* quorum antefignani in hanc iverunt fententiam, ex quo poft preces Regi pro impetrando Affanfu impetrãdo oblatas nõ eft locus revocatiooi ex difpofitione *textus in cap. bonæ il 2. de poftulat. Prælato.* (ibi) *Si enim poftquam poftulatio fubfcriptionibus poftulantium roboretur, & præfentatur Romano Pontifici approbanda poffent ab ea recedere poftulantes, nobis frequentèr illudrrent, & judicium noftrum ex eorum pendere arbitrio videretur.*

34 Sed pro conciliatione opinionum accedit *Reg. Moles in tit. de demanio, Univerf. §. 24. qu. 6.* ubi quod femper admictitur revocatio quoufque afsenfus non fuerit expeditus per *verbum fiat*, & ita decifum teftatur io cafu dictæ decifionis in quo memoriale pro afseofu, fuerat remifsum per D. Proregem Regiæ Cameræ quod fe informaret, & referret ex quu confiderabatur quædam acceptatio Regis dum Rex in negotio manus jam appofuerat; Nihiluminus facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Confilio fuit decifum revocationem efse admictendam lite peodente fuper memoriale porrecto quam decifionem valde extollit idem *Reg. Moles* tamquam ampliantem *conftitutionem Divæ memoriæ*, & comprobat *de Marinis*

rinis

vivit in observat. ad superius citatam decisionem Reverter. 358. *num.* 1. *&* 2.

35 Mihi tamen satis placet distinctio quam tradit *D. Rodoerius in additionibus ad Reg. de Marinis citat. cap.* 124. *num.* 7. *l. b.* 1. Nempe aut revocatio fuit facta ab illo cootrahente, nempe à venditore, qui præces porrexit pro assensu, & non erit locus revocationi, etiam ante concessionem gratiæ per *verbum fiat*, sed bene revocatio fieri potest per emptorem qui præces nou porrexit respectu cujus nullum considerari potest ludibrium, vel contemptus, quod dicit didicisse ex quibusdam manuscriptis Spectabilis olim Regentis Albertini sibi ostensis a Regente D. Antonio Navarretta Marchione la Terza Aulæ Decano S. R. Consil. qui *num.* 7. curavit inserere verba dictæ Apostillæ, ex qua traditur responsio ad *textum in cap. bona* quod loquitur, in terminis diversis nam ille idem qui porrexit supplicationem Papæ nolebat revocare; quæ distinctio cum responsione ad textum non est nova quandoquidem illam prius agnoverat *Reg. Reverterius in decis. illa trascripta per Reg. de Marinis num.* 25. *versic. nec obstat*, ideo honor non est tribuendus, nec Reg. Albertino, nec D. Rodoerio, sed Reg. Revertetio, qui fuit primus, qui distinctionem tradidit.

36 Tertia conclusio quod sit locus revocationis, tam per mortem vendentis, quam ementis feudum nullam patitur controversiam; habita aliquali distinctione inter unum, & alterum. Illud tamen in dubium verbi potest num in utroque casu, requiratur novus consensus dispositivus adhibendus per hæredem præcedente novo contractu, vel sufficiat approbativus per supplicationem oblatam pro assensu, vel per ratihabitionem vel alium actum facti, prout inferius declarabimus.

37 Nulla est dubitatio in Regno nostro quod mortuo feudi venditore nullo impetrato Regio Assensu super venditione nullo pacto impetrari possit per emptorem absque novo contractu, & consensu expresso hæredis ipsius venditoris ex Theorica *Andreæ*, quam feudistæ communiter sequuntur *in cap. Imperialem n.* 16. *&* 17.

38 Quæ conclusio non militat è converso mortuo emptore, vivo adhuc venditore siquidèm hoc casu, absque novo contractu dicitur assensus validè impetratus si emptoris hæres supplicaverit pro assensu, ut resolutum per S. Consil. testatur, *Gizzarell. decis.* 2. *num.* 45. ubi idem involuere videtur in hærede venditoris supplicante pro assensu, quia ex tali supplicatione videtur de novo consentire, ibi, *Et ideo si mortuo venditore hæres impetraret Assensum, prout hic impetravit hæres Vittoriæ emptricis, sufficeret pro consensu, & cessaret omnis disputatio, & opinio Andreæ, & Bartolomei de Capua supra relata non controverteretur, quia procedit hærede Venditoris nolente stare contractui, & non impetrante Assensum, sed eo impetrante, utique res clara, & indubia redderetur, quia iste esset consensus translativus, & declarativus ipsius hæredis, & certe hic articulus benè consideratus nullam potest habere difficultatem, quia tam Afflict., quam Puteus ponit exemplum Venditore vivo, & hærede Emptoris impetrante Assensum, quia ex hoc, quod ipse supplicat pro Assensu de novo consentit ex supradictis, & consequenter non dissentit Venditor vivus, qui potest revocare, ergo contractus validus ex hoc superveniente consensu hæredis Emptoris.*

39 Verum in supplicatione pro Assensu post mortem venditoris, vel emptoris, qui non revocavit venditionem, nec aliquo modo contravenit, esset exponendum Regi venditionem esse per successorem ratificatam; quia tunc Rex assentiendo venditioni ratificatæ, alio Assensu opus non est, dum inest Assensus. & venditioni factæ per defunctum, & venditioni factæ per hæredem ex perpensis per *R. de Ponte cons.* 157. *n.* 30. 31. *&* 32. *lib.* 1.

40 Sed difficultas subesse potest, num ex supplicatione porrecta pro Assensu dicatur probatus consensus dispositivus hæredis, & non dici probatum consensum, nisi aliunde constet, decisum refert *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *qu.* 24. & alii laudati à *Reg. Capyc. Latro consult.* 52. *nu.* 41. Verum in Assensu, qui impetratur super obligatione bonorum feudalium sub nomine debitoris, deest præsumptio, quod verè Creditor impetraverit Assensum ex eo, quod hoc communitèr fieri solet. *Rovit. cons.* 34. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 1.

41 Alia difficultas suboriri potest, num consensus approbativus resultare quoque videatur per ratihabitionem, vel per alium actum facti, affirmat *Reg. de Ponte in citato cons.* 157. *num.* 20. *&* 29. ubi, quod ratihabitio fit, verbo, & actu, & quod plus est ratificare facto, quam verbis; & quod induceatur talis consensus sufficiens ex ratihabitione facta per emptoris hæredem, qui solverat tertias, sivè interesse pretii in beneficium venditoris, qui impetravit Assensum, decisum habetur apud *Reverter. decis.* 490. ibi, *Sed pro parte Regii Fisci replicabatur sat esse fuisse Assensum impetratum post mortem Emptoris hærede ipsius ratum habente; nam sic retrotrahitur ad tempus contractus, itaut illum confirmare dicat, ac si ab initio obtemptus fuisset cum de tertii præjudicio non agatur, ubi retrotractio denegatur, ita glos. in d. Constit. Divæ Memoriæ in verbo confirmatur, & per Afflict. decis.* 286. *&* 385.

42 Non concurrente consensu dispositivo, vel approbativo hæredum, neque concurrente ulla ratihabitione per actum facti poterunt hæredes cogi per novum contractum ratificare instrumentum, vel defuncti feudatarii dispositionem adhoc, ut super dicto novo contractu Assensus possit expediri, cui ordinationi si hæredes parere recusaverint, poterit Sacr. Cons. injungere Actuario Causæ, vel Secretario Sacr. Cons. ut hæredum nomine contractum ratificet, juxta vetustissimam illam praxim, quam post *Reg. de Ponte* ex tollit *Reg de Marinis lib.* 2. *resol. cap.* 43. *num.* 8. *&* 9. *&* *in observat. ad decis.* 79. *Revert. num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. & Nos probavimus in *observat. ad singul.* 165., *e* 163. *num.* 19. *nostri Genitoris.*

43 Cum supra tradita opinione *Gizzarelli*, quæ est communis concentit stylus, qui invaluit in Regia Cancellaria præstandi Assensum post mortem emptoris vivo adhuc Venditore, pro qua communi opinione videndus est. *Capon. discept. forensi cap.* 34. *num.* 10., ubi, quod ista opinio est incontrovertibilis, de qua tamquam canonizata non est amplius dubitandum. *Thor. in compend. decis. par.* 3. *verb. Assensus impetratus circa medium*, ubi testatur de stylo, & consuetudine judicandi, & signantèr judicatum ostendit in Causa Marchionis Vasti, cum Cardinali de Aragona, idem *Thor. in compend. decisio. par.* 1. *verb. consensus hæredis Consil.*

fil. Altimar. ad Rovit. cons. 83. *num.* 8. *lib.* 2. & ad confirmandam hanc consuetudinem, & stylum judicandi, adducimus novissimam decisionem Sacri Consilii latam sub die 6. Martii 1683. ad relationem Consiliarii Cortes in Causa Creditorum Patrimonii illorum de Posellis, cum hæredibus quondam Ill. Ducis Saisæ causam habentibus à quondam Francisco Strancia, ut ex Actis penes Figliolam.

44 Ratio discriminis inter Assensum impetratum post mortem venditoris, & Assensum impetratum post mortem emptoris, illa est, quia per mortem venditoris amittitur spes reconvalidationis, & inducitur tacita revocatio legalis, quæ oritur ex transitu utilis dominii de una persona in aliam, ut colligitur ex traditis per *Frecc. de subfeudis lib.* 2. *quæst.* 30. *num.* 10. Quod non procedit in casu mortis emptoris sine Assensu, cujus mors cum distinguatur ab illa venditoris non militant termini illi revocationis legalis, qui considerantur in morte venditoris, cum adsit maxima ratio disparitatis inter unum, & alterum casum, ut benè perpendit. *Amichangel. de feudis quæst.* 19 *num.* 5. & 6. *vers. sed punctus est*, accedit ex gravioribus Regnicolis *Montan. in cap. Imperialem num.* 205. *fol.* 97. *à terga, versiculo nunc revertamur, & vers. vel secunda ratio, Sanfelic. dec.* 292. *n.* 3.

45 Ex quibus satis apertis rationibus falsa detegitur opinio illa quam post *Reg. Rovitum ad Pragm.* 1. *de fide memorial. num.* 16. iolecutus fuit *D. Consiliar. noster Staiban. hic à num.* 48. *cum seq.* esse locum tacitæ revocationi, & contractus resolutioni, etiam post emptoris mortem, quibus paralogismis novissimè fretus Advocatus ille magni nominis qui veritatem ulterius investigare non curans in celebri illa Causa in qua patrocinium præstabat pro Principe Scalcæ contra Ducem Termoli non dubitavit, ut Clienti satisfaceret, palam in Aula S. Conf. asseverare, quod Theorica *Andreæ, & Consiliarii Gizzarelli* sic communiter recepta ut diximus vera non erat, & quod decisiones per me allatæ *in Animadvers.* 162. *& per Jo. Baptistam Thoro* non merebantur allegari ex quo, nec ego; interfueram nec *Jo. Bap. Thoro*, in decisionibus illis. Profectò non est opus, ut Authores, qui libros edunt, & decisiones Typis demandant interveniant eti Senatores in decisionibus ferendis, adhoc ut de rebus judicatis testari possint, sed tantummodo investigare tenentur facti veritatem cum rationibus decidendi, tam circa factum, quam circa jus; Nam si hoc opus esset, nullus posset in facultate legali Typis vulgare Consilia; Disceptationes; Decisiones, Tractatus, & alia Volumina, & in illis de rebus judicatis per Suprema Tribunalia editis, testimonium ferret; semper quod non Jus dixerit in illis Tribunalibus, nec calculum suum in decernendo præbuerit. Quod est tam absurdum, quod nihil absurdius dici; aut fingi potest.

Nec in pretio habenda sunt scripta per *Reg. Merlin. contrav.* 47. *num.* *in fine cent.* 1. *& per Reg. Capic. Latra decis.* 91 *num.* 13. *lib.* 1. qui vanitate Ministerii inflati dixerunt, quod decisiones non possunt allegari nisi ab ipsis, qui in decisionibus interfuerunt ex quo non possunt scire motiva Judicum qui multoties moventur exaliis, quam ex iis, quæ per partium Causarum Patronos proponuntur; Siquidem si non propositis à Judicibus illis motivis quæ ab eis fuerunt excitata ad finem, ut ab Advocatis tradatur responsio tam de facto, quam de jure, oportet necessario fateri, quod fuerunt moti ad decernendum ex iis, quæ non fuerunt discussa, neque perpensa à partibus, nec à partibus, nec à partium Advocatis, & per consequens determinatio subsecuta fuit ex iis, quæ existunt extra processum, & sic *D. Merlinus, & D. Hector Capicius latra* se percutiunt proprio ligone dum illud, quod est extra processum, dicitur esse extra Mundum cum sententia justificetur ex actis, & processu, sine quibus sententia redditur nulla idem *Reg. Merlin. controvers.* 88. *num.* 4. *cent.* 1. Nec solent suprema Prætoria prout est S. Conf. passim ex causis sententias dicere, nisi vehementissimis causis ita impellentibus, & adjecta clausula illa in Decreto *ex causis in S. Conf. discussis*, & tunc dici vere potest, quod Authores non possunt scire motiva, & rationes decidendi. Quia neque partes litigantes, illa scire possunt, dum nec postulare, nec supplicare possunt ut ab eodem S. C. causæ illæ exprimantur, & partibus explicentur juxta determinationem Parlamenti Tholosani, quam refert *Maynard.* allegatus à *Jo. Iacobo Anichino de præventione cap.* 3. *quæst.* 6. *num.* 17. ubi quod non est causa exquirenda in Principe, cùr id faciat, quando procedit ex plenitudine potestatis.

50 Non videmus igitur quo pacto, & qua ratione dubitatum fuerit de decisionibus allatis, quando non aliud factum, nec aliud jus erat exquirendum, nisi quod Assensus non erat impetratus in vita emptoris, ad quod dignoscendum, non erat necesse ut referentes illas res judicatas intervenirent in jure dicendo; dum factum non requirebat altiorem indaginem, & bene liquebat ex tota revolutione processus, & ex inspectione Allegationum, tam in facto, quam in jure editarum à doctissimis causarum Patronis; Unde cum fuerit quoq; dubitatum de doctrina *Andreæ* Evangelistæ feudorum, & sic de traditionibus Patrum, & Seniorum nostrorum, circa articulum revocationis per mortem emptoris, qui amplius in controversiam subiiciendus non erat, sufficit illos redarguere cum illa acri animadversione cum qua illos redarguit. *Matthæus de Afflicto in cap. Imperialem qu.* 34 *num.* 22. *de prohibit. feud. alienat. per Federic.* sub illis verbis. *Quod si Emptor feudi antequam Princeps consentiat moritur superstite filio, vel agnato, & venditor vivit, qui non revocavit, an filius, vel agnatus Emptoris mortui possit impetrare Assensum ita quod noceat venditori, & ejus heredibus, nulli dubium est, quod sic quia non tractatur de præjudicio alicujus; sed solum de præjudicio ipsius venditoris consentientis, qui nullum habet interesse cum non revocavit interim dictam venditionem, sileant erga bestiales, qui dicunt, quod consensus non aliter valeat, nisi vivis contrahentibus sit interpositus, imò valeat Assensus post mortem Emptoris impetratus per ejus successorem facit adhoc. l.* 1. *§. prodest ff. quorum legat. & ff. de aqu. plu. arcen. l. si. autem plures.*

51 Quare semper cautius agerent hæredes Emptoris faciendo revocationem virtute Constitutionis ut practicatum legimus apud *R. de Marin. lib.* 2. *suar. resol. c.* 182. & fuit practicatum quoque in hac causa in qua scripsit *D. ... Consiliarius Staibanus* nam Franciscus Grimaldus Marchio Petræ filius jam mortuæ matris revocavit per publicum instrumentum emptionem factam per ejus Ma-

trem

trem ut legitur in facto ante *numerum primum versa conversa*, & quod post mortem Emptoris, necessaria reddatur revocatio diximus ex *Reg. Sanfelic. decis.* 282. *num.* 20. *in nostra animad.* 162. *nu.* 14. *in fine.*

Adeo est extra Controversiam, quod Assensus post revocationem non validabit venditio-
52 nem feudi primo loco factam, quod hoc procedit etiā si fuerit facta revocatio revocationis, & Assensus continebit clausulam *revocatione non obstante*, ut ex *Paride de Puteo, Freccia, & Lanario* docet *D. Staib. n.* 13. & melius, & plenius. *Horat. Montan. in repetit. cap. Imperialem num.* 177. & 178. *fol. mihi.* 85. *Reg. de Marinis allegta.* 134. *num.* 8. & 9. ubi quod nihil operatur Clausula, ex *certa scientia, & revocatione non obstante*, & ratio cur Princeps post factam revocationem non potest Assensum præstare dispensando ex plenitudine potestatis assignatur *à Montano Contr.* 49. *in fine* quem laudat *D. Consil. de Altimar. de Nullitatib. contract. rub.* 1. *sect.* 2. *qu.* 39. *nu.* 665.

53 Cautela igitur quæ a senioribus nostris fuit adinventa; erit, inire novum contractum revocando expressè per actum dispositivum revocationem jam factam ad hoc ut super hoc novo contractu possit impetrari novus assensus, ut dicit idem *Dominus meus num.* 17., & *ex Freccia advertit Consil Marcianus cons.* 37. *num.* 14., & hoc est illud quod dicere voluit *Reg. de Ponte decis.* 6. *num.* 4.

Fallit conclusio in venditione sub hasta in qua Assensus conceditur non obstante revocatione,
54 & post mortem venditoris *Staiban. senior cons.* 60. *num.* 20., & 21. *Reg. Reverter decis.* 368., quamvis contrariæ sententiæ adhæserit *D. Staibanus noster ex D. de Franchis decis.* 620., & *Reg. Tapia decis. S. R. C.* 19. *num.* 18., ut legitur *num.* 9.

55 Fallit secundo in assensu super cessione crediti super feudo qui impetrari potes post mortem cedentis, ut decisum habetur apud *Andr. de Georgia in suis repetitionib. feudal. cap* 43. *à nu.* 45. *ad* 47., & ratio est qu a in dicto casu non habet locum revocatio, nec tacita per mortem, nec expressa virtute Constitutionis extraditis per *Reg. Capyc. Latra decis.* 43. *num.* 22. *accedit Reg. Marcellus Marcian. in sua (per. posthum. in excerpt. fiscal. cap.* 7. *num.* 13. *Bilotta in conclus. feud.* 40. *num.* 1., & 2. *Consil. Pratus lib.* 1. *discept. forensf. lib.* 1. *discept. cap.* 26. *à n.* 4. *cum seqq.*

56 Fallit tertio in dote cujus favore potest impetrari assensus post mortem feudum vendentis; vel alienantis; juxta conclusionem communiter receptam per *textum in l si tpa § si res, ff. de jure dot. Reg. de Marinis ad Revert. decis.* 110. *à num.* 2. *ad* 6 *post Ann. in alleg.* 66., & 125. ubi advertit hoc privilegium præscribere sibi locum in subsidium, & sic discussis bonis allodialibus, & illis deficientibus, quam conclusionem exornat *Reg. Consiliar. de Fusco in sua dissertat. per Nos impressa in dec.* 4. *Selectar. juris feudal. conclusionum in calce Tractatus criminalis à num.* 44. *ad* 46.

Sed quod hæc conclusio sit potius recepta de stylo Regni Neapolis quam in sensu veritatis dixit *Cardinal de Luca de Feudis discept.* 109. *num.* 16. 17., & 18.

Quæ conclusio sublimitatur in tribus casibus.

57 Primus est in antefato in quo non potest expediri assensus post mortem, ut dixerunt passim nostrates apud eundem *de Marinis in citata decis.* 210. *Reverterii num.* 6., & *Consiliar. Staiban in addictionib. ad Staib. seniorem cons.* 60. *n.* 24.

58 Secundus casus est facta revocatione per hæredem, quia tunc neque favore dotis assensus post mortem impetrari poterit, ut ex *Afflicto*, & *Capycio* concludit *D. Galeota controv.* 27. *num.* 51. *lib.* 2. *controvers.*

59 Tertius si bona obligata uxori pro dote tempore petitionis assensus, post mortem viri reperiantur translata penes tertios possessores, *Reg. de Marinis in observat. ad decis.* 53. *Reg. Reverterii n.* 4. *tom.* 2., quia ad hoc ut habeat locum dotis privilegium requiritur, ut bona obligata reperiantur penes hæredes viri tempore petitionis assensus *ex Dom. de Franchis decis.* 86., & 620. *num.* 7.

60 Pergimus ad declarationem quartæ, & ultimæ conclusionis, & firmamus quod jure competebat prælatio Regenti Marco Antonio de Ponte primo feudi emptori, qui jam nactus fuerat feudi possessionem non per actum fictum nempe per constitutum, sed actum veræ corporalis possessionis, & proinde semper præferendus erat Marchioni Petræ cui fuerat postea eadem res vendita, etiam si fuisset eidem tradita possessio juxta animadversa per, *Reg. de Marinis in observatione ad dec.* 73. *R. Revert. num.* 11. *lib.* 1. in proposita specie siquidem applicari non poterat dispositio *textus in l. quoties* 15. *C. de rei vindicat.* quæ quamvis habeat locum in feudis juxta *Andreæ Theoricam in cap.* 1. *col.* 2. *in tit. quid sit investitura quam sequitur Reverter. citata dec.* 73. *versic. dicebatur*, ex quo nulla aderat possessio respectu secundi emptoris; & respectu Marchionis accedebat jus illud super feudo jam quæsitum per titulum Marchionatus à Rege concessum super Terra empta adeo quod censebatur quod aderat, quoq; Regis assensus, & omne totum, & id quod sine quo actus explicari non poterat, dum per tituli gratiam obtentam feudi conditio efficiebatur melior, & non deterior ad tradita per *Joannem Dominicum Tasson. de Antefato versic.* 4. *observat.* 2. *à n.* 110. *versic. fuit alias dubitatum, fol. mihi* 279.

Exornandum superest illud quod tetigit *D. meus Consiliarius n.* 79., & 80. nempè quod assensus im-
61 petratus lite pendente, & parte inaudita non opitulatur, quibus nos addidimus, quod idem decisum habetur apud *Reg. Reverterium decis.* 389. *tom.* 2., ubi nulla fuit habita ratio de assensu impetrato post litem motam quamvis pugnet contra dictam decisionem. *Reg. de Marinis in observationibus ad eundem à n.* 3. *ad* 6., ubi laudat *Capyc. Lanarium, Bambacarium, & Jo: Andream de Georgia.* Verum cum dum hæc scriberem revolvendo antiquas nostrorum seniorum Advocatorum allegationes invenerim, quod *Jo: Baptista Melior* celeberrimus sui temporis Advocatus, & post modum Consiliarius amplissimus hunc articulum degustaverit, & examinaverit inspectis viris feudalibus principiis in Allegationibus illis de jure editis pro multiplico hæreditatis quondam Stefani de Mari contra Simeonem de Oria super liberatione depositi Terræ Angri; Quare ejusdem non minus doctas quam breves, & non contemnendas lucubrationes hic imprimendas curavimus cum contrariis responsionibus, ad hoc ut tantorum Patrum, quos venerata fuit antiquas monumenta ob temporis injuriam non pereant.

Allegationes Regii Confiliarii Jo:Baptiftæ Melioris.

ULtra alia eruditiffimè allegata, dico affenfum ultimo loco impetratum à S. M. nil opitulari, Vendita enim Terra Angri, urgent bus creditoribus Odoardi Cicalæ, & facto depofito per Pallavicinum novum emptorem; dum effet difceptà-
63 tio in S. C. inter concreditores, in fpeciè fuit oppofitum Simoni de Auria ceffionario Brigidæ de Mari, quod erat creditor abfque affenfus fuper dictis juribus ceffis, & prinde debere excludi ab aliis concreditoribus habentibus affenfum validum, & poft hæc omnia deducta, & oppofita in prefenti lite, & judicio, dictus Simon impetravit dictum affenfum à Catthdica Majeftate, nulla facta mentione de prædicta pendentia litis; Unde affenfus prædictus nihil prodeft ex tribus rationibus.
64 Prima fuit impetratus lite pendente, non facta mentione litis, litè enim pendente, affenfus non conceditur, nifi adeffet difpenfatio fuper vitio litigiofi, alias impetratus abfque expreffione litis eft fubreptitius per *tex. in c. cæterum, & c. fuper literis extrà de refcriptis*, & poft alios latè per *Affl. decif. 220. in 6. dub.*, quamvis enim affenfus fit gratia, & in gratiofis non fit opus facere mentionem de pendentia litis per notata per *Io: Andr. in c. dudum el prima de elect., & alii in d. c. cæterum, & per alios Canon.* Tamen illud procedit, quando non ageretur de præjudicio tertii, ut benè *Affl. ubi fupra Cravet. conf.* 68. *n.* 8. *per Alber. Brun. conf.* 1 *a. num.* 16., benè *Loffred. conf.* 12. *à num.* 13., neque obftat *Conf. Lanar.* 17., quia in cafu fuo, ut excluderet hanc lubreptionem ponderat *num.* 6., quod in illo cafu, affenfus non erat mera gratia, quia Rex tenebatur affentiri, poftquam aderat claufula in inveftitura appofita, *cum facultate alienandi, noftro tamen affenfu refervato*, quo cafu, affenfus non dicitur gratia allegat *Loffr. Affl. & Capic. pauloante n.* 6. *in verfic.* 30. *dicunt.*
65 Secunda refponfio colligitur ex eodem *Lanar. num.* 9., ubi dicit quod ille affenfus non erat in præjudicium litis, fed tamen tendebat ad validandum promiffa, cum nec tacitè, nec exprefsè erat facta revocatio.
66 Tertia refponfio eft ex eod. *Lanar.*, quia nec erant oppofitæ exceptiones rarentiæ, & incompetentiæ actionis ante affenfum expeditum, & fic (inquit) *affenfus non fuit præftitum re integra* in cafu noftro, in fpecie in hac lite fuit oppofitum de defectu affenfus, & quod pecunia non poterat hinc creditori liberari, ex quo carebat affenfu, & fic ex his *Confil. Lanarii* non obftat.
67 Secundo principaliter Affenfus nullo modo poteft prodeffe, ne dum quia obreptitius, & fubreptitius non facta mentione litis, & fupervenit lite pendente, fed etiam quia fuit impetratus, poftquam fuit oppofitum à partibus de illius defectu, & fic etiam fi deficeret regiftratio, vel alia follemnitas, quæ fuiffet adimpleta, poftquam fuiffet oppofitum de illius defectu, nil prodeft ex notatis per *Angelum conf.* 121., 123. *num.* 6. *Alex. conf.* 137. *in fine vol.* 6. *Hippo. de Marfil. fing.* 489. *Iofeph. Ludov. conclus.* 14. *illat.* 95. *num.* 5. *vol.* 1.
68 Tertio quia fi Rex difpenfaffet pendentiæ litis, illud egiffet, *juribus alienis femper falvis*, nè dum vigore claufulæ confuetæ *juribus alienis femper falvis*, fed etiam ex juris difpofitione, cum femper Principis difpenfatio habeat tacitam claufulam (*falvo jure alieno*) *Affl. in prohæm. conftit. qu.* 25. *num.* 5. *Luc. in l.* 1. *col.* 4. *C. de his qui ex publ. rationib. lib.* 10., quia nunquam Princeps procedit cum alterius injuria, *Ifern. in proem. conftit. col.* 10. *per tex. in l. nec Avus C. de emancip. liber.*, nec fine urgenti causâ, ut puta publicæ utilitatis *Affl. d. q. prohæm. qu.* 8., & *decif.* 361. *num.* 4. *Camer. in c. Imperialem fol.* 44. *lit. C.*, qui addit, quod etiam in cafibus, in quibus Rex, & Dominus poteft præftare affenfum in præjudicium tertii, nunquam illud debet facere, & ita in Regno fervatur.
69 Ultimò res nullo modo poteft dici integra, quia tempore impetrati affenfus Terra non erat in poffe Odoardi debitoris, contra quem fuerunt ceffa illa jura feudalia, fed pænes tertium emptorem, & fic res non poteft dici integra, & proinde de hoc affenfu in hoc judicio, & in hac inftantia nulla poteft haberi ratio, &c.

INCREMENTUM.

IN allegationibus ex pluribus fatis credo fundatum, ceffionarium rei feudalis non poffe agere abique affenfu, quia affenfus cedentis, ceffionario non opitulatur, ac etiam latè fuit fundatum affenfum impetratum poft litem motam ab hoc ceffionario fimiliter non opitulari: Fit difficultas, quia hoc videtur inutilis circuitus, quia fi hodie in hoc Judicio compareret cedens cum affenfu, &
70 inftaret pro liberatione pecuniæ pervenientis ex re feudali elset ei liberanda, cum Jura fua faltem directa per folutionem ei factam non fint extincta ftante pacto incontinenti adjecto, quod teneatur cedere fua Jura, & per ceffionem nec etiam fint elifa cum remanferint penes eum directa, & Jura feudalia non funt translata in ceffionarium ob defectum affenfus, & fic adhuc remanent apud cedentem, facta verò liberatione per fententiam Judicis in beneficium cedentis, ceffionarius poterit obtinere exequutionem fententiæ ad fui commodum ex tradita fingulariter per *Alex. conf* 15. *num.* 3. *vol.* 6.

Verum in cafu noftro difficultas hæc, ex multis non fubfiftit, & ut medullitus veritas refponfionum percipiatur, adverto, quod quamvis ceffio pluribus modis fieri poffit; attamen in cafu noftro, non fuit datum nomen debitoris in folutum, & ad hunc effectum ceffa actio, fed folutionis causâ facta à Tertio nomine debitoris de pecunia debitori mutuata, cum pacto expreffo quod creditor, cui fatisfit de pecunia à Tertio in debitorem perventa debeat cedere ejus omnia Jura, dummodo illa Jura nullo unquam futuro tempore afficere poffint cedentem, qua praxi quotidie utimur in hac Civitate; & in hoc cafu creditor non cogitur cedere hæc Jura, nifi ex æquitate tantum, quando ei non obftet, & alii prodeft, ut notat *Praf. de Franch. decif.* 427. *num.* 4. & *decif.* 279. *num.* 13., & *decif.* 54 *nu.* 5. & *Radog. de annuis redditib.*
71 Et fic hæc ceffio tota eft ad beneficium ceffionarii, non autem cedentis, ceffionis autem ea eft natura, ut in ceffionarium tranfeat dumtaxat utilis actio, directa verò, ut quia cohæreat offibus ce-

cedentia adeo ut ab eo evelli nequeat juxta *text. in l. quis primo casus ubi glos. ff. de pecul.* remanea penes cedentem. Imò etiam per cessionem factam ab homine transit exercitium directarum, ut voluit *Bald. in l. 1. num. C. de actio. & oblig.* quam opinionem veriorem dicit *Alex. in l. stipendia nu. 5. C. de procurat.*; ubi etiam docet quomodo dignosci possit an cessionarius intentaverit utilem, vel censeatur intentata directa, & præcipue quando est constitutus Procurator in rem propriam, ut benè per *Dec. cons. 202. num.* 1. Est verum, quod non semper quia transivit in cessionarium exercitium directæ, directa est facta inutilis apud cedentem, ut notat *Rongbeg. in prin. l. 3. num. 63. ff. de duobus reis*, sed ut mirabiliter declarat *Bald. d. l. 1. num. 19. Cod. de actio. & oblig.* id evenit quando post cessionem Jura directa remanent omnino elisa, & ex casibus enarratis à *Bal. num.* 19. & 20. habetur quod quando cedens non cedit ex necessitate Juris, Jura directa sunt elisa, item quando cessio non fit ad commodum cedentis, vel ad commodum utriusque, sed ad commodum Cessionarii tantum ut in casu nostro, Jura directa etiam sunt elisa. Item quando sumus in uno ex tribus casibus *l. 3. Cod. de novat.* indubitatum est, quod Jura directa sunt elisa, & cedens amplius agere non potest.

Respondeo igitur ad propositam difficultatem, multis modis.

Primo, Quia cedens hodie non comparuit, nec agit, & in judiciis non cadit fictio, sufficit, quod cessionarius caret actione, & ideo est expellendus à limine Judicii.

72 Secundo quando compareбit non poterit agere. Primo quia concurrit unum ex tribus casibus *l. 3.* quia licet Cessionarius cœpit agere, instituit litem contra debitorem, ut ei satisfaciat, & litem est contestatus; quo casu amplius cedens agere non potest, iste casus est indubitabilis, ut post prædictam Theoricam *Bald.* reassumit *Cacher. decis. pedem. 62.* per totam præcipuè *nu. 6. Joseph Ludov. conclus. 4. de cessionario, & cessione vers. quò verò ad cessionem.*

Tertio. Quia hæc cessio in casu nostro est facta ad commodum cessionarii tantum, non autem 73 ad commodum cedentis, cum cessionarius sivè exigat à debitore, sive non exigat nihil ad cedentem, nec unquam poterit hic Cessionarius habere recursum contra cedentem, & sic est facta in substantia periculo cessionarii, & sic dicitur facta ad illius commodum, ut post omnes *Doct.* perbellè explicat *Cacher. d. decis. 62. num. 6. ante vers. nec obstat*, Et proinde cum non sit facta ad commodum cedentis, cedens amplius agere non potest, & jura directa dicuntur omninò elisa; nè dum ex *Bal.*, sed ex omnibus *Doct.* ut per *Cacher. d. num. 6. & decis. 44. vel 45. & Ioseph. Ludov. d. conclus. 4. Bart. in d. l. si cum emptor.* qui attestatur de communi, & ex *Ronchegal. d. l. 3. n. 73.*

74 Quarto, quia hæc cessio fuit facta cum juramento, quo casu licèt cedenti possit solvi, attamen non poterit agere, quia illud juramentum impedit ne cedens possit agere, *Rongbeg. d. l. 3. nu. 64. & Ioseph. Ludov. vers. declara 4.*, & ex his apparet Jura hæc feudalia non posse exerceri per cessionarium carentem assensu, nec per cedentem, quia in casu nostro remanserunt Jura directa penès ipsum elisa, & sic omnia inefficacia, &c.

Io: Baptista Melior.

Allegationes in contrarium editæ pro Simeone ab Auria.

ADversus liberationem petitam ex deposito pretii Terræ Angri per Simeonem de Oria Creditorem in ducatis 5500. capitalis tria apponuntur per fideicommissarios multiplici Stephani de Mari, Primo dicunt, quod licet Jo: Franciscus Rota Creditor anterior in anno 1590. cesserit Jura cum assensu pro summa prædicta Administratoribus hæreditatis Brigidæ de Mari, de cujus pecunia fuis ei satisfactum, nihilominus dum d. Administratores cesserunt Jura Damiano Pallavicino, qui deinde nominavit Simeonem de Oria, non fuit eo tempore impetratus assensus à S. M, & requirebatur servata forma Pragmaticæ cum essent omnes exteri, & licet novissime fuerit præsentatus assensus concessus à S. M. tam super cessione jurium Brigidæ, quam super nominatione, & cessione facta per Damianum, ipsi Simoni prodesse non potest, quia per solutionem factam Administratoribus Brigidæ, illa Jura fuerunt extincta, & sic amplius transferri non possunt in Damianum, & Simonem. Secundo dicunt assensum prædictum novissimè obtentum non posse officere aliis, qui medio tempore legitimè contraxerunt cum Odoardo Cigala Emptore Terræ Angri, & communi debitore; Tertio allegant assensum invalidum tamquam impetratum lite pendente non facta mentione litis ex quo resultat vitium litigiosi, & sic prætendunt assensum opitulari non posse.

At resolutio dictorum objectorum facilis erit, & mirum est quod proponatur hæc controversia, respectu assensus impetrati super cessione facta à creditore, qui super bonis debitoris legitimè quæsierat hypothecam cum valido assensu. Cum sit communis observatio indistinctè recepta absque aliqua contradictione in judiciis, & extra.

Etenim verissimum est Administratores Brigidæ de Mari legitimè quæsivisse hypothecam super Terra prædicta ex juribus cessis per Rotam creditorem in anno 1590. virtute assensus Proregis, ex eo quod Exteri licet non possint in alium transferre eorum jura sine Regia assensu, acquirere tamen possunt cum assensu Proregis; Quo stante, dum dictis administratoribus fuit satisfactum de pecunia Simonis de Oria, & fecerunt jurium cessionem, 75 illa Jura jam acquisita, & radicata in personam hæredum Brigidæ non poterant transferri in Damianum solventem, & successivè in Simonem quousque Regis assensus impetraretur, interim vero illa jura adhuc remanebant penes hæredes Brigidæ licet fecissent cessionem, quia nunquam poterant abscedi à persona dictorum hæredum, nisi alteri quæri potuissent *l. nec utilem ubi glos. ff. quibus ex caus. maje.*, & cum non possint dici alteri quæsita, sine assensu, minus possunt esse in pendenti, sed omnino penes unum, vel alium probat *text. in l. si ex duabus, §. sed & Marcellus ff. de in diem adject. Glos., & DD. in l. si ego ff. de soluto, ex tex. not. in l. fin. ff. commu. præd.* impetrato verò assensu jura Brigidæ transferuntur in cessio-

 narium;

narum; & non est nova acquisitio, quoad obligationem debitoris principalis, sed jura jam antea quæsita transeunt in cessionarium virtute assensus, & cessionarius repræsentat cedentem, & in omnibus subintrat in locum ipsius, ut dicit *Salyc.in l.si à creditore, C.de action.& obligatio*.Intantum, quod dixit *Capyc.in invest. feud. in vers. feudales assensus in sequenti verbo necessitas in vers.quæro 2.fol.mihi* 81. quod cessionarius posset agere ex juribus cedentis absque assensu, quod non est receptum. Cum in traslatione requiratur assensus, ut refert *D.de Franch.decis.*593.*n.*9., & potest assensus præcedere, & subsequi absque dubio, ut idem *D. de Franch.* posuit auctoritate *Isern.in decis.*620.objecta vero non obstant.

76 Quò ad primam, resolutio est prompta quoniam cessio Jurium, etiam sine pacto potest fieri incontinenti tempore solutionis, & hoc modo actio competens cedenti non est extincta contra debitorem, secus si cessio fieret post solutionem simpliciter factam vel potest fieri cessio ex intervallo, & omni tempore quando fit solutio adiecto pacto, ut jura cederentur. Quia eo casu solutio non fit ad finem extinguendi obligationem debitoris, sed loco pretii actionis cedendæ, casus est clarus, & vulgatus in *l.Modestinus, ff.de solutio*, facta enim solutione cum dicto pacto indistinctè fieri cessio solventi ad ejus utilitatem, censetur remansisse penes creditores cui fit solutio. Actio utilis, etiam post solutionem ex substantia obligationis non extinguitur, ut declarat optimè *Paul.de Castr. in cons.*182. *in causa quæ vertitur post numerum primum* sed hic dicta Domina, *& in fin., & col. 2.post medium vers.item quod supra dixi vol.*1., *& late d.de Ponte in cons.*6.*nu.*7.*cum seq.*in causa autem non fuit facta cessio in actu solutionis, & processit solutio cum speciali pacto cessionis jurium faciendæ, requirebatur tamen assensus, quò ad translationem jurium, tam impetratus à S. M. attenta forma Pragm. & sic hæc prima oppositio levis est, & non aliter proponenda.

77 Quò ad secundam similiter non est opus allegatis quoniam sunt distinguendæ personæ, aut enim agimus de jure quærendo, quo ad obligationem Odoardi Communis debitoris, & pars benè diceret quod hodie Simon de Oria non posset obtinere assensum pro quærenda nova actione contra Odoardum in prejudicium aliorum creditorum Odoardi, qui medio tempore contraxerunt cum assensu valido, & hic non est casus noster, nec disputabilis, quoniam Simon de Oria non proponit novam acquisitionem contra Odoardum, sed vigore cessionis obtemptæ ab administratoribus hered. Brigidæ de Mari repræsentat actionem jam dictis hæredibus acquisitam ceteris anteriorem cum valido assensu, & sic quoad debitorem non fuit novus contractus, nec nova acquisitio; sed jura quæsita hæredibus Brigidæ transferuntur vigore cessionis; & si adsunt creditores anteriores dictis hæredibus Brigidæ, non fit eis præjudicium, ut vulgatum est, si verò compareret aliquis, qui forte obtinuisset aliam cessionem ab hæredibus Brigidæ, & prius impetrasset assensum super cessione, tunc bene Simon non posset uti suo assensu novissimè obtento super cessione contrà alium cessionarium Brigidæ, si adesset cum assensu anteriori juxtà posita per D.de Franchis in dec.75., sed quoad Odoardum allegantur jura quæsita, anteriora cum assensu translata nunc in Simeonem cum assensu præsentato, imò poterat Simon etiam assensu non im-

78 petrato super cessione, cogere hæredes Brigidæ ut agerent pro consequutione pecuniæ solutæ in ipsius beneficium, postquam actio non extincta residebat in personam dictorum hæredum, quibus pecunia Simonis soluta fuerat, & sic poterat intentare hoc remedium subsidiarium, ago, ut agas dicit *D.de Franch.in decis vulg.*41., vel demum quia penes creditorem cedentem etiam facta solutione adhuc remansit utilis actio ad utilitatem solventis ut in specie dicit *Paul.de Castr.in d.cons.* 182.*in dict.*2.*col.*post medium, pôtuissent comparere hæredes Brigidæ ad petendam liberationem in beneficium Simonis prout alias fuit indistinctè observatum in S.C., & signanter in causis creditorum Ferdinandi Crispani comparentium super pretio Terræ Casularum, relatore Domino Commissario Tapia, & mirum est quod fideicommissarii Stephani de Mare allegant hanc exceptionem, post quam ipsi super cessione eis facta usi fuerunt eadem cautela in impetrando assensum à S.Maestate post assensum impetratum ab ipso Simone.

Quò ad tertium objectum quod fundatur in litis pendentia, & litigiosi vitio, credo quod potius opponatur ad differendum, quam quod termini vitii litigiosi sint applicabiles ad casum nostrum, & loquendo prius de vitio litigioso, illud sane contrahitur, vel dum distrahitur à debitore, sive reo, res quæ petitur actione reali vel

79 dum actio proposita, lite pendente, & extra hoc casus non datur vitium litigiosi, & effectus aut vitii litigiosi, vel dum alienatur res alteri hypothecata, & in judicio deducta, vel dum sumus in actione reali intentata, vel hypothecaria, quod illa alienatio est nullius efficaciæ, ac si res non esset alienata *Isern.in cap.* 1. *in vers. condemnatorum nu.*49.*circa medium quæ sint regal.a, & in constit.Regni circa violentiam in vers.causam habeat* item vitium litigioli per *tex.in l. fin. Cod. de litigio Afflict.in decis.*85.*nu.*4., *& decis.* 331. *n.*2. non enim debet cogi actor in alium emptorem judicium transferre, nec novum libellum præsentare, ut dicit, *Bal.in l.* 1.*nu.*6.*C.comuni dividundo*, & proinde in Regno editum est *capitulum conventus*, quod procedit tam in actione reali intentatâ, quam in hypothecaria, ut per *D. de Franch. dec.*464. *&* 845. licet in hypotecaria videatur contrarium tenere *Dom. de Ponte in d.cons.*6.*num.*14., *&* 15. ex traditis per *Afflict.in const.eorum fraudibus*, ubi latè, & in his casibus ut valeret alienatio esset facienda mentio litis in specie dispensari vitio litigiosi, ut per *Afflict.in dict. const. eorum fraudibus num.*17. & hi termini sunt extra casum, de quo agimus, ex quo non sumus in reo transferente in alium rem petitam in judicio ab actore actione reali, vel hypotecaria, quo casu procederetur cum reo non obstante alienatione, sed agitur inter eosdem cre-

80 ditores, quis sit præferendus in liberatione, nec potest applicari tertius casus vitii litigiosi, quando scilicet quis actionem intentavit, & illam lite pendente alteri cessit, respectu cujus provisum est ut cessio actionis lite pendente non valeat, & lis nihilominus agatur nomine cedentis ad *tex.in l.*2. *C.de litigios.Bald.in d.l.*1.*d.nu.*6.Sed utilitas esset ces-

cessionarii ut posuit *Affl.decis.354.post nu. 2.* quo-
niam hæredes Brigidæ, qui fecerunt cessionem
non comparuerunt in hac liberatione, nec cessio-
nem fecerunt lite pendente, sed annis elapsis in
tempore solutionis, & potuissent comparere in
beneficium cessionarii ex prædictis; Assensus verò
tantummodo impetratus est novissimè post gradua-
tionem, & liberationem petitam, & sic tantum-
modo videndum erit, an obstet Simoni litis pen-
dentia super liberatione, quo ad assensum impe-
tratum super cessione jurium.

In quo articulo, etiam in casu fortiori resolu-
ta est omnis controversia, quoniam etiam si es-
semus in obligatione contracta per debitorem ad-
huc super illa obligatione inita ante litem posset
impetrari assensus lite pendente, & processu con-
cluso non facta mentione litis, & ita Sacrum Con-
silium habuit assensum pro valido, dum ageba-
tur hypothecaria super feudo teste *Capyc. in inve-
stit.feud.in 10 feudorum executiones col.3.nu5., &
quid si actum est fol.mihi 195.* quem refert, & se-
quitur *Lanar.in cons.17.*, & eandem opinionem
comprobat ex multis, & inter alia, quia assensus
est gratia, in qua non est necesse facere mentio-
nem litis pendentiæ, nec propterea dicitur sub-
reptitius assensus quod non impetratur in præju-
dicium litis, sed ad validandam promissionem re
integra, non existente revocatione contractus, ut
ibi num.7.cum seq., & ex alia non obstat litis
pendentia, quia assensus, qui impetratur super
obligatione contracta per debitorem non nocet
tertio qui antea impetrasset assensum, ut per
*Affl.decis.286.num.4.Lanar.& d.de Ponte in locis
prædictis*, & sic quo ad debitorem omni tempore
posset assensus non impetrari non obstante lite.

Attenditur enim validitas contractus initi ab-
sque fraude, & an litem, cui assensus accedit ad
tollendum obstaculum *ad tex.in l.si pater § fin. ff.
de manumiss.vindic.Bald.in l. si ut proponis C. de
serv.pign. dat manumiss. Isern. in c. Imperialem
col.5.vers.dicunt quidam de probib.per Feder.* imò
81 inspicitur quo tempore contractus fuerit cele-
bratus à Vassallo, & proinde assensus regulatur
à contractu simpliciter, *Iser.in c.1.num.7 qui succ.
tene.Camer.in d.c.Imperialem lit.S f.44.Frec. in a.
lib.sui operis qu.2.nu.14.*, validat contractum ri-
te, & rectè gestum *d.de Franch.decis.302. nu. 11.*
Intantum quod & in debitore decocto ante tamen
venditionem suorum bonorum etiam facta gra-
duatione potest impetrari assensus super con-
tractu inito ante decoctionem, quoniam atten-
ditur habilitas personæ tempore contractus non
82 assensus impetrati dominium rei feudalis sit penes
debitorem bonis adhuc non distractis ex eo quod
contractus super feudo non est omninò nullus, sed
est impendenti sub spe convalidationis, & assen-
su Domini; ut *Camer. posuit in d. c. Imperialem
fol.47.lit S. cum seq., & fol. 89. lit. S. ex distin-
ctione Imolæ in l.cum vir.post nu.6.ff.de usucap.*, &
retrotrahitur assensus ad tempus contractus,
de quo *Camer.in eod.cap. fol. 89. lit. R.* non tamen
in prejudicium tertii qui medio tempore assensum
non impetrasset ut dictum est, & ita fuit iudica-
tum per *d.Lanar.* in anno 1580. in causis credito-
rum quondam Germani Ravascherii, & per Sa-
crum Consilium iterum. in anno 95. referente
quondam Commissario Quiros iunctis Aulis in
causis creditorum Antonii Spinule concurren-
tium super pretio Vinusii, signanter inter Cata-
neum Pinellum, & D.Antonium Carolum, qua-
rum nunc est Commissarius Palatius, & hæc in
obligatione debitoris principalis.

83 Casus autem noster longè diversus est, & pe-
nitus sine scrupulo, namque quoad debitorem
principalem non impetratur hodie assensus, sed
jam fuerat impetratus in anno 1593. in benefi-
cium hæreditatis Brigidæ de Mari, & quia actio
adhue non extincta residebat in personam hære-
dum Brigidæ facta jam cessione impetratur assen-
sus super dicta cessione, super qua non aderat
aliqualis, sed tamen quod cessionarius non pote-
rat obtinere liberationem ex defectu assensus jam
impetrati, quia non nocet illis creditoribus
Odoardi, qui haberent assensum, & jura ante-
riora hæredum Brigidæ, & si non est facienda
mentio litis in obligatione debitoris, ut funda-
tum est tantò minus in cessione jurium jam ac-
quisitarum, quæ per solutionem non sunt deper-
dita, & potuissent exerceri per hæredes Brigidæ
in beneficium Simonis.

84 Amplius quando translatio fit ex causa neces-
saria cessat quodlibet vitium litis in *cap. preterea
si inter duos col. 5. vers. nec intelligitur de probib.
feud.alien per Feder.Bal.in cons. 391. nu. 3. vol. 1.
Affl.d.constit.eorum fraudibus post nu.17. vers.13.
casus de Ponte in d. cons.6. num. 20.* Authoritate
Gl.in d.l.2.in primo actore, *& cons 55.numer.4.*,
causa autem necessaria est in individuo quando fit
solutio vigore pacti antecedentis de retrovenden-
do, ut per *Boer.decis.281.num.8.* immo si aliquis
tertius simpliciter solveret creditori diceretur cau-
sa necessaria, & posset creditor saltem Judicis of-
ficio cogi ad cedendum jura ex illa æquitate, quod
tibi non nocet, ut in *eod.cons.6.nu.20.* dicit *d. de
Ponte*, aut si supervenit rescriptum, & assensus
ex causa de præterito: prout in casu nostro: quo-
niam tunc jus superveniens ex causa de præterito
prodest, & validat judicium, ut ibidem *Lanar.
posuit num.14.* quamvis hic non adsit judicium,
nec lis contestata, sed tamen petitio cujuslibet
ex creditoribus petentibus liberationes.

85 Nec potest allegari causa, quare Rex non con-
cessisset assensum super cessione jurium, itaque
difficultas concedendi assensum redderet illum
subreptitium juxta tradita per addita per *Anna
in cons.113.num.2.* quoniam dum tertius solvit
hæredibus Brigidæ quantitatē debitam pro debito-
re cum pacto expresso, ut jura cedantur, quæ
non sunt extincta consideratur potius justissima
causa assentiendi, & quamvis assensus sit gra-
tia, conceditur indistinctè, non data justa cau-
sa denegandi, ut per Dominum de *Franch. decis.
695.num.3., & 4.* maxime cum soleat Rex in his
casibus absque difficultate assensum concedere
etiam quia non sumus nisi in alienatione voluntaria,
& dum Princeps concedere solet non reputetur
res difficilis, ut latè probat in his terminis bene-
placiti *Valasc.in praxi portionum cap.13.à num.63.*
alias tolleretur commercium; & nemo contra-
heret, nec emeret in Regno, si solvendo credito-
ri exteri vigore pacti de retrovendendo ex neces-
sitate assensus cum difficultate impatraretur, tan-
to magis quia idem creditor cedens posset compa-
rere in beneficium solventis; & nemini fit inju-
ria, si igitur prædicta procedunt etiam in impe-
trante assensum super obligatione debitoris prin-
cipa-

sis, nulla cedit imaginatio difficultatis in assensu super cessione jurium in beneficium solventis cessante quolibet vitio litigiosi licet ultra progressus fuerim præter opinionem, cum hæc causa tamquam dotem ni fallor non requirat. Quo verò ad tertios ante rescissionem est posterior, post rescissionem verò pro interesse, & capitali utitur juribus anterioribus cessis, pro cujus interessis liquidatione est facienda relatio.

ANIMADVERSIO

Ad resolutionem Secundam.

SUMMARIUM.

1 *Jus prælationis jure sanguinis in feudis infra quod tempus peti debet ab agnatis.*

2 *Jus prælationis in feudis an detur ratione investituræ, vel iure sanguinis.*

3 *Declaratur decisio undecima* Regentis de Ponte, *& affertur conciliatio distinctionis allatæ per* Reg. Rovit. n. 3.

4 *Prælatio competit in feudo hæreditario agnato, qui comparet post mortem alienantis.*

5 *Revocatio virtute constitutionis competit agnato in venditione Feudi hæreditarii non facta prævio Regio Assensu.*

6 *Tempus triginta annorum ad petendam prælationem currit à die mortis alienantis, & an tale tempus obstet sequentibus agnatis agere non volentibus* nu. 7.

8 *Præscriptio est species alienationis.*

9 *Prælatio an competat Universitatibus existentibus sub dominio Baronis.*

10 *Et quando prælatio peteretur in venditione iurisdict. criminalis ab universitate, quæ existit sub Barone civilis jurisdictionis.*

11 Cardinal. Cortadini *opinio declaratur, &* D Ageta *refellitur nu.* 12.

13 *Prælatio denegatur Universitatibus quando est expediens Regia Cur., ut remaneant sub Regio Demanio.*

14 *Prælatio denegatur Universitatibus non violentibus substentare Reg. Demanium.*

15 *Prælatio an detur ratione publicæ utilitatis ad evitandas rixas inter condomines Jurisdictionis, & nu.*

16 *Facti series breviter præponitur.*

17 *Prælatio non datur in feudis nisi in casibus a iure Feudali expressis.*

18 *Prælati ad evitandas rixas non sustinentur ob commodum subditorum.*

19 *Rixæ, & inimicitiæ non repellunt emptorem ab emptione feudi, ut decisum refertur, nu.* 20.

21 *Decisio relata per* Lanarium *declaratur.*

22 *Prælationis iudicium ad evitandas rixas, seu coactiones est determinandum pravio termino, & sententia, & referuntur decisiones, nu.* 23.

24 *Prælationis, seu coactionis causa ad evitandas rixas non potest avocari a Tribunalibus Regni, & trahi ad Consilium Italia.*

25 *Causæ Feudales, & de regalibus avocari non possunt a Supremo Italiæ Consil. virtute Privilegiorum Neapolitanorum.*

26 *Referuntur decisiones, quod consimiles causæ non possunt avocari, n.* 27.

28 *Privilegiorum declaratio circa dubium dependens ex mente Principis, est facienda per Principem: Respicientia vero validitatem Privilegii, sunt remittenda ad Tribunalia.*

29 *Universitates non patiuntur privilegio Demanii jure proprio, sed jure Regio, & per consequens causæ Regii Demanii possunt trahi ad Curiam Regis, nu.* 30.

31 *Causa in quibus versatur Fisci interesse tanquam Authoris laudati non possunt tractari, nisi in Tribunali Regia Camera, n.* 31.

32 *Regia Camera quando accedit ad votandum in Collaterali Cons. proferuntur decreta nomine eiusdem Regiæ Cameræ.*

33 *Principis Majestas nunquam utitur potestate absoluta sed illa quæ est legibus alligata.*

ADornatum conclusionis feudalis quam hic tangit *D. meus nu.* 52., circa prælationem in habentibus jus aliquod super feudo, animadvertere oportet, quod jus prælationis, quod competit agnatis jure sanguinis adversus feudi venditionem extraneo factam, an possit exerceri elapso anno; &
1 sic intra spatium 30. annorum, distinguit *R. de Marinis lib. 2. Suar. resol. cap.* 116. *nu.* 19. nempe ut annus concedatur ad retrahendum, quando agnatus vivo alienante agere vult *ex textu in §. Titius in fine.* quando vero defuncto feudatario alienante agnatus ex propria persona uti in vestitura comprehensus nullo refuso pretio vult feudum recuperare, tunc excludi non potest nisi præscriptione triginta annorum, & hanc prælationem competere ex antiquis investituris, & concessionibus quibus ipsi Agnati sunt vocati, dixit *Facchin. controv. lib. 7. cap* 11. *& cap. 9 §. postremo,* & prohinde hanc prælationem competere Agnatis in Feudo ex pacto, non autem Feudo hæreditario, latissimè firmavit *Reg Capic. Latr. consult. 27. &* 28. *lib.* 1.

Sed prælationem non dari ratione investituræ
2 in Regno, sed iure sanguinis dixit *Reg. de Pont. decis.* 11. *n.* 12 *vers. ex his remanet conclusio.* Et ideo hodie indistinctè practicatur prælatio, tam in feudo ex pacto, & providentia quam in feudo hæreditario antiquo ex tot, tantisq; decisionibus, de quibus testatur *Fulvius Lanar. in addiction. ad Afflict. in § sed etiam res. per quas fiat investitura. n.* 40.

3 Quarum decisionum celebris, fuit illa in caussa Juliæ Muscettulæ apud *Reg. de Ponte decis.* 11., postquam decisionem fuit introducta consuetudo, ita iudicandi de qua testatur *Reg. de Marinis in observat. ad decisionem* 22. *Reverterii n.* 8., *& Consil. de Rosa consult.* 27. *nu.* 13. ideo viginti, & unam decisionem cumulavit *Michel. Angelus Gizzius in observat. ad dec.* 57. *Reg. Capicii latro n.* 2. *tom.* 1. quibus decisionibus nos addimus ad has tres, quas nos retulimus *in compend. selectar. decisionum feudal decis.* 9. *num.* 24., *& dec.* 10. *n.* 24. *& n.* 25. *citatæ decis.* 9.

4 Nec adversatur distinctio illa quam post *Afflict.* adduxit *Reg. Rovit. in allegat. apud R. Ponte decis.* 11. *nu.* 72. inter revocationem, quæ competit vivo alienatore, & illa quæ competit post mortem alienantis. in qua requiritur quod sit ex pacto, & pro-

provindentia, secus in revocatione facienda in vita, in qua sufficit quod feudum sit hæreditarium, siquidem distinctionem hanc solvit idem *Rovit.* ibidem *in fine*, dum dixit quod revocatio generaliter procedit in omni, & quocumque feudo, dummodo sit antiquum.

5 Quæ prelatio maximè præscribit sibi locum in feudo hæreditario, quando Agnatus qui comparet post mortem alienantis vult solvere pretium annullata venditione facta absque ejus consensu ut perpendit *Rovitus in citata decis.11.Reg.de Ponte num.16.& 17.*

6 Maximopere præscriberet sibi locum si venditio feudi hæreditarii non fuerit facta prævio Regio Assensu, quia tunc ob illicitam alienationem factam competeret revocatio virtute *constitutionis Divæ memoriæ* ex traditis per *Capic.Latro consult.27.num.28.29.& 30.& 44.45., & 46. lib.1. Cardinal.de Luca de feudis disc. 36. num.8. Reverent.de Luca in observat. ad consult. 27. Capicii Latro nu.4.*

7 Quod tempus triginta annorum scire oportet quod currit à die mortis alienantis, nam ab illo die potest agi ad revocationem, & sic tunc currit præscriptio, quæ præscriptio non obstat aliis sequentibus agnatis agere non volentibus, ut fir-

8 mat *Iul.Cæsar.Gallup.in suo Method.feud.p.2. capitol.31.37.38.39., & 40.* ubi quod jus revocandi, quod Agnato competit post mortem alienantis, etiam spectat ad ejus hæredem proximè succesfurum in feudo, dummodo conficiat inventarium, accedit *Peregr. de fideicommis. artic. 41. num. 17.* ubi quod in feudalibus descensivis, vel agnatitiis, nulla currit præscriptio non natis, vel non volentibus agere, & proinde primo non revocante alienationem de feudo factam potest revocare, secundus, & si secundus negligit, poterit tertius, & deinceps ob illam rationem quam assignat, quod sicut primò vocatus non potest alienando præjudicare secundo ità neq; prescribi patiendo quia præscriptio est alienationis species

9 *ex textu in l.alienationis ff.de verbor.signific.* comprobat *Censal. in observat. ad eumdem Peregr.verfic.4.observ.*

10 Prælatio an competat Universitatibus existentibus sub Dominio Baronis quando venduntur; quemadmodum competit quando existunt sub immediato Dominio Regis, & negativè resolvitur *per Reg.de Ponte in lectura feudi lect.8 nu.35.*, quia quando existunt sub Regio demanio rediguntur de libertate in servitutem quod non est, nec jure cautum reperitur quando Vassalli existunt sub Dominio Baronis, ut post eumdem *de Ponte* perpendit *Regens Rovit.super Prag.63 de offic.Proc.Cæsar.n.26., & 27* ubi quod quamvis aliquando fuerit contrarium servatum non fuit ex jure proprio Universitatibus competenti. Sed ex jure competenti Regi domino directo prælationem habenti, quo invito semper essent repellendæ. Accedit *Reg.de Marinis in observat.ad decis.215.Reg.Reverterii nu.3., & 4 lib.1.* ubi quan-

11 do prælatio est deneganda Universitati existenti sub Dominio Baronis Civilis, si vendatur jurisdictio criminalis ex eadem ratione quod non potest considerari favor libertatis Vassallorum dum adhuc remanent Vassalli illius qui babet jurisdictionem civilem.

12 Quamvis contrariam sententiam sustinere videatur *Cardinal.Corradin.de jure prelationis quæstion.47., & D.Agæta in annotatis; M.C. ad Reg. Moles ad §.24.ad qu.primam nu.15.*

13 Nihilominus *Corradin.* loquitur extra Regnum ut fatetur *nu.29., & 30.* ubi admittit contrarium factum vigentem in Tribunalibus Regni Neapolis; de opinione *D.Agæta* non est curandum quia non solvit difficultatem, nec respondet ad rationem adductam a *Reg.de Ponte*, imo de illo mentionem non facit.

14 Fortius denegandum esset beneficium prelationis Universitatibus quando expediens non esset Regiæ Majestati eas in demanio retinere, vt habetur ex doctoribus cumulatis per eundem *Agæta in locis superius citatis num.23.in fine*, quibus accedit illud quod dixit *Reg. Reverterius decis.161.* dicebatur pariter, quod Terra paupertima erat & paucorum focularium, & pro obtinendo demanio ultra ducatos triginta mille quos interesse comprehenso solvere tenebatur, & cum summam hanc non haberet, necesse erat ut a personis divitibus pecuniam acciperet, & ad rationem decem pro centenario, sic postea feudales redditus emens ad rationem quatuor cum dimidio, quo fiebat, ut quanto citius foro cederet, & sic iterum Baronem quæreret, nam secus dissueretur, nec fiscales functiones Regiæ Curiæ, sive ordinarias, sive extraordinarias solvere demum potuisset.

15 Insuper excluduntur Universitates a Regio Demanio quod cernitur libertatem non esse duraturam ex quo non possunt substentare Regium demanium, dum opus esset iterum de novo alteri vendere, & in servitutem redire, nullo considerato Regis interesse, ut habetur ex decisione *Reg. Moles* quam inseruit *Reg.de Mariz.lib.2.cap.224., & Reg.Tap.lib.6.juris Regni*, quem laudat *D. Agæta in annotat.ad eundem R. Moles fol.187.tom.2.*

16 Erit quoque examini subjiciendum, an detur prælatio in feudis ratione publicæ utilitatis ad evitandas rixas, & inimicitias contractas inter condominos jurisdictionum diversarum, sed quia res, & occasio tulit, ut super hoc articulo scriberem pro Marchione Uriæ sat erit ut illud meum breve responsum curreuti calamo editum hic typis demandem quod est sequentis tenoris.

Auctoris Responsum.

17 Marchio Uriæ non potest cogi ad vendendum feudum, vulgò *la Foresta d'Oria*, etiam ratione gubernii ad evitandas rixas, & quod causa prætensæ coactionis non possit trahi ad Supremum Italiæ Consilium ex infrascriptis brevissimis mediis demonstrabitur pro confirmatione conclusionum firmatarum, per doctissimos illos jurisconsultos, qui plenissimè pro Marchione scripserunt, degustato articulo in editis Consultationibus.

Hæc coactio, quæ prætenditur ratione publicæ utilitatis ad evitandas discordias, & rixas, etiam in casibus, in quibus prætenditur prælatio inter condominos jurisdictionum distinctarum, nec jure, nec ratione, nec auctoritate rerum judicatarum probatur.

18 Non jure probatur, quia prælatio non datur in feudis, nisi in casibus à lege feudali specialiter pro-

provisis, vel in casibus more judicandi legitimè introductis, juxta tradita per *Reg.Galeot. in decis.ad controv.53.ad nu.35.artic.2.lib.*, *& Reg. de Marin.in observation.ad decis.Reg. Revert.*488. *num.*3. *tom.*2. ubi testatur morem seù consuetudinem concedendi prælationem in feudo, locum sibi præscribere in Regno in beneficium Universitatum, quæ petunt admitti ad Regium demanisi ex *Camillo de Curte in locis per eum allegatis.*

Casus noster non est à lege feudali provisus, nec moribus introductus. Quod non sit legibus feudalibus provisus, non erit in dubium revocandum, quia in feudis de jure communi feudorum non datur alia prælatio, nisi ratione sanguinis per *text.in c porro qualiter olim feud. alien. poter, & in c.1.§.Titius in tit. si de feud. defunct. controv. sit* cum concordantibus. Remanet igitur probandum, an ratione, & moribus prælatio hæc introducta dicatur.

19 Ratione & moribus hanc prælationem non receptam legimus, etiam in illis casibus, in quibus prætenditur à condomino jurisdictionis ad evitandos rixas ob commodum subditorum, quia tale prætensum commodum subditorum non habet prælationem, ut probat doctissimus, & eruditissimus *Cardinalis Corradin. de jur.prælat qu.*36. *à num.*70.*ad* 79. sub illis verbis, *& proinde dum consortes ad rixas evitandas habent eorum remedia ordinaria à jure tributa, non debet hoc prælationis remedium extraordinarium concedi*, ut bene notat *Thor.in compend.decis.p.*2. *verb. prælatio fol.mihi* 488.*& seq.*

20 Nec causa inimicitiæ, & timor rixarum repellit emptorem ab emptione feudi, quemadmodum decisum fuit per S. C. in causa venditionis Terræ Valdovini, qua exposita venali subhasta S. C, comparuit Fabius Carafa ad licitandum, & emendum, quamvis se opposuisset Universitas instando esse dictum Fabium repellendum ob inimicitias contractas etiam per quærelas criminales, his tamen oppositionibus non obstantibus, fuit admissus ad emptionem, & provisum per S. C. quod
21 *consignetur possessio citra præjudicium litis motæ per Universitatem super ejus prætentionibus*, & decisio fuit lata referente Regio Consiliario Fornario penes Actuarium de Caro, nunc de Felice, de qua decisione memor fuit *Julius Cæsar Gallupp. in praxi S.R.Cons.par.*3.*c.*2.*num.*40. Si igitur S.C. censuit non esse repellendum ab emptione feudi Fabium Carafa ob inimicitias; Cur cogendus erit Marchio ad vendendum feudum post emptionem factam à Regia Curia ab anno 1575.& post diuturnam possessionem, quando Baronibus conquerentibus de rixis, & inimicitiis, aliis mediis potest esse consultum.

22 Nec adversatur decisio allata per *Lanar. in addit.ad Patr. in repet.*8., *sed etiam rer num.* 11, *fol.*318. quia decisio illa in causa Baronis Acquavivæ non potest applicari pro decisione præsentis speciei, nam processit ex variis facti circumstantiis, & signanter ex quo feudum erat dividuum de jure Longobardorum, & sic unus ex sociis poterat cogere consocium ad vendendam suam partem, ut constat ex tenore decisionis, & clarè patet ex verbis ejusdem *Lanarii in figuratione casus*, ibi: *Et quia potest dubitari, quod duæ personæ possideant Castrum divisim cum jurisdictione pro inæqualibus, vel æqualibus partibus prout de aliquibus feudis dividuis jure Longobardorum, & ob communionem esset perventum ad discordias, contentiones, & inimicitias prout solet communio. &c.*

23 Nec Conbarones Provinciæ Hydruntinæ, hac coactione experiri possunt coram Judicibus competentibus, absque termino, quemadmodum in simplici coactione ad vendendum feudum ad instantiam creditoris absque assensu servatum legimus apud *Reg.Marcian.in disput.*42.*in princ.lib.*1. quod in omnibus prælationibus ratione communionis vel ad evitandas rixas, semper moribus receptum legimus, & adest novissimum exemplum de anno 1697., & 1698. inter Ducem Balneariæ, & Marchionissam Abenavole, quæ cum petiisset in S. Cons. præferri in venditione feudi Montisbelli, referente Consiliario nunc Regente v3. D. Flavio Gurgo fuit interpositus terminus; & demum comparente D. Francisco Ruffo, & expostulante similiter prælationem ad evitandas rixas, decreto ejusdem D. Commissarii sub die 16. Junii ejusdem anni 1698. fuit dictum, *quod terminus datus ad instantiam Ill. Ducis Balneariæ currat etiam respectu prætensorum per D. Francescum Ruffo, & D. Theodoram Alberti pro prælatione petita in emptione Terræ Montisbelli, ut in processu fol* 82.

24 Quibus ità suadentibus corruit altera prætensio avocationis causæ ad Supremum Italiæ Consilium, siquidem hoc tenderet nedùm in perniciem Marchionis, cui tolleretur defensio, sed in destructionem privilegiorum Civitati, & Regno concessorum, etiam si mandaretur, quod causa votetur in Tribunalibus Regni, verùm ante publicationem sententiæ transmittantur vota ad Supremum Italiæ Consilium. Nàm non solum dicitur contraventum Capitulis, & Privilegiis nostri Regni per avocationem, & determinationem causæ in Curia, sed per quamcumque provisionem, etiam non importantem determinationem, ut patet ex *cap.*4.*fol.*160. ibi, *li quali quando di nuovo si avessero da determinare in sua Real Corte, o farsi sopra di essi altra provisione facia contro la forma del sudetto Capitulo*.

25 Et in hac avocationis prohibitione compræhenduntur omnes causæ, etiam feudales, & de Regalibus, in quibus versatur fisci interesse, ut in *cap.*11.*fol.*18., *& in cap.*1.*fol.*127.*reassumptis per Reg.Tap decis.*1.*nu.*33.comprobat *Rodoer.in consil.* 35.*num.*11. ubi advertit quod per Privilegium concessum à Carolo V. Cæsare compræhenditur qualiscumque urgentissima causa, etiam pro bono pacis, & publico.

Et quamvis idem *Reg. Tap.in cit. decis.* 1. *n.* 4. voluerit quod possit mandari, quod causa votetur in Tribunalibus Regni, verum quod ante publicationem transmittantur vota ad Supremum Italiæ Consilium tamen hæc opinio expresè repugnat verbia ejusdem Capituli; quæ verba quando essent dubia, etiam in beneficium Civitatis essent interpretanda, *Reg.Sanfelic.decis.*135.*nu.*28. *lib.* 1.

26 Nec est novum, quod similes causæ coactionis ad vendendum feuda ob rixas, & discordias extiterint semper agitatæ in Tribunalibus Regni, etiam virtute ordinum Regalium, & ultra quamplurima exempla, habemus novissimum illud de anno inter Archiepiscopum Tarentinum utilem Do-

Dominum Jurisdictionis civilis Cryptaliarum, &
Principem Cursis Dominum jurisdictionis Crimi-
nalis ejusdem Terræ, nam prætendente Archie-
piscopo esse cogendum Principem ad venden-
dam Jurisdictionem, fiscalia, & cætera bona quæ
Princeps possidebat in dicta Terra ad evitandas
continuas, & diuturnas rixas, quæ oriebantur
inter eosdem ob divisionem Jurisdictionis; etiam
accedentibus ordinibus regalibus ita mandanti-
bus, causa fuit agitata in Regia Camera, existen-
te Commissario D. Præsidente, postea Regente
D. Francisco Antonio Andreassi, ut ex actis pe-
nes Bonaventuram.

27 Hinc fit quod in terminis nostræ propositæ spe-
ciei nullum potest adduci exemplum avocationis
causæ; siquidem illud quod adducitur per Reg.
Tap. in causa Civitatis Regalis in Provincia A-
prutina satis longè distat: Agebatur enim de re-
vocatione, & derogatione Privilegii Demanii, &
de illius validitate, & an Rex habuerit volunta-
tem revocandi Demanium, quod dubium emer-
gens ex privilegio, & ex mente Principis erat
declarandum per eundem Principem, *Gonzal. in*
28 *cap. cum venissent 12. num. 9. de Jud. cits*, *Gregor.*
Lopez ad l. 27. in verb. donayo de Reit. tit. 18. p. 3.
Acacius de privileg. lib. 2. cap. 4. num. 25. Reg. Galeot.
controv. 23. num. 40. vol. 1. Et ideo illud quod ten-
debat ad declarationem mentis Principis fuit actū
in Curia; Cætera vero quæ respiciebant validi-
tatem Privilegii Regii Demanii fuerunt remissa
ad Regiam Cameram Summariæ, ad quam
de jure cognitio spectabat, ut habetur apud *Reg.*
Tap. decis. 5. *Supremi Consilii num.* 124. sub
illis verbis hic transcribendis: *Viso Memoriali*
porrecto Suæ Majestati pro parte Universitatis Civi-
tatis Regalis, ac consultatione super illo facta per
Regiam Cameram Summariæ declaraverunt, &
declarant per privilegium infeudationis conces-
sum Illustri Duci Domino Alphonso Idaquez dictæ
Terræ Civitatis Regalis, non fuisse, nec esse men-
tis Suæ Majestatis derogandi demanio, in cujus pos-
sessione reperiebantur, si quod validum, & legiti-
mum dicta Terra habebat, & propterea antè om-
nia eam restituendam esse ad possessionem sui de-
manii, & in ea manutenendum salvo jure præfa-
to Duci impugnandi validitatem dicti privilegii,
& consultationis Reg. Cameræ, si & prout juris
fuerit in prædicta Regia Camera, ad quam de jure
cognitio spectat, & ità observari mandat. Datum
Madrid 14. Mensis Februarii anni 1622.

Quamvis in specie supratraditæ rei judicatæ
apud *Reg. Tapiam* jure objici potuisset, quod
29 causa dicti Regii Demanii remanere debebat in
Curia, ex quo Universitates non potiuntur be-
neficio prælationis ex causa demanii jure proprio,
ex quo nullo jure hoc cautum reperitur, sed ex
jure competenti Regi directo domino, qui uti
directus dominus habet prælationem ad consoli-
dandum dominium directum cum utili, quo do-
mino directo invito Universitates prælationem
postulare non possunt, quia si Rex nollet dema-
nium, Universitates repellerentur; unde dum
agebatur de exquirenda, & declaranda mente
Principis, causa erat in ejus Curia agitanda, &
decernenda juxta superiùs tradita, & per *Reg. Ra-*
vitum super Pragm. 63. de offic. Procurat. Cæsar.
num. 26. & 27. quem refert, & sequitur *Reg. de*
Marinis in observat. ad decis. 432. Reg. Reverterii
num. 2. in fine.

30 Quare inter exempla, quæ adduci possunt per
adversarios de causis avocatis, & agitatis in Su-
premo Italiæ Consilio, nullum afferri potest, quod
percutiat casum præsentis controversiæ; sed om-
nia exempla prodierunt in causis Regii demanii,
vel invaliditatis alienationum Terrarum, & Ci-
vitatum demanialium, quæ habebant privilegia
quæsita mediante pecunia, ut constat ex tribus
illis exemplis Universitatis Gragnani, Civitatis
Stili, & Universitatis Ariani cum Duce Bovini,
de quibus apud *Reg. Marin. in observat. ad dec. 16.*
D. Revert. à num. 10. cum sequent. lib. 1.

Ex quibus manifestè apparet quantum ab om-
ni justitia, & ratione distare videatur petitio Ba-
31 ronum Provinciæ Hydruntinæ tàm respectu
prætensæ coactionis, quam causæ avocationis,
& proinde justissimè sperat Marchio esse decernen-
dum per justissimos, & amplissimos Judices Su-
premi Italici Consilii, ut causa remittatur decer-
nenda per Regiam Cameram Summariæ legitimè
instructo processu, partibus, & fisco auctore lau-
dato plenissimè auditis. Dùm satis superque con-
stat de formato fisci interesse, adeò quod est abso-
lutum, & extra omnem controversiam, quod
causa non potest tractari, nisi apud Judices fisca-
les in Tribunali Regiæ Cameræ juxta dispositio-
nem *Pragmat. 12. 62. & 63. de Offic. Procurat.*
Cæsar., & juxta decisa apud *Reg. Capyc. Latr. con-*
sult. 65. lib. 1. in qua habetur, quod laudato in
authore Regio Fisco à Duchessa Neritonensi, quæ
à Regia Curia emerat Bajulationem dictæ Civi-
tatis cum ejus jurisdictionibus, quarum evictio-
nem promiserat, fuit causa per Collaterale Con-
silium remissa ad Regiam Cameram Summariæ,
meminit de dicta decisione *Consil. Rocc. respons. 55.*
num. 13. tom. 1. plenè *Consil. Altim. de nullitat. ru-*
bric. 9. q. 24. num. 36. Quæ ante sunt juri, & ratio-
ni consona, quod semper, quod verum est prout
verissimum ostendimus, quod causa avocari non
potest ad Supremum Italicum Consilium, multo
minus avocari potest in Regno per Regium Col-
32 laterale Consilium juxta formata per *Præs. Ga-*
naverri in dec. 30. num. 22. Siquidem quamvis lu-
leat aliquando Collaterale Consilium mandare
Regiæ Cameræ, ut accedat ad decernendum, &
votandum in eodem Collaterali Consilio; Votan-
tibusque Spectabilibus aliis Regentibus terminum
hoc fieri non est consultum, nisi fisco instante, vel
inhærente in casibus, in quibus agitur de guber-
nio Regni, & versatur notabile fisci interesse jux-
tà tenorem ordinum Regalium, de quibus apud
Patr. de Afflict. contr. jur. cap. 6. à num. 29. ad 33.
ubi examinat, an requiratur quod concurrat utrū-
que, & nihilominus quando hoc fieri contingit,
neque dicitur causa avocata à Regia Camera; dum
decreta quæ proferuntur accedente Regia Came-
ra ad votandum in Collaterali Consilio proferun-
tur nomine ejusdem Regiæ Cameræ dum Specta-
biles Regentes non interveniunt, nisi pro Adjun-
ctis; & ideò dicitur in decreto accedente voto Spe-
ctabilium Regentium Regiam Cancellariam, &
Reclamatio adversus dictum decretum non con-
ceditur à Collaterali Consilio, sed à Locumtenen-
te, Magni Camerarii, ut singulariter notat idem
de *Ganavar. citata decis.* quod servatur, & nos
quoque servatum vidimus,

Patet igitur omnia adversariorum argumenta
fuisse resoluta, adeoquod neque amplius recurre-

re poffunt ad figuratam gubernii politici rationem, & abfolutæ Principis poteftatis, quæ quanta, & qualis fit, nullus eft qui nefciat; Scimus tamen Principem noftrum juftiffimum, & clementiffimum nunquam tali poteftate ufum fuiffe, fed femper vidimus Mejeftatem Principis Regnantis legibus allegatam, juxtà *text. in l. digna ut C. de legib.* Cum nihil magis proprium eft imperii, quàm legibus vivere, juxtà *text. concordantem in l. 2. C. de teftam.*

ANIMADVERSIO NONA

Ad refolutionem Sextam.

SUMMARIUM.

1 *Præfcriptio triginta annorum cum uniformi præftatione fervitii, quæ allegatur per poffefforem rei feudalis, num habeat vim tituli, & præfumptæ inveftituræ.*
2 *Affenfus tacitus Principis, qui non poteft de novo inveftire, an habeat vim præfumptæ inveftituræ.*
3 Montani *opinio declaratur, & ejus verba tranfcribuntur.*
4 *Poffeffio triginta annorum contra tertium, & non contra Dominum directum, præbet validum titulum ad præfcribendum.*
5 *Revocandi facultas virtute* Conftitutionis conftitutionem divæ memoriæ, *an præfcribatur fpatio triginta annorum.*
6 Reg. de Marinis *opinio defenditur; & improbatur* Confiliarius de Rofa, *cujus argumentis occurritur n. 7., & n. 8. 9. & 10.*
11 *Inveftitura præfumpta non inducitur ex præfcriptione centenaria, quando conftat de titulo ipfo jure, nullo, & vitiofo.*
12 *Affenfus, five inveftitura præfumpta non inducitur per triginta annos fuper difmembratione feudi.*

EXornando materiam præfcriptionis in feudis quam tangit hic *D. meus num. 14., & plenius in fuis obfervationibus à num. 49. ad 55.* animadvertere oportet quod illa eft difficultas quæ fuboriri poteft in terminis propofitæ quæftionis fi nullus producatur validus titulus privilegii Regii Affenfus, fed poffeffor tueatur præfcriptione triginta annorum, cum uniformi præftatione fervitii num talis præfcriptio habeat vim præfumptæ inveftituræ, affirmativè refolvere videtur *Montan. in §. præterea Ducatus nu. 151.* quamvis in fine concludat quod in Regno non poffit practicari præfcripta inveftitura ob abfentiam Regis quo Prorex non poteft de novo inveftire, nam fervitium effet præftandum Domino qui poteft de novo inveftire, confirmat hanc conclufionem idem *Montan. de regalibus in §. poteftas conftituendorum Magiftratuum num. 24. in fine;* Sed in contrarium, & fic pro inveftitura præfumpta ftat *Lanar. in addition ad repetit. cap. fi quis per triginta, fol. 501. à num. 8. ad 20.* ubi refolvit omnia argumenta R. fui Patrui Accedit *Epifcopus de Afflict. contr. juris capit. 47. à num. 31.*

2 Hæc tamen *Montani* opinio quæ eft vera, & recepta in Regno præfcribit fibi locum, quando inveftitura præfumpta allegaretur adverfus Dominum directum, fecus contrà privatum, contra quem fufficit allegare titulum præfumptum orientem ex præftatione fervitii per 30. annos, dummodo appareat de originaria inveftitura feudi primi Conceffionarii à quo devenit ad poffefforem præfentem, ut firmat *Motan. in cit. §. præterea ducatus*
3 *à nu. 152. ad 155. in fine*, ubi hanc tuetur fententiam fretus authoritate *Conftit. Regni confuetudinem pravam*, quæ in præfcriptione feudi contra tertium hoc tantum addit *cap. fi quis per 30.* quod adverfarius fit præfens in Regno illis 30 annis quibus feudum poffedit cum præftatione fervitii, & in hac fententia figit pedes fubiiciendo hæc verba: *In præfcriptionibus vero feudorum contra tertium fufficit affenfus ille præfumptus feù tacitus oriens ex præftatione fervitii cum poffeffione triginta annorum ad validandum titulum præfcriptionis, & fic. Dum emi feudum, fine affenfu, & deindè exhibui Domino fervitium pro feudo ille, cum poffeffione triginta annorum præfente adverfario in Regno. Contractus ille, qui erat nullus ab initio ex vi taciti feu præfumpti fequentis affenfus Domini orientis ex prima præftatione fervitii præbet validum titulum ad præfcribendum contra tertium ex prædicta glof. in dicta conftit. confuetudinem in verbo Alii debeantur, & in conftitutionem Divæ memoriæ in verbo revocare ibi, item an poterit præfcribere.* Confirmat hanc fententiã in *centr. 26. numer. 14.*, ubi quod in hoc cafu cum adfit bona fi-
4 des titulus invalidus ex defectu Regii Affenfus eft validus ad præfcribendum contra privatum, & hoc effe de mente *Ifernia dicit Conf. de Georg. in fua repetit. feudal. cap. 25. num. 9.* accedit *Reg. Tap. decif. 4. num. 25.* & fecundum iftam receptam fententiam prodiit decifio S. R. C. de anno 1650. junctis duabus Aulis in caufa illorum de Pifciotta referente Confiliario Cioffo, ut teftatur *Confiliar. Staiban. in fuis obfervat. ad hanc refol. 6. num. 49., & 50. lib. 1. fuar. refol.*

5 Ex qua glofæ opinione videtur quoque fublata facultas revocandi virtute conftit. *conftitutionem Divæ memoriæ* per curfum triginta annorum fecundum opinionem *Bammacarii apud Capan. de jure adohæ qu. 7. num. 41. Montan. contr. 15. nu. 11., & plenius Reg. de Marinis lib. 1. cap. 239.*, & quamvis *D. Confil. de Rofa in confultat. 23.* impugnandum duxerit eumdem *de Marinis* occurrendo figillatim omnibus dicti Authoris argumentis à *num. 44. ad 61.* tamen opinio *de Rofa* fuftineri non poteft, & fatendum erit fcripfiffe inferviendo caufæ, & non in fenfu veritatis; fiquidem adeò pertinaciter voluit perfiftere in hac fententia quod curavit aufugere folidiffima, & ftringentia argumenta *Regentis de Ponte de poteft. Proreg. in tit. de affenfibus fuper dote §. 1. num. 36. verf. in intellectus, Frecc. & Pref. Fulvii Lanarii in addit. ad Patruum in cap. fi quis per triginta fi de feudo defuncti à num. 47. fol. 519.* ubi coftantiffime firmat quod feudatarius revocans revocat jure proprio, & exercet proprium jus revocandi fibi beneficio conftitutionis *condenatum*, & proinde non agitur de præfcribendo proprio Iure privato in quo habet locum conftitutio *confuetudinem pravam*, quæ admifit in feudis triennalem præfcriptionem, & demum *numer. 48.* ad reddendum magis claram, & apertam fuam fententiam fubdit hæc verba: *Item licet verum*

tum sit quod ante dictam constitutionem jus revocandi feudum illegitimè alienatum, & distractum sine assensu erat proprium ipsius Regis, ut ait; Frecc. Attamen Munificus Rex hoc jus proprium revocandi quod ante erat Regis, fit proprium ipsius Vassalli alienantis ita sub bravibus verbis dicit Reg. de Ponte loc. cit Accedunt ad hanc firmandam sententiam argumenta Horatii *Montani controv. 15. à num. 12. ad 14.*

6 Quibus sic stantibus fuit aliud argumentum excogitatum pro eundem *Conf. de Rosa* quod dicit esse fortius *num. 77.*, nempe quod non possit assensus contra partem præscribi ex quo adest interesse Regis, & fisci quod est conjunctum, & insuperabile eum interesse partis, & proindè quemadmodum non datur contra fiscum præscriptio, ità nõ datur in hoc casù ob commune, & conjunctum interesse cum parte ex *tex. in leg. communem, ff. quibus modis servit. amittatur*, in quo jus socii minoris opitulatur ad excludendam præscriptionem, & ex *text. in cap. ad audientiam de præscriptionib.* ubi fuit exclusa præscriptio triginta annorum, ex quo in illo negotio aderat interesse Ecclesiæ Romanæ.

7 Verum enim verò ex juribus allegatis non resultat propositum fortè argumentum, nam *text. in l. si communem ff. quemadmod. servit. amitt.*, ideò statuit quod præscriptio servitutis quæ contra pupillum non currit non currat contra socium ætate majorem, quia individua est servitus, itaut amittitur tota, aut tota servatur ut in *l. un. §. denique, & ibi glos. verb. servatur ff. de servit. rustic. prædior.*, & hanc rationem assignavit *Accurs. in d. l. si communem verbo, & ego.*

8 Sed in proposita specie non est ità individuum interesse revocationis virtute *constit. constitutionem Divę memorię*, nam prohibitio alienationis feudi, fuit introducta favore Regis Domini directi, tam de jure Regni quam de jure constitutionis. Revocatio verò fuit introducta favore ipsorum contrahentium ad evitandam pœnam caducitatis, & ammissionis feudi; igitur ante revocationem restat in terminis juris communis feudorum, secundum quod nedum contractus valet respectu contrahentium adeòut obligat ipsos contrahentes.

9 Sed datur prescriptio ad præscribendum feuda alienata sine assensu Domini, nam quamvis *d. cap. Imperialem versic. nos autem de prohibit. feudorum alienat. per Federic. statuatur* quod feuda sine consensu Domini alienata nullius temporis præscriptione suffragante à Domino revocari possint; non excluditur præscriptio triginta annorum, quam & nullam aliam præscriptionem Longobardorum leges agnoscunt, ut ex *Hothom.*, *& Vult.* docet *Ludwell. in synopsi juris feudalis cap. 8. fol. 225. versic. alii, & fol. 226. vers. ubi aperti*; quod maximè procedit sine hæsitatione quando non ageretur de præscribendo contra Dominum directum, sed contra privatum prout est species posita: quod admittunt etiam DD. contrariæ sententiæ inter quos est *Facchin. contr. lib. 7. qu. 61. vers. ad tertium argumentum*, confirmat hanc sententiam ex Regnicolis *Montan. contr. 15. num. 11. in fine, & num. 13. in fine.*

10 Nec adversatur *tex. in cap. ad audientiam de præscriptionibus*, quam quis ex illo *text. inferatur*, quod contra Ecclesiam nam currat præscriptio longissimi temporis, tamen non resultat argumentum propositum per D. de *Rosa*, nam currit contra Vassallum, & Emphyteuticam Ecclesiæ præscriptio, etiam decem, & 20. annor., ut ex *Felin. in cit. cap. ad audientiam, Alex, & Ruino* docet *Menoch. de arbitrariis cas. 180. num. 14.* cujus verba: *Hinc etiam tradunt Bartol. in l. cum sponsus §. in vectigalibus, ff de publicis in rem Actionibus Angel., & Imola in leg. quamvis de usucapion. quod & si contra Ecclesiam non currat præscriptio longissimi temporis; contra Vassallum tamen, & Emphyteutam Ecclesiæ prescriptio 10., & 20. annorum currit, idem affirmarunt Alex. cons. 169. col. 1. lib. 2. Felin. in c. ad audientiam col. pen. de præscrips. lib. 2. Ruin. consil. 168. num. 10. 12. lib. 1., & cons. 198. num. 2. Bald. in tractatu de prescriptionib. in partic. 5. par. principal. in 3. reg. versic. 2. limita ibidem, & qu. 8. princip.*

11 Fallit supradicta conclusio, quando constaret de origine tituli nulli, & invalidi, quia tunc noc opitulatur investitura præsumpta etiam per præscriptionem centum annorum, *Camill. de Medic. cons. 104. num. 25.*, & multis laudatis *Cons. de Rosa in cit. consult. 23. num. 58.* ubi quod dicitur constasse de titulo vitioso, vel nullo quoties venditionis titulus præcessit absque Regio assensu, sed hoc intelligendum crederem quando constaret vitio, & nullitate per evidentissimas, & certas probationes, non autem per dubias præsumptiones, nempe si esset nullitas ipso jure inducta *Card. de Luca de regalibus disc. 47. num. 6.* quia quilibet titulus coloratus, & putativus sufficit ad inducendam bonam fidem *Solara de jure indiar. lib 3. cap. 2. numer. 63. tom. 1.*; sed quod investitura præsumpta habeat locum non obstante titulo investituræ invalidæ dixit idem *Montan. in cit. §. preterea ducatus num. 151.*, & quod Assensus præsumptus inducens investituram præsumptam per præscriptionem centenariam possit allegari etiam contra fiscum adest *decis. 166. Revertir.*

12 Fallit secundo in Assensu Regio præsumpto super dismembratione feudi qui non præsumitur per triginta annos, sed requiritur præscriptio centũ annorum ex *Reg. Tapia decis. 4. num. 18. & 24.* dixi *in Animad. ad obser. 340. numer. 20. vers. accedit.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem Duodecimam.

SUMMARIUM.

1 *Creditores sine assensu super feudalibus, an possint cogere feudatarium ad vendendum feudum, num. 2., 3., & 4.*

5 *Venditio feudi voluntaria, an possit fieri per feudatarium, pendente judicio coactionis.*

6 *Assensus expeditio, an possit impediri ad instantiam Creditorum in actione personali.*

7 *Revocatio venditionis feudi facta, prævio decreto coactionis, an possit fieri.*

8 *Sententia, seu decretum cogens feudatarium ad feudum vendendum, an possit interponi non dato termino super coactione.*

C 2 Coa-

9 *Coactio ad feudum vendendum, an practicari possit precedente carceratione contra heredes feudatarii debitoris.*

10 *Creditoris in actione personali si simul concurrunt, inter quos est feudatarius, qui possidet feudum, an sit locus coactioni, vel retentioni in beneficium possessoris.*

11 *Retentio officii datur in beneficium creditoris absque assensu, adeoquod cogi non potest ad officium vendendum ad instantiam aliorum creditorum, absq; assensu.*

1 PLeniùs his discurrendum erit an creditores sine assensu super feudalibus, & sic in actione personali possit cogere debitorem ad vendendum feudum.

2 Affirmativa erat antiqua praxis, ut testatur *D. de Franchis, decis.704., & de Curtis in divers.feud. p.1.fol. . . . num.55. Montan.in l.Imperialem n. 14. & 15. fol.23.*

3 Sed hodiè contrarium serviatur, nedum attentis liberis Regalibus, de quibus apud eundem de *Curte in locis citatis*, & apud *Rev.de Luca in observat.ad decis 704. D.de Franchis num.24.versic. hujusmodi petitio*, ubi habentur *Allegationes D. Marcell. de Graffis, & Amati Danii*, sed etiam attentis rationibus traditis per *Reg. Marcian. in disput.27.in fine*, ubi tradit frustatoriam reddi talem praxim, quia quoties feudatarius nolit ad feudi venditionem devenire, non poterit Judex feudi venditionem ordinare, nisi concurrat graduatio ad instantiam creditorum cum Assensu; comprobat *Reg.Consiliar. Altimar. in observat. ad Rovit.cons.77.à num.4.ad 10. tom.2.*

4 Nec obstat novissima determinatio in causa Brigidæ Spinulæ, in qua fuit impartita licentia de vendendo Statum Sancti Angeli executum in causam judicati ad instantiam creditorum in actione personali, siquidem non agebatur de corpore feudi, sed de tenuta feudali, quæ est mera allodialis, ut constat ex *Allegat.* in causa editis.

5 Redditur quoque frustatoria talis praxis, quia pendente coactione ad vendendum feudum, poterit feudatarius vendere feudum, & super venditione obtinere Regium assensum in perniciem creditoris in actione personali justà casum apud *Reg.Marcian.in disp.42.*, & apud *Regent. Capicium Latro decis. 170. tom.2.*, & ratio assignatur per

6 *Consiliar.Marcian.cons.36.nu.11.tom.1.*, ubi quod assensus expeditus non potest impediri ad instantiam creditorum in actione personali, licèt creditores petentes Assensum sint posteriores.

7 Redditur tertio frustatoria hæc praxis, nàm facto decreto, quod cogatur Titius vendere, & facta demùm hac venditione, quæ habetur pro voluntaria non prohibetur Titius venditionem revocare ex traditis per *R.de Marinis lib.1.cap.121. à primo ad 15 Consiliar.de Altimari ad Rovit.cons. 69. num. 23. tom.2.* videndus est *Reverter. decis. 503. in fine*, ubi idem *de Marinis nu. 7.*

8 Difficultas, quæ subesse potest illa est, nùm possit creditor obtinere super coactione non instituto novo judicio, prævio termino, & resolutivè procedendo; dico quod tenetur compilare processum prævio termino, & sententia supèr coactione, quotiès creditor non habet debitorem obligatum prævio instrumento, qui est casus *Reg.Marcian.in citata disput.32.num.42.*, aliàs semper tenetur creditor condemnari facere debitorem in actione personali ad feudum vendendum, quæ condemnatio fieri non potest, nisi compilato termino, & processu, ut legitur practicatum apud *Reg. Marcian. disp.42.in principio vers. & enim*, ubi compilato processu, fuit præstita Assistentia supèr bonis allodialibus, & reservata provisio per Sac.Cons. super coactione ad vendendum bona feudalia, quod colligitur etiam ex traditis per *Reg. de Marinis in observat.ad decis 503.Reverterii num.4., & 7.*, ubi dicit, quod condemnandus est debitor mediante Judicis decreto ad feudum vendendum, & sic condemnatio exigit terminum, & litis contestationem.

9 Hanc coactionem ad vendendum feudum etiàm prævia feudatarii renuentis carceratione, practicatam legimus etiam in hærede feudatarii debitoris juxtà decis., quam junctis duabus Aulis refert *D.de Franchis decis.704.*, & aliàs quas junctis tribus Aulis refert *Giaz.in observat.ad dec.6. D.Reg. Capicii Latro à num.10. . . . .* in causa creditorum absque Assensu Ill. Ducis Populi.

Limitanda venit praxis suprà tradita, quandò successor in feudo est creditor feudatarii similitèr in actione personali pro concurrente valore feudi, quià tunc cogi non poterit ad vendendum feudum, quia quamvis sit creditor in actione personali, & non habeat prælationem pro tali credito,

10 nihilominùs, quia possidet præfertur juxtà scripta per *Rev.de Luca in observat. ad decis.704. D. de Franchis num.33.*, ubi multa cumulat, accedunt ea, quæ scripta, & decisa habentur apud *Reg.Capicium Latro decis.6.à num. 26. ad 29.* ubi

11 fuit habitum prò vero dari retentionem officii in beneficium creditoris absque assensu, & in pari causa creditorum præferri possessorem, quem neque cogi posse ad officium vendendum, fuit quoque decisum. Verùm decisionem esse intelligendam in possidente officium ex causa onerosa dotis declarat idem *Reg Latro decis.26.num.36., & 37., & ibi Giozius in fine.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem XXV.

SUMMARIUM.

1 *Judex justa concurrente causa potest cogere inquisitum ad cavendum de non offendendo suum accusatorem.*

2 *Cautio de non offendendo est præstanda, nedum pro filiis, & consanguineis usque ad quartum gradum, sed enim pro familiaribus.*

3 Reg.D.Carolus Cala *summis laudibus extollitur.*

4 *Contractum iniquum quando quis inire cogitur potest adire Præsidem Provinciæ, ut stipulationem ad modum justitiæ redigat.*

5 *Appellare, & reclamare prohibetur ille, qui decreto acquievit.*

6 *Consensus semel præstitus ampliùs revocari non potest.*

7 *Appellationis renunciasse videtur, qui acquievit rei judicatæ petendo declarationem ad solvendum.*

8 Re-

8 *Reclamationis cessat auxilium post acceptationem Decreti.*
9 *Pax de non offendendo, non rumpitur per injuriam verbalem, & de ratione num.10.*
11 *Et quid si ex nova causa injuria, revivisceret antiqua.*
12 *Pœna cautionis de non offendendo an teneantur illi, qui non sunt conscii participes injuriarum.*
13 *Exilium indicere privatorum pactionibus prohibetur.*
14 *Pactum, seu conditio sub qua tollitur libertas non accedendi ad Patriam reiicitur nu.15.*
16 *Pater non potest cogere filium sacerdotem ad renunciandam dignitatem in qua est constitutus, num.17.*
18 *Pater non cogitur præstare cautionem de non offendendo, nisi pro filiis, qui sunt in potestate.*
19 *Pactum contra publicam utilitatem reiicitur.*
20 *Pacis fractura est plenè probanda per testes, & non sufficit sola contumacia, sed debet constare per legitima probationes num.21.*
22 *Pœna pacis ruptæ, ad hoc ut commissa dicatur, oportet, quod testes deponant offensionem evenisse ex veteri causa.*
23 *Pœna non dicitur commissa ex offensione proveniente ex nova causa.*
24 *Potentiores sunt strictè ligandi, ne offendant minùs potentes,*
25 *Pœna, & conditiones quando non possunt observari, debent reiici.*
26 *Judicandum est per Judices Supremi ordinis secundum leges, & non secundum status rationem.*
27 *Pacta legibus aliena, & impossibilia non obligant ad eorum observantiam, etiam attenta ratione status.*
28 *Determinatio Collateralis Consilii, quæ prodiit die 13. Aprilis 1646. affertur.*

CONtemnenda non est hæc resolutio, quæ versatur circa articulum fidejussionis præstandæ per contractum; Siquidem *Rev. de Luca in observ. ad decis. 359. Dom. de Franchis* augendo hanc fidejussionis materiam dixit, quod decisio illa est ornamentum aliarum decisionum. Unde Nos ope-
1 ræ pretium duximus subiicere in hac animadversione quæstionem illam excitatam in *dicta decis. D. de Franch.* cujus argumentum est, quod Judex concurrente justa causa timoris potest condemnare inquisitum ad cavendum de non offendendo suum accusatorem, & testes, ad cujus decisionis ornatum Nos *in observationibus ad singul. 322. nostri genitoris recolendæ memoriæ diximus num. 5.* quod inquisitus potest cogi ad cautionem præstandam, nedum pro filiis, & aliis consanguineis us-
2 que ad quartum gradum, sed etiam pro familiasibus; At quia de hoc fuit plenissime, & cum maxima discussione dubitatum in Supremo Collaterali Consil. ubi de anno 1646., & nec non fuit ad examen revocatum, an sustineri potuisset coactio Baronis Jo: Baptistæ, & aliorum de Castilionibus, qui jussu Domini Proregis jam devenerant ad pacem ineundam mediante publico instrumento de non offendendo illos de Armenio, eorumque consanguineos usque ad tertium gradum de jure Canonico eorumque socios, & colonos, & famulos directè, nec indirectè sub pœna ducatorum quinquemille, & nec non quod idem Jo: Baptista teneretur infra duos menses procurare quod D. Joseph ejus filius renunciaret præpositturæ Terræ Montis Belli, & quod renunciatio non fieret in beneficium alterius de familia, eaque non secuta possint Armeni ultra pœnam ducat. mille incurrendam, adire superiorem pro exclusione, & privatione procuranda.

3 Et Doctissimus ille, & nunquam satis laudatus Juris Consultus, & Regens Regiæ Cancellariæ D. Carolus Calà tempore quo Advocati munere fungebatur, edidit eruditissimum Juris Responsum pro Castellionibus distinctis articolis disputatis per septem capita, super quibus prodiit determinatio Supremi Collateralis Consilii referente D. Antonio Caracciolo Marchione S. Sebastiani; non abs re existimavimus ut tanti *Juris Consulti* lucubrationes cum tanti Senatus determinatione publicam lucem aspiciant.

Responsum D. Caroli Calà Regentis Supremi Collater. Consilii.

A Divo Marco rescriptum est, ut *Jure consultus* ajt in *l. cum quidam 17. ff. de usuris*, quod qui
4 contractum iniquum inire cogitur, Provinciæ Præsidem adire post, ut stipulationem, de cujus iniquitate questus est, ad modum justitiæ redigat; Qua circa cum ex causis supremo Collaterali Consilio benè notis Excellentissimus Prorex mandaverit Illustri Præsidi Provinciæ Teatinæ, ut ad pacem ineundam cogeret Joan. Baptistam, & alios de familia Castellione cum illis de Armenio: stipulatio pacis inita fuit, ejusque ratificatio Neapoli promissa infra duos menses coram spectabili Regni Secretario.

Sed quia instrumentum pacis apertissimè continebat pacta pro Castellionibus indigna, intolerabilia, inæqualia, & observatu difficilia, Excellentissimus Prorex auditus est, eque supplicatum, ut pacta hæc ad justitiæ modos redigi mandaret, ut ex eorum facili observantia inimicitiæ causa fugaretur stabilito pacis desiderio, cum verò precibus annuisset, discussio negotii eidem spectabili Regni Secretario semissa est, & coram eo monitis sæpè partibus, causa cognita aliquot instrumenti partes moderatæ sunt decreto septem capitum, cui partes acquieverunt, illud acceptando, & propterea in margine instrumenti fuit adnotatum, ut in quo, vel confirmatum est, vel moderatum appareat.

Mox Armenii decreto stare nolentes, de eo rationem habendam non esse institerunt, ignari quo legis auxilio instrumenti observantiam, & satisficationem expetunt, moderationibus decreti sublatis.

5 Si quis simpliciter jura Castellionum defenderet, unica responsione contentus esse posset, quod qui decreto acquievit, proclamare ulterius prohibetur, ut magistraliter docet *Specul. tit. de appell. §. in quibus num. 21. vers. trigesimo, & Scaccia* post plures *de appellat. qu. 17. limit. 2. num. 28. & vers. pone primo*, nam si quis ratum habuerit quod gestum est, obstringitur actione mandati, ut ait *tex. in l. semper 61. ff. de reg. jur.*

Et est ratio, quia in judiciis quasi contrahitur, & consensus semel præstitus amplius revocari non

pu-

6 potest, *ex cap. quod semel, de reg. jur. in 6. leg. per fundum, ff. de servit. rustic. glos. in cap. requisivit. de sponsal. Cravet. cons. 32. num. 19. & cons. 95. num. 26.* idque locum obtinet, non solum si per expressum consensum fiat, sed etiam si tacitè, adhuc enim appellationi renunciare videtur, ut ad eam quis redire non possit, si appareat acquievisse de-
7 creto, ita consuluit *Soccin. cons. 45. col. pen. vers. in 2. difficultate, num. 13 vol. 1. per tex. in l. fin. C. de tempor. appell.* Exemplum est, si condemnatus petierit dilationem ad solvendum, ut plenissimè fundat *Hierron. Gabriel. de appell. conclus. 3.* vel si super eo quod judicatum est transactum fuerit, *Nepos de Monte Albano de excep. tit. 13. vers. 11. item appellatio non valet*, sive si quid aliud actum sit, quod supponat acceptationis antecedens: in proposito autem non solum sufficit ratificatio verbis expressa, sed & tacita re, aut facto, secundum. *Herculan. in tract. de caution. de non offend. cap. 15. nu. 8. Nicol. Meron. de tregua, & pace, quæst. 132. num. 7. secundum ultimam impressionem*, cum aliis *Mascard. de probat. conclus. 1162., & Farinac. in praxi crimin. par. 2. tom. 1. quæst. 107. art. 21. n. 290. cum duob. seqq.* quia verò in casu nostro acceptatio decreti sequuta est non solum tacitè, sed etiam expressè; ut clarissimè ostendam in facto, meritò ratificatio inducta fuit, & consequenter reclamationis cessat auxilium, quod post accepta-
8 tionem non conceditur, etiam si gravamen contineret, ut tradit *Menoch. cons. 217. num. 24. lib. 3. Magon. decis. Flor. 126. num. 2.* quos refert, & sequitur *Ruginell. ad Constit. Mediol. tit. de appellat. §. 2. cap. 3. quib. in causis appellare non licet, verb. gravatus, num. 409.* Ideoque non sine ratione dominus, & præceptor meus tunc causæ Commissarius reclamatione judice non obtenta, & rescripto subreptitiè, & obreptiè impetrato decretum domi latum exequi voluit, & modificationes in margine instrumenti pacis adnotari jussit, quod aliàs non fecisset, si reclamatio fuisset legitimè interposita.

Sed quia id ago, ut moderationem decreti justitiam explicem, ulterius progredior illarum fundamentum allaturus.

Primo capite instrumenti cautum est, ne *Castelliones offendant Armenios, eorumque consanguineos usque ad tertium gradum de jure canonico inclusivè, neque eorum socios, colonos, & famulos, directè, nec indirectè, palàm, vel occultè, nec per se, nec per alios facto, nec verbis, in bonis, nec personis eorum sub pæna ducatorum 5. m. per quemlibet insolidum.*

Durum planè visum est, ut occasio rixæ inter colonos extorta ad dominos non pertinens, possit eos ad pœnam insolidum exigendam adstringere; durius verò ut id evenire possit etiam pro injuria verbali, quæ inter colonos, & plebejos parvi momenti est, & non considerabilis, & quando
9 inita pace etiam inter melioris cõditionis personas, factaque promissione de non offendendo, injuria verbalis pacem alioqui non rumpit, *Bald. in l. si qua per calumniam in princ. C. de Episc. & cler. Dec. cons. 406. nu. 5. Ulpellius in tract. de non offendend. quæst. 91. nu. 7. Nicolaus Moronus de fide tregu. & pac. par. 2. quæst. 38. num. 4. Viv. decis. 368. num. 9. Gonzed. cons. 103. num. 13. & seqq. vol. primo* cum aliis per *Cancer. lib. 2. var. tit. de pact. cap. 11. nu. 44. & Farin. in prax. qu. 107. art. 14. nu. 190. & seqq.*

10 Verba enim aut levem injuriam inferunt, & pacem frangere non debent, latè *Marsil. cons. 80. n. 11. cum seqq. Paris. cons. 165. nu. 3. vol. 4. Bertazol. cons. 4. per totum, Mascard. de probat. concl. 1162 n. 78. Cancer. dicto cap. 11. nu. 60. Herculan. dicto tract. cap. 27. per totum*, aut gravem contumeliam inducunt, puta labem honori, ex quo pœnam merentur, & æquè promissioni de non offendendo non derogent, quia solis verbis pax non rumpitur, ut post alios docet *Farinac. dicto art. 14. num. 188.* sed agi debet civiliter, & criminaliter ad injuriarum æstimationem, & ad pœnam, prout rationabili statuto Urbis cautum est *lib. 2. cap. 27.* & refert *Farin. dicto loco num. 195., & Sebast. Guazzin. de pace par. 1. quæst. 48. num. 7.*

Ego verò secernerem causam novam ab antiqua dependente ab inimicitia, pro qua pax stabilita fuit, ut pro nova causa indistinctè supra relatis DD. adhæream, pro gravi vero injuria vetus
11 fermentum inimicitiæ ad novum germen offensionum provocans non concurro, nisi cum *Brunor. à Sole* ita distinguente in *compend. juris, verb. pax non dicitur rumpi, fol. 150. col. 4.* cum quo sentire visus est Dominus meus in dicto decreti primo capite, quatenus mandavit, ut Domini teneantur pro causa dumtaxat ab instrumento pacis dependente: excludens novam causam, quæ forsitan excusabilis esse posset ad injuriam verbis repellendam, quia tunc ad id peragendum violentiam quis pati diceretur, ut ex *Luc. de Penn.* & aliis notat *Cancer. dicto loco, nu. 46. & seqq. & Guazzin. d. quæst. 48. nu. 2.*

Id autem quod in instrumento indistinctè scriptum erat, explicatione decreto contenta indigebat, ut pro injuria verbali [illegible] intelligeretur, habita ratione qualitatis personarum illam proferentium, juxta *text. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell.* & illius ad quem verba diriguntur, *l. plenum, §. equitis, de usu, & habit.* ut in terminis considerat *Guazin. d. qu. 48. num. 2., & Poguer. decis. 13. nu. 17.*

12 Quemadmodum moderatione dignũ erat, quod qui conscii, & participes non essent injuriarum, ad pœnam non tenerentur, & eorum respectu non diceretur cautioni de non offendendo contraventum; tractatur enim de odio irrationabili, ut in specie *Farin.* inquit *d. art. 14. num. 191.* ut unus teneatur pro delicto alterius, & pœna insolidum à pluribus exigi non potest pro unius excessu, quia sequi debet suum authorem, *l. Sancimus, C. de pœnis*, & alitèr jus non statuit, nisi voluntariè quis ita conveniat, *Bart. in Auth. hoc ita, C. de duob. reis*, & ibi omnes *Fachin. lib. 19. contr. cap. 57.* latè *Farin. d. quæst. 107. art. 10.* & clarius *Cancer. d. loco num. 57.*

Secundo capite instrumenti continetur, ut omnes de familia Castellioni teneantur ad pœnam insolidum, quoties Armenii, sive eorum famuli, socii, vel coloni offenderentur, ut sup. à 12. viris extraneis in instrumento enumeratis.

Et hoc quoque visum est exorbitans, hi enim sunt pauperes, & delinquentes, qui possent quotidie pecuniam per vim, & metum extorquere à Castellionibus, ne pacem frangerent, & in eorum arbitrio, & potestate esset ad pœnam insolidum solvendam eos inducere sola verbali injuria, cum è contra pro delictis Castellionum ipsi ad nihilum teneantur, & quia hi cum Armenis inimicitiam con-

contraxerunt, fortasse vindictam parant eorum insimul, & exidium familiæ Castellionæ. Et si alias facturi sunt eorum propria causa, cur innocentes Castelliones tenebuntur pœna conventionali, quando nec legali tenerentur etiam instigantes, *Bart. in l.non solum, §.si mandato ff.de injur. Gramat.vot.6.num.*20, *Intrigliol.dec.if.*38.*nu.* 15. cum infinitis relatis à *Giurb.conf.*70. *num.* 33. & 35. & *conf.*91. *num.*10.cum verò decreto cautum sit, ut teneantur Castelliones juxta contractum, in casibus tamen in quibus de jure tenentur, debent esse obligati, in quo est reclamationis causa, fortasse velint, ut obstringantur quando de jure non tenentur? planè si ab his extraneis, injuria fieri contingerit pro causa ipsis tangente protinus à Castellionibus aliena, non poterunt stipulatione coerceri, quia cavere non tenentur pro his, quos corrigere non possunt, & quos in potestate non habent. Et si quando practicatum fuerit stipulari etiam pro extraneis, illud evenit, quia pro familiaribus habebantur, cum quibus dominorum causa eadem esse solet, ad *tex.in l.item apud Labeonem, §.si quis sic fecit ff.de injur. §.servis autl, Inst.eod.* & quoties sub potestate dominorum erant, eorumque correctioni subjacebant, juxta eleganter tradita per *Felin.in rub. de treg. & pac. col.*8. *vers.*5. *declaratio* alias.n. pro extraneo non subjecto, & in potestate non existente cavere cogi quis non potest, *Ripa in rub. ff de damn. infecto, n.*16. *vers.ego crederem, Salicetus in l.denunciamus, n.*2. *C.de his qui ad Eccles.confug.* & esse constantissimã omnium sententiam dicit *Ladertus Imol. conf.*208 *nu.*2. & *seq.* quos refert, & sequitur *Farinac.d.qu.* 107.*art.*3.*num.*27.

Tertio capite decreti dictum est, ut contractus firmus remaneat, ideoque ad QUARTUM devenio, in quo dictum est, quod Leontius Semperlotti, & Joseph Toppiti duo ex duodecim illis extraneis delinquentes, & forjudicati non debeant redire ad Civitatem Pinnensem eorum patriam, nec ad eam accedere per quinq; milliaria circumcirca, quemadmodum nec ad Terram Montisbelli, & Tofficiæ per quinquennium continuum, & qualibet vice redierint, vel accesserint, Castelliones incurrant pœnam duc.500.

13 Hoc caput intolerabile profectò est undequaq; & legibus alienum; neque enim ad privatas personas pertinet, sed ad prætoris imperium indicere exilium à propria patria, & privatorum pactiones hoc facere non possunt, *l.non distinguemus, §.deliberari, ff. de arbitr.* exilium enim inter pœnas capitales connumeratur in *l.*2.*ff.de publ.judiciis*, vel saltem inter corporis afflictivas, quia ab exilio sequitur peregrinatio, ex peregrinatione paupertas, ex paupertate cruciatio, & ex mors, ut plenè considerat *Magon.decis.Lucens.*36. *num.*25. Prohibetur etiam quia est pactum contra libertatem, ex *l. Titio centum, §.Titio centũ ff.de condit. & demonstr.* imòcontra publicam utilitatem, *l.unica in fin.C.de indict. vidu.toll.l.penult.ff.de pactis, l.stipulatio ista, §.alteri, ff.de verb.oblig.* ex quibus, & aliis rationibus pactum hoc refellunt, & improbant *Ancharan. conf.*75. *Farn.d.q.*107.*art.*20.*in princ.*& post alios
14 quos refert *D.Reg.Rovita prag.*7.*de compromiss. n.*17. ubi in *verf.ex omnibus* dicit fuisse judicatum obligationem non accedendi ad patriam in remissione contentam esse nullam, & nullius roboris.

Nec obstat si dixeris remissionem ab Armeniis fuisse sub hac conditione concessam, & quasi voluntatis individuum nequeat hæc esse etiam sortiri si conditio non impleatur, ad *text.in l.cum ejusdem, §.interdum ff.de adil.edict.*

15 Nam respondeo, quod quemadmodum non debet adimpleri conditio, sub qua libertas datur, quod quis uno tantùm loco domicilium habeat, *l. libertas* 17. *§.hac scriptura, l. Mevia decedens* 44. *ff de manum.testam.l.qui manumittuntur, Cod. de oper.libert.d.§.Titio centum supra cit.* & ibi *Dion. Gothofred.in notis, lit.L. Cujac.lib.*14. *observ. cap.* 17. ita pariter obstringi non potest conditione quod liber sit dummodo ad patriam non accedat; adjicitur enim actui conditio ipsi penitus adversa, & adjectio contra naturam actus rejicienda est *l. cum precario, ff.de precar.l.*1.*§.penult.ff. depos.* Remissio itaque valet non obstante conditione, quæ habetur pro non scripta, ut est *tex.* expressus *inl. quamvis, C. ad turpill.ibi, non observantibus tamen adversariis pactorum fidem, instaurare accusationem minimè potes à qua ipse destitisti,* & in puncto tenent post multos *Canter.d.cap.*11.*num.*94.*Vipellius in tract.de pace qu.*55.*num.*1.*Reg Rovit.d.loco, Farin.d.q.*107. *art.*20. *per totum,* & *Guazzell. decis.*11. ubi agit de prohibitione non accedendi ad patriam per quinquennium sub pœna, quemadmodum in casu nostro, & dicit per M. C. fuisse judicatum simpliciter, quod inquisitus gauderet indultu generali, non servata forma conditionum in remissione adjectarum, & interposita reclamatione ad S.C. fuisse similiter habitam remissionem pro valida, non obstante conditione non accedendi ad patriam, verum quia ex conventione promisit, & contentus fuit parere conditionis, quod inquisitus teneretur eam observare: ubi ergo cessat voluntas, & conventio, lex conditionem hãc in remissione adjectam non admittit, multoq; minus si caveatur ut gratia Principis ad hoc non sufficeret, nam hoc pactum in pace adjectum non impedit gratiam Principis quin possit inquisitus qui remissionem obtinuit, ad patriam redire; ita docet *Alciat.respons.*134.*lib.*5. *num* 3 latè *Vivius com. opin.*574. *nu.*10. quos secuntur *Farin.d.art.*20.*nu.* 263. *Guazzin.de pace par.*1. *qu.*62 *num.*2. & *Nicol.Moron.eod.tract. qu.*187. *num.*1. *vers.nec pactiones.*

S' ergo tali pacto Leontius, & Joseph de jure non ligantur, & inviti non teneotur ad observantiam, sed hæc tamquam iniqua conditio, & remissioni contraria rejicitur, minus poterunt adstringi Castelliones pro extraneis; quos non habent in potestate, quosve necessarium esset habere perpetuum in compedibus ne ad patriam, duosque alios oppidos illos accederent per quinquennium per quinque milliaria circumcirca. Cum verò moderata sit hæc rigorositas ad tres annos, cum potuerit penitus ab instrumento deleri, & per tres etiam ab urbe lapides arceantur, in quo est injustitia? fortasse quia prohibentur accedere cum prohiberi non potuerint, & à beneficio Principis excludi, quod concessum est?

Quintum instrumenti caput penitus improbum est, cum reverentia, nempè quod Jo:Baptista Ca-
16 stelliones teneretur infra duos menses procurare quod D.Joseph ejus filius renunciaret Præpositura Terræ Montisbelli, & quod renunciatio non sit ad beneficium alterius de familia, nec D. Francisci Semperlotti, & D. Francisci Rosa, eaq; non

secu-

fecuta poffint Armeni, ultra pœnam duc.1000.incurrendam adire fuperiores pro exclufione, & privatione procuranda.

Sed profectò quid intereft pro pacis obfervantia D.Jofephum privari tali dignitate, nifi quòd Armeni malum animum adhuc fovere videantur, cupiunt enim ut dirigantur Caftelliones in paupertatem, & calamitatem, dum procurant quod D. Jofeph privetur honore, & dignitate Præpofituræ, & idcirco poffent accufari de pace violata, ut poft *Lucam de Penn.* eorum concivem, & *Jul.Ferrettum* tenent *Pegner.decif.21.num.7.& Guazzin.d.par.1.qu.58.num.12.*

Moderatio decreti circa hoc fuit, ut locaretur
17 Præpofitura per annos quinque in perfonam neutralem ad fatisfactionem Agentis Sereniffimi Ducis Parmæ utilis Domini Civitatis Pinnæ, vel Ill. Præfidis Provinciæ, five fpectabilis Domini cauſæ Commiffarii; nec enim aliud fieri poterat, neque ftari inftrumento, quia non potuiffet Joan.Baptifta cogere filium ad renunciandum, cum fit Sacerdos, & in dignitate conftitutus, ideoque exemptus a patria poteftate, *Bart. in l. patre furiofo, de his qui funt fui, vel alieni juris, Guid. Pap.decif.385. Surd.de alim.tit.6. qu.18. num.29.* quos cum aliis refert, & fequitur D. Præceptor, & avunculus meus *Dom.Reg.Merlinus tom.2. contr.cap.99.n.41.*
18 proinde cavere non tenebatur fub tali pœna, quia non obftringitur quis ad cautionem, nifi pro filiis, qui funt in poteftate, ut ex *Ripa, Salicet. Laderco Imol.*& aliis fupra fundavimus, quibus addo *Fipell. de promiffione de non offenden. quaſt.87. & Farin.* eos referentem *d.qu.107.art.3.n.27.*

Sexto capite continetur, ut Caftelliones ufque ad tertium gradum juris Canonici inclufivè, fub pœna duc.5.m. nequeant conducere, aut infolutum accipere bona, montes, territoria frugifera, nec exactionem publicorum vectigalium Terræ Montis belli, fed locationem, aut infolutum dationem ipforum liceat ipfis tantummodo Armeniis habere.

Pactum equidem improbum, & incivile, privatæ paci prorfus impertinens, publicæ utilitati penitus adverfum: prohiberi conductionem, & infolutum dationem Caftellionibus, eafque folummodo Armeniis permittere abfq; eo quod alii concurrere valeant, quid aliud importat, quàm ut omnia in prædam eorum deveniant, & tam publici, quam particulares intenitus in impiam voracitatẽ eorum incidant, pauperum, & univerfitatis malo;
19 prohibetur itaq; tale pactum tanquam contra publicam utilitatem, & juramento non confirmatur, *Bart. in l.fi quis pro eo, num.7.ff.de fidejuff.Alciatus in cap.cum contingat.num.86.extra de jurejur.* & alii per *D.Rovit.in dict.prâgm.7. num. 17. verf. fecundum, in fine, de compofit.*

Ad pacem verò conferre non poteft, & cum ea commune nihil habet, quia fi dixerit fieri, ut evitetur occafio manendi in Terra Montisbelli, planè in Civitate Pinnenfi tanquam eorum communi patria frequentius funt, & verfantur? & nihilominus moderata eft prohibitio duntaxat ad annos tres, quia in hac materia cautionum de non offendendo verfatur Judicis arbitrium, & non debent fieri ad tempus perpetuum, fed arbitrio Judicis moderantur, ut docet *Gugliel.de Cun. & Bart. in l.Illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. Praf.* & poft alios *Pelin. in rubr. de tregu. & pace col.7.verf.tertia declaratio*, & quandoque revocantur ad ejus libitum etiam invitis partibus, quia pendet ex ejus officio nobili, fecundum *Hercul. de caut.de non offenden.cap.12.num.7.* quem fequitur *Hieron.Giacar.in add.ad Clar.§.fin.qu.47.n.29. lit.O.*

Poftremum eft longè quidem exorbitans, imò duo continet exorbitantia, nempe ut pacis fractu-
20 ra intelligatur plenè probata per folam abfentationem, & contumaciam offendentium, etiam in præjudicium aliorum infolidum obligatorum, & quod non poffit allegari delictum proceffiffe ex nova caufa.

Nam ut de contraventione pacis poffit quis accufari, requiritur legitima, & plena probatio, per teftes, alias enim fola abfentatio, vel contumacia non fufficit, & poffet evenire cafus, quod aliquis ex Caftellionibus, quorum familia fatis numerofa eft, Romam, Neapolim, aut aliò fe conferret, & fumpta occafione inimicus communis Armenium offenderet an ex abfentia fola juftum eft delictum habere pro probato, & ad exactionem pœnæ venire contra omnes Caftelliones infolidum obligatos? Quoties agitur de condemnando alios correos, non fufficit confeffio delinquentis, nam & fi hæc contra confitentem pleniffima probatio fit tamen contra correos, vel fidejuffores nihil operatur, fi teftium depofitio deficiat, ex regula quod unius confeffio alteri non nocet, ut poft *Alber.* docet *Foller.in prax.4.par.3.princip.verb. & fi confitebuntur, num.37. in Pragm.num 263. Herculan. in tract.de cautione de non offend.cap.29.num.3. in fin.* cum aliis per *Farin.d.q.107. art. 21. num. 107.*
21 Quod fi confeffio vera correis, & fidejufforibus non nocet, minus obeft ficta confeffio ex contumacia refultans, & propterea communis fententia jam invaluit, quod pro contraventione pacis ruptæ ut pœna conventionalis exigi ab eis poffit, conftare debeat per legitimas probationes, non autem ex fola contumacia, & ita tenent *Bart.* & omnes *in l.cum filius fam. ff.de verb. oblig. Corn. conf. 211.num.5.lib.3.Berous conf. 203. per totum fol. 3. Gazadin.conf.31.num.10.Foller.loco fupracit. Herculan.in tract.de cautione de non offendendo, capitul.29.num.1.Moran.de pace q.182. num.1. & feq.* & poft alios *Farin.* qui teftatur de communi, & recepta fententia *d.q.107.art.11.num.105. & feqq.*

Imò ut pœna commiffa dicatur, oportet quod teftes deponant offenfionem, & fracturam pacis
22 ex veteri caufa proceffiffe, non enim contravenire quis videtur, nifi recedat ab his pro quibus ftipulatio commiffa eft, at promiffio intelligitur facta effe rebus fic ftantibus & aliquo de novo non fuperveniente, *cap. cum inter, de renunc. l.fin.C.de non num. pecu.Roman.conf. 183.n.1. verf. tertio licet* ubi fundat, quod in promiffione de non offendendo in contractu pacis appofita femper ineffe cenfetur tacita conditio, nifi nova fuperveniat occafio idemque tradit *Jo. Andr. ad Specul.in rub.de pace, & tregua, Hieron.hoc tract.quaftion.12.num.15.Guazzin.de pace par.1.q.43. nu.3. Cancer.d.cap.11. num.7.* unde non poterat excludi novæ caufæ allegatio, nec adftringi, quis poteft ad cautionem de non offendendo pro nova caufa præfertim jufta, ut ante omnes docuit *Bart. in l.aut facta, §.caufa ff.de pœnis, Bart.in cap. 1.*

in

In principio num.2.de pace tenend.Socc.in l. mulieri & titie nu.10.ff.de condit. & demonstr. & quod doctrina *Bar.*sit ab omnibus approbata , & neminem esse qui ab ea recedat , testatur *Portius Imolens.conf.71. num. 1. & seqq.* præsertim *num. 25. Vulpel.de pace , quæst.45. num.4.* ubi dicitur hanc sententiam concordi voto ab omnibus fuisse approbatam , *Andr.Gail.de pace publica, lib.1. cap.3. num.16.Decian.conf.4.num.22. vol. 3.* & plerique alii facientes opinionem communem , & communissimam , quos concessere *Mascard.de probat.lib.2. concl.1162.num.27.Farinac. d.quæst.107. art. 32. num.403.Bajard.ad Clarum lib.5.sententiarum , §. fin.quæst.47.num.55.circa finem , Cancer. loco cit. num.6.Caball.resolut. crim.cent.2.cas.101.num.12. & seqq. & Guazzin.part.1.quæst.43.num.1.*

Idque fortius obtinet , & majori ratione locum habet respectu aliorum non offendentium , qui nullo modo possunt excludi a novæ causæ allegatione , etiam si statuo cautum esset , ut excluderentur , nam intelligendum esset tantummodo de principalibus , ut minus a jure communi sit exorbitans , & odiosum , *Herculan de cautione de non offend cap.13.num.5. vers.tertia declaratio* , & post *Tob. Nonium , Mascard. Bertazol. & Houded.* advertit *Farinac.d. qu. 107. artic. 35. num. 515. part.2.*

Quoties ergo ex nova causa provenit offensio ,
23 dici non potest fuisse commissam pœnam , & si ces ita revera se habet probatio veritatis excludi non debet tali conventione , quando lex ad excludendam pœnam semper præsumat novæ causæ supervenientiam , *Bald.in l.pen.col.fin. n.17. in fine vers.sed si mihi apparet , C.de adilit. edict. Jas. in l. qui servum mihi num.2.vers.& adverte diligenter, ff.de verb.oblig.Paris.conf.165. num. 26. lib.4.* cum infinitis congestis per *Faria.d. quæst. 107. art. 33. num.432.Guazzin.d.par.prima quæst.45. in princ. & Cancer.loco cit.num.31.Caball.d.cas.101. nu.20.* proinde cum ita juribus cautum sit primis verbis decreti generaliter constitutum est ut stipulatio pœnæ inita censeatur pro causa dependente ab instrumento pacis, & pro rebus eò usque gestis inter ipsas familias , excludendo causa novam fortasse super venturam, quæ pacem interrumpere non debet : quo verò ad pœnam pro veteri causa incurrendam ex contraventione , rectè declaratum est , ut ad eam teneatur qui pro delicto fuerit reputatus contumax , alii verò non intelligantur eam incurrisse , nisi quando fuerint confeii , & delictum fuerit sufficienter probatum per testes facientes plenam probationem, aut donec fuerit prolata sententia forjudicationis per Tribunal Regium vel alia sententia diffinitiva contra delinquentes , etiam lata per Curiam Baronalem, dummodo transitum fecerit in rem judicatam .

Ex quibus patet justissimam fuisse moderationem instrumenti decreto contentam , & confirmari debere per supremum Collat.Cons.

Nec dicatur ex adverso Castelliones longè
24 potentiores esse , & idcirco strictissimè ligandos , ne Armenios offendant , & injuriam inferant , juxta *tex.in l.illicitas , §.ne potentiores , ff. de off.Præsid.*ad quod evitandum à legibus quandoque recedi posse politica status ratione suaderi .

Nam respondeo retorquendo argumentum , quod non ex quo minus potentiores sunt , & inferiores Armenii, ergo licitum eis est quicquid velint exposcere , eorum solæ utilitati studentes nec eis concedi debet , quod in dedecus sit nobilissimæ familiæ & in perpetuam ejus ignominiam. cujus sola verbalis obligatio non offendendi sufficere , juxta formam à *Regia pragmatica 1.de pace* stabilitam , cum verò vis major eos coegerit ad stipulandum instrumentum , impossibiles, & exorbitantes conditiones reiici debeant , quia sequeretur ex his inobservantia ; nam per stipulationem
25 promitti tantùm potest quod possibile est per legem deberi , *l.non impossibile ff.de pactis* , & quando conditiones , & pœnæ instrumentis adiectæ non possunt observari , pro non adiectis habentur, ut fundat in propria materia *Gizzarell. decis, 11. num.8.*

Judicem verò etiam supremi ordinis judicare
26 debere secundum leges non ambigitur *l nemo Judex , C.de senten.* non autem secundum status rationem,quæ à legibus aliena sit , nam illa ratio status admittitur , quæ à ratione legali , & justitia non deviat; duplex enim est jus status , aliud remotum à justitia , aliud justitiæ innixum . Primum illud abborrendum est , quo Titianus , & Proculus *cum consiliis vincerentur ad vim dominationis confugiebant* , ut ait *Tacit.lib.2.histor.* alterum honestiori vocabulo prudentiam status appellamus , quæ legibus justitiæ , & rationi conformis est , & hac uti posse Tribunal supremum Principis vicegerens libentissimè concedo , juxta eleganter tradita per *Giurb.*solemni *conf.crimin.1.per tot.*

Quoties ergo pacta legibus aliena sunt , & im-
26 possibilia , ratio status neminem cogere debet ad eorum observantiam *quia imperio non est utendum, ubi legibus agi potest*,ut Tiberius dicebat apud *Tacitum,lib.4.annal fol.35.*nec justum est,nisi quod ex lege est,nisi quod lege est,quod verò contra legem violentum . *Xenofontes lib.4.memor fol.mihi 636. in prin.& de instit.Cyr.fol.10.*cum aliis per *D.Valenz.conf.70.num.24.lib.1.*

Vera itaque prudentia status in præsenti est, ut possibiles conditiones instrumento adiiciantur,honestæ , observato faciles , æquales , & tolerabiles , ne aliàs in novum certamen impellant , & duritiem cordis , & odium conservent *l. servus ff. de serv.exportan.*contra naturam initæ pacis *§.fin.last. de injuriis.* Neap.25.Martii 1646.

D. Carolus Calà ,

Die 13 Aprilis 1646.

Facto verbo in Collaterali Consilio per Regentem
27 *Antonium Caracciolum Marchionem S. Juliani.*

Fuit provisum quoad primum . & secundum caput , quod servetur contractus ; Verum pœna sit unica , quamvis omnes insolidum teneantur . Et quoad tertium servetur contractus , etiam de voluntate partium , Quoad quartum caput servetur contractus; Quoad quintum renunciet , servata forma pacti, & per quinquennium , servata forma decreti ; Quoad sextum servata forma pacti ; Quoad septimum benè provisum per D. Causa Commissarium .

D Ant.

Anaftafius Regius à mandatis Scriba.

ANIMADVERSIO

Ad Refolutionem 27. & 90.

SUMMARIUM.

1 *Barones cogunt Vaffallos ad exercendum officium Ærariatus, & an Univerfitas teneatur nominare idoneum, & habilem.*

2 *Univerfitas an teneatur Baronibus Vaffallis nominatis remanentibus debitoribus, & quid refpectu intereffe pro reliquorum reftitutione, n.3., & 4.*

5 *Baro jurifdictionis criminalis an poffit cogere Vaffallos ad exercendum officium Ærariatus.*

6 *Baro tenetur folvere falarium Ærario non obftante contraria confuetudine.*

7 *Ærarii an teneantur de proprio pro introitibus, & fructibus inexactis,*

8 *Et quid fi Ærarius locaverit pafcua Baronis non receptis fidejufforibus à conductoribus.*

9 *Rationes Ærariatus, & tutelæ funt reddendæ in loco adminiftrationis, & refertur cafus difputatus in S.R.C. n.10.*

11 *Barones an habeant hypothecam fuper bonis Ærariorum,*

VErissima eft conclufio, quam hic firmavit D. meus, quod Barones potiantur in Regno ju-
1 re fibi eligendi Ærarium de Civibus idoneis, & habilibus pro recollectione introituum feudalium, & quod Univerfitates teneantur nominare, ut firmavit *P. de Afflicto controverf.cap.* 45. *num.*24. Unde ex hoc ortum eft, quod Ærariis nominatis, & electis pro exigendis introitibus Baronalibus
2 non repertis folvendo Univerfitates coguntur folvere ad beneficium Baronum omne totum, in quo remanferunt debitores juxtà *decifionem Confil.Giazarelli* 31. quem fequitur *Reg. Coftantius in lib.*10.*Codic.in tit.de Decurionib. l.* 60. *à num.*59. *ad* 62.*Reg.de Marinis lib.*2.*var.refol.cap.*110.*nu.*7. ubi decifum refert, quod tenentur Ærarii, &
3 Univerfitates etiam ad intereffe pro reliquorum reftitutione ultra fummam ducatorum centum.
4 Ad hoc tamen ut Univerfitas teneatur Ærario non reperto folvendo; opus eft ut illi de Regimine audiantur in vifione computorum *Reg. de Marinis lib.*1.*var.refol.cap.*342.

Sed illud fcire oportet, quod Barones haben-
5 tes folummodò jurifdictionem criminalem non poffunt cogere Vaffallos ad fubeundum munus Ærariatus, ut decifum per Sac. Confil. pro Univerfitate, & Civibus Terræ Cofeni demonftrat *Reg.Petra fuper r.tu* 45.*num.*3. *lib.* 1. *verfic. Hoc tamen privilegium*, & in decreto fuit dictum, quod teneantur tantum Vaffalli ad fervitia perfonalia concernentia jurifdictionem criminalem tantum falario mediante.
6 Ideo fuit dictum in decreto *falario mediante*, Siquidem Baro tenetur folvere Ærario, feù Confervatori falarium ad rationem ducatorum decem, & octo prò fingulis annis juxtà decifionem illam Supremi Collateralis Confilii factam fub die 15. Januarii 1560. referente D. tunc Confiliario Joanne Andrea de Curte in caufa Univerfitatis, & hominum Tertiorum, & Cafænovæ Civitatis Caleni fuper gravaminibus contra Principem Hoftilianum, quod falarium erit præftandum non obftante confuetudine in contrarium, ut decifum in caufa Univerfitatis Petræ paganæ poft *Pifanellum* teftatur *idem Petra* in locis allegatis *num.* 8. *in fine*.

Valde controverfum extat inter DD. an Æra-
7 rius teneatur de proprio pro inexactis fructibus, & introitibus, & quamvis pro Baronibus foleat allegari DD. conclufio *in l.Miffi Opinatoris C. de exactorib. tributor.lib.*10., tamen traditur refponfio, quod difpofitio textus procedit, quando accedit negligentia Exactoria, & proindè femper contra Baronem decifum teftantur. *Capiblanc. in pragm.*16.*fub num.*90.*Novar.de gravaminib.grav.* 169. *in princ.lib.*1.*Lanar. conf.* 99. *Thor. in fupplam V. Ærarius an teneatur*; concordat cum noftris Regnicolis *Rota Romana decif.*146. *num.*12. *in impreffis apud Zacchiam de falario*, videndus eft pro Baronibus *Marcell.de Mauro allegat.* 78.
8 Verum quod Ærarius locando pafcua, feù veftigalia Baronis, non exactis fidejufforibus à conductoribus teneatur de proprio illis effectis non folvendo refolvit *Afcia determinat.*182. quem fequitur *Rendella de pafcuis cap.* 10. *verfic. fed an Ærarius fol.mihi* 125.

Illud animadvertere oportet, quod rationes tu-
9 telæ, five Ærariatus funt reddendæ in loco adminiftrationis ex *textu in l.*1.*&* 2.*C.de ratiociniis*, & hoc præfcribit fibi locum etiam fi ille, qui petit redditionem rationis fit Cives Neapolitanus juxta decifiones allatas per *Gizza ad Reg.Capecium Latro decif.*113.*à nu.*4.*ad* 6. accedunt aliæ apud *Thor.in fupplem.V.Tutor Rationis fol* 646., ubi fuit dictum, quod difcuffio computorum fiat in loco adminiftrationis, una facta transmictantur ad Sac. Conf., meminit de dicta decifione *Angel. Scial. de foro compet.cap.*29.*nu.*6.

Et quamvis in caufa D. Hyeronimi Capicii
10 Afflictatoria Status Siciniani per decretum Dom. Confil.Thomæ de Aquino, quod Camerarii, & Ærarii redderent computa in Sac. Conf., & ibidem præfentarent libros, & fcripturas, tamen adverfus decretum fuit porrecta fupplicatio de verbo faciendo, & fuit fundatum per Doctiffimum Advocatum D.Jacobum Anichino, prævio ejus refponfo, quod computa erant reddenda in loco adminiftrationis, & quod circa hoc nullum fuffragabatur privilegium Baroni, cui folum poterat effe confultum per deftinationem Commiffarii in partibus fuis fumptibus, quod celebre refponfum fuit per nos repofitum *in Animadverf.* 396.*à num.*7.
11 Poftremo erit fatis notabiliter animadvertendum, quod Barones non habent hypothecam fuper bonis Ærariorum, ut refolvit *Capiblanc. in fing.*187.*num.*397.poft *Tract.de Baronib.* ideoque contendentibus de prælatione Barone, & Univerfitate contra illum, qui fuit primo loco Ærarius, & poftea Sindicus; præfertur Univerfitas, quæ habet tacitam hypothecam *Barbatus de Affiftenti glof.*12.*num.*151. quicquid dixerit *Vifconte in fuis conclufionib.V.Barò non habet fifcum fol.*20. fed opinio ad favorem Baronis defendi poteft ex traditis per *Oleam in additionibus ad fuum Tractat.de ceffion.jurium tit.*6.*q.*4. poft *num.* 19. *num.*3., *&* 4.*fol.mihi*111.

ANI-

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 33.

SUMMARIUM.

1 *Clericus, seù Monialis, an repellatur à successione Feudi.*

2 *Assensus Proregis, an sufficiat quando Feudatarius alienans feudum caret successoribus.*

3 *Clausula, quæ apponi solet in Assensu* in bonis in quibus habet successores, *quomodo sit intelligenda.*

4 *Assensus Proregis, an sufficiat, quando carens successore cedit, vel transfert actionem hypothecariam super feudo num. 5., & 6.*

7 *Assensus Proregis, an sufficiat quando Feudatarius habet successorem Clericum in minoribus constitutum, vel beneficiatum.*

8 *Et quid quando habet successorem Militem Hyerosolimitanum.*

9 *Et quid si habet in successorem Sororem Monialem, non tamen professam.*

10 *Assensus Proregis, an obtineri possit, quando Feudatarius, qui vult feudum alienare, vel obligare, est valde senex, vel valetudinarius de prole desperatus.*

11 *Refertur praxis servari solita in casibus, in quibus suspicatur de fraudalentà feudi alienatione fraudem successoris.*

12 *Assensus Proregis quando prætenditur fuisse nulliter obtemptum; cautela traditur ad salvandam nullitatem.*

13 *Assensus obtemptus super dispositione facienda super feudis, tam in vita, quam in morte cum clausula* in bonis, in quibus disponens habet successores, *an intelligatur de successoribus existentibus tempore Assensus, vel tempore dispositionis, quæ fit in morte.*

1 AGit hic D. meus an Monialis, & Clericus repellantur à successione feudi, sed quia quæstionis resolutio dependet à clausula apponi solita in investituris *dummodo habeat successorem*, ideo de clausula illa differendum erit.

Hæc clausula ortum habuit à *Prag. anni* 1531. vulgò *dicta delli 9. capi, quæ est quarta in §. 1. de feudis* per quam interdicitur Dominis Proregibus assentire in novem dictis capitibus, & signanter quando qui vult de bonis feudalibus dispo-
2 nere successoribus caret, & proinde in illis casibus, in quibus non habet locum Prag. clausula non procedit, & nihil operatur, cum sublata Pragm. in cujus executionem fuit introducta clausula non est in ea facienda vis *Reg. de Ponte dec. 4. num. 47. & 48. cum seq., quibus rationibus fretus Reg. Galeota in responso fiscali 12. à num. 167. ad 170.* Animadvertendum duxit quod ante annum 1531. Assensus concedebatur à Dominis Proregibus etiam successore carentibus, & post dictam pragm. inolevit stylus Reg. Cancellariæ adjiciendi dictam clausulam in assensibus, tam quando agitur de alienatione, quam de obligatione feudi, quæ fit à feudatario carente successoribus, ut testatur idem *Reg. de Ponte cit. decis. 4. num. 1.*

3 Verum illud scire oportet quod prohibitio, & clausula intelligitur in feudis acquisitis jam existentibus in Dominio feudatarii obligantis non autem in acquirendis ideoque si ageretur de obligando feudum pro solutione pretii recepti pro emendo ipso feudo, tunc sufficeret Proregis Assensus, cum quo valida erit obligatio facta à carente successore quia in hoc casu non vindidat sibi locum *Pragm. 4. de feudis in §. 1.* Nec aliquid operatur clausula prædicta quæ est de stylo, ut post *Reg. de Ponte decis. 4. num. 47., & de potest. Proreg. tit. 7. de assensu Reg 54. num. 14.* comprobat *Cons. Rocc. de offic. rub. 13* adornatum *Prag 4 de feudis §. 2. num. 6. 7., & 8.* accedit *Reg. Rovit. super Prag. 4. de feudis n. 34. vers. insuper in fine.*

4 Insuper benè sufficit Proregis assensus quando agitur de translatione, seù cessione actionis hypothecariæ super feudo, quamvis cedens successore careat, ut post *Lanar.* concludit *Reg. Tapia super constitut. Divæ memoriæ num. 4. vers. certo, & legitimo successore lib. 6. Juris Regni fol. 236. Reg. Marcian. disput. 86. num. 15.* accedit *Cons. Rocco de Officiis rub. 13. adornatum d. Prag. 3. de feudis §. 2. num. 9.*

5 Sed in contrarium stare videtur *Reg. Rovit. super ead. Pragm. 4. nu. 17.*, & verius attenta clausula supratradita, quæ apponi solet in assensibus, qui præstantur etiam in actione hypothecaria cujus opinio mihi probabilior videtur etiam attenta *Prag. 27. de feudis* ex illis verbis *Non comprahendantur feuda devoluta, vel possessa à feudatario non habente successorem, nec feuda prò quibus Curia nostra de evictione tenetur.*

6 Quare meritò contra *Lanarium*, & sequaces insurrexit *Reg. D. Carolus Calà* scribens uti fisci patronus in sua dissertat. de qua apud *Rev. de Luca de Linea leg. art. 7. n. 78.*

7 Rursus assensus præstari potest per Dominum Proregem, quando feudatarius alienans, vel hypothecans feudum habet successorem Clericum in minoribus ordinibus constitutum, vel beneficiatum, & quod in hoc casu assensus sit validus, dixit *Reg. de Ponte d. dec. 4. & in leg. .o. num. 34.* comprobat *R. Tapia super constit. Divæ mem. n. 31. lib. 6. Iuris Reg. fol. 236.* plenius *Cons. Rocc. de Officiis in cis. Rubr. 13. n. 35. versic. ulterius ad 157.* ubi relatis contrariis sententiis testatur esse de jure verius posse D. Proregem assensum præstare super distractione, vel obligatione feudi facta à feudatario, qui in successorem tenet Clericum beneficiatum.

8 Et quid quando feudatarius habet successorem Militem Hyerosolimitanum videndus est *R. Ursin. de success. feudor. par. 1. qu 9.* ubi quod dicti Religiosi non succedunt in feudis.

Erit quoque validus Proregis assensus obtentus super alienatione, vel obligatione feudi non obstante quod feudatarius non habet in successorem nisi sororem monialem, non tamen profes-
9 sam, licet professa reperiatur tempore mortis feudatarii alienantis, ut decisum per Reg. Cameram adversus Regium Fiscum qui obtinuerat sequestrum super pretio depositato per emptorem sub prætextu quod non poterat D. Prorex assensum præstare testatur hic *Dom. meus Consil. Staib. n 37.* quem sequitur *Cons. Rocc. in tract. de Officiis rubr. 13 §. 2. num. 48., & Reg de Marinis lib. 1. cap. 21. n. 9.* quos laudavimus in *obser. ad sing. 162., & 163. num. 1.* [illegible] D 2 Non

10 Non tamen poterit D. Prorex præstare assensum quando feudatarius, qui vult feudum alienare, vel obligare habet successorem, sed valde senem, vel valetudinarium de prole desperatum negat *Reg.de Ponte de potest.Prorez.tit.7. de assensu Reg.§.3.num.11.quod sequi videtur Reg.Tapia lib.6. Iuris Regni num.31.fol.236.*ubi refert fuisse denegatum Assensum per Supremum Consil. Italiæ, alias decisiones, & alia argumenta pro firmanda dicta sententia cumulat *Consil. Rocc. de Officiis in rub.13.a l ornatum Prag. 4. de feud. à num.23.ad* 30. ubi non sequitur dictam opinionem, sed affirmativam *Reg.Revit.super Prag.4. de feudis num.*18, qui testatur Collateral.Consil.præstitisse assensum in feudorum distractionibus factis in similibus casibus; accedit *R.de Mariniis resol. lib. 1.cap.21.num.4., & in observat. ad decis. 99.Reg.Reversorii num.2.tom.1.*

11 Ex quibus descendisse videtur praxis illa quæ inolevit in his casibus in quibus suspicatur de fraudolenta feudi alienatione in fraudem successoris, nempè habere recursum ad S.C. ad hoc ut feudatariis disperatis de filiis fiat innibitio, ne procedant ad actum alienationis sub pœna nullitatis contractus juxtà *decis. apud Gizz.ad Reg. Capyc. Latr.observ.43. à num. 10.; & 12.* & cætera quæ habentur apud *Thorum in compend. decis. par. 3. sect.2.verb.probibitio fieri an possit alicui fol.343.*

12 Præterea animadvertere non erit omittendum in praxi, quod emptore feudi qui dubitat de assensus Proregis validitate ex quo venditor carebat successoribus tempore venditionis, & prætendebatur per emptorem assensum substineri debere ex aliqua juxta, & legitima causa, poterit emptor cautius agendo non expectata venditoris morte, instare, ut declaretur nullum jus Regio Fisco superesse super nullitate assensus interpositi super feudi venditione, & proinde declarari facere nullam molestiam ipsi emptori inferri posse per Regium Fiscum secuta morte venditoris juxtà illud quod resolutum refert *Reg.Revert. decis. 577.ubi Reg.de Mariu.in observat. tom.2.*

13 Demum concludendum erit, quod tempore assensus habebat successores, demum tempore alienationis successoribus careat nulla erit omnis alienatio, & assensus non prodest, quia requiritur, ut successores existant tempore dispositionis, ut decisum habetur apud *Reverter. decis.*407. ubi satis clarius de *Mariniis in observat.num.*5. Accedit *Reg.Latro decis.43. num. 14.* accedit Consultatio edita pro fisco per *Ausen.Florillo*, qui scripsit contra Ducem Mirandæ, & casus fuit disputatus super validitate donationis factæ super feudo. *Cum clausula ex nunc pro tunc* secuta morte donantis prævio Regio Assensu, cujus tempore aderant successores, sed non tempore dispositionis. In contrarium pro Duce Mirandæ prodierunt in aciem *Reg.Cons.Scipio Martinus, & Reg. Vincentius Rastanni* quorum responsa habentur apud *Agetam in Annotation. ad Reg.Moles in §. 29. de jure devolutionis quæst.1.à.num.15.ad 74.tom.3.de decis.Reverter.memor fuit Cons.Roccus de officiis rub. 12.§.2.num.67.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 41.

SUMMARIUM.

1 Regens Jo:Franciscus Marcianus *debitis condecoratur encomiis.*

2 *Sequestrum in principio litis esse probibitum, tum de jure civili, quam Canonico.*

3 *Sequestrum est probibitum in judicio petitionis hæreditatis, in quo tantum est prohibenda bonorum distractio, & traditur intelligentia ad* textum in l.Divus 5. ff. de petitione hæredit. num.4.

5 *Possessio tradita per Iudicem, salvo jure tertii; tertio comparente possessio habetur pro non data.*

6 Textus in l.Imperatores, ff. de appellat. *procedit in judicio appellationis, stante timore depopulationis fructuum.*

7 *Sequestrum decerni non potest in differentiis, ut partes vacent expeditioni causæ declaratur* decisio 204. D.de Franch's, num.8.

9 *Decreta, & acta facta in diebus festivis ad honorem Dei, an, & quando fieri possint absque vitio nullitatis num.10.*

11 *Plenæ probationes, quæ requiruntur in judicio* quorum bonorum *non exiguntur in judicio bonorum hæreditatis, in quo sufficit levis, ac talis, qualis probatio.*

12 *Preambuli decretum quando est confirmandum per M. C. non exigitur alia causæ cognitio, nisi recognitionis actorum.*

13 *Possessio capta etiam vigore praeambuli nulli, non obstat, quoties hæres habet titulum à jure, cum non attendatur decretum praeambuli, sed quid de jure debetur.*

14 *Possessio dicitur ritè, & rectè capta, non obstante, quod non fuerint citati legitimi contradictores, qui in possessione non existebant, licet parem, vel similem titulum haberent.*

15 *Clausula* non existente legitimo contradictore; *intelligitur quatenus contradictor in possessione existat num.16.*

17 *Possessio quando non est vacans, nec agitur ex remedio* legis finalis *cessat judicium executivum immissionis, sed procedendum erit judicio ordinario.* quorum bonorum.

18 *Successio Avunculi ab intestato de jure communi competit tam sororibus, quam fratribus.*

19 *Et quid attento statuto Junnensi in bonis existentibus extra districtum.*

20 *Statutum, seu consuetudines loquentes in bonis non extenduntur extra territorium, secus si loquantur in persona.*

21 *Statutum loquens de fæminis dotandis, vel de exclusione fæminarum in linea transversali non sit favorabile.*

22 *Consuetudines Neapolitanæ à quibus excluduntur sorores per fratres, à successione Avunculi, an habeant locum quoad exteros, qui bona possident in districtu.*

23 *Consuetudo loquens in bonis ligat exteros possidentes bona in districtu.*

Cum

CUm ultra ea, quæ circa materiam sequestri in judicio immissionis vigore *l.fin.* adnotavit Dominus meus, & nos plenius diximus in *nostra Praxi præsentat. Instrumentorum cap.16. num.8. cum seqq.* pervenerit ad manus meas præclarum juris responsum, editum per celeberrimum illum juris consultum, & amplissimum Regentem Jo: *Franciscum Marcianum* seniorem, qui patroci-
1 nium præstans in S. C. pro DD Luca Spinola, & Carolo Salvago, contra Franciscthettam, & Brigidam Spinolam super immissione petita, hæreditatis Jo:Stephani ab Auria, in quo cum ita lucidè, satis doctè, & non contemnendo stilo explanaverit materiam sequestri tam ad explicationem *Textus in l.Divus ff.de petit hæred.* quam ad explicationem *dec.D.de Franch.*204. operæ pretium duximus illud hic typis vulgate ad hoc ut nostrum morem geramus non insidiandi alienis laboribus, cum aliquo plagiatu, sed posteritati consulamus cum lucubrationibus: celeberrimorum Jurisconsultorum, quos veneramur ob eorum doctrinam, & scribendi solertiam.

Juris Responsum Regentis Jo: Francisci Marciani.

1 DEcreveram in hac causa successionis quondam Jo: Stephani ab Auria, non amplius Dominos Judices in relegendis allegationibus defatigare, cum satis superque fuerit in illa ab utraque parte allegatum: sed quia iterum in aciem vocamur, & D.Adversarius laxatis ut dicitur habenis, longas pro DD. sororibus exaravit lucubrationes cogor, vel invitus illis respondere, sed quam potero brevissime, ut rejectis objectionibus justitia DD. fratrum clarius appareat.

Dico igitur sequestrum (in quo obtinendo pars, quasi de aliis non curet totis viribus incumbit) nullo modo esse concedendum; omni enim ju-
2 re tam civili, quam canonico est prohibitum *c.2. ubi Canonistæ omnis de sequestr.poss. & fruct. clem. 1 eod.tit. & l.unica C.de prohib.sequestr.pecun.* latissimè post antiquiores *Lancell.de attent.par.2. cap. 12.limit.12.num.17. & Gonzal.in 8.regul.Cancell. §.1. proem.num.19.* optimè *Paz. de tenuta cap.10. à num.1.cum seq.ubi num.7. cum seq. ex Gerard. Mazol.* & aliis deducit, quod debet Judex summatim videre quis sit in actuali possessione, nec esse necessarium inquirere de justificatione possessionis cum sufficiat nudum nomen actualis possessoris ad ottinendum in interdicto iterim, & ad sequestrationem excludendam, ita ut quamvis actor, vetus deinde successor reluctaret, tamen si conventus actualem habuerit possessionem manutenendus, est & impedit sequestrationem donec lis possessoria definitur cum dubium sit de vero successore donec sententia declaret, & innumeros ad hoc adducit *nu.8.* cum pluribus sequentibus, & alios refert *August.Barbos.in l.unica C.de prohibit. sequestr.pecun.* ubi *num.* 6. asserit sequestrationem penitus esse admittendam, nisi in casibus à iure expressis, itaut oporteat docere, esse in casu à jure excepto, ut obtineri possit, prout ex *Paris.Caldas.& Grave ad Gail.lib.conclus.*147. *num.*1. & aliis deducit.

3 Unde ex his non benè procedit *text.in l divus 5.ff.de petit. hæredit.* in quo pars magnum facit fundamentum, quoniam ille *tex.* loquitur in judicio ordinario petitionis hæreditatis, & ideò requiritur libellus, & litis contestatio, ut dicit *Gloss. Ibidem in verb.controversia,* & propterea cum hodie pars non agat, prout agere deberet judicio ordinario petitionis hæreditatis, non potest procedere legis dispositio.

4 Insuper numquam in eo *tex.* disponitur debere fieri sequestrum in principio litis ut pars assumit, sed solum decernitur quod si possessor hæreditatis velit aliquid ex ea distrahere, prohibendus est nisi maluerit pro ea satisdare, & proinde si is distrahere noluerit, non cogetur cavere, ut *Bart.* post *Glos. Bald.* & cæteri omnes affirmant, & benè declarat doctissimus *Anton.Faber in suis rational.in d. l.divus*; ubi hoc esse ob privilegium prædicti centum viralis judicii petitionis hæreditatis, & subtilissimus *Cujac.in parat lit.ad d.l.divus*; & refert etiam *Cancer.lib.2.cap. 4. de sequestr. nu.* 47. ubi addit, quod licet hæc alienationis prohibitio ex hoc textu in casu alienationis fieri possit, intelligitur quando contra possessorem esset suspicio, & allegat *tex.in l.de pollicitationibus in fine ff de pollicitat.* qui etiam loquitur in aliis terminis, & ideò cum non simus in illo casu non obstat *decisio Larreæ* 58. Quoniam non benè loquitur quando legitimè, & actualiter possidetur, & propterea ipsemet benè noscens difficultatem ex traditis per *Christoph. de Paz. d. quæst.* 10. respondet quod in casu suo fuerat tradita per Iudicem possessio salvo jure tertii, quasi quod illo tertio com-
5 parente haberetur possessio pro non data; quæ omnia deficiunt in casu nostro; cum non adsit hæc clausula; sed tantum *non existente legitimo contradictore*; quæ hoc non importat, sed solum si non existat alius possessor, ut diximus in primis allegationibus, & inferius dicemus; & nihilominus neque in casu Larreæ fuit processum ad sequestrum, sed solùm ut *satis daret*, & hæc quoad capitalia, non autem quoad fructus.

6 Neque secundo obstat *text.in l.Imperatores ff.de appell.* ubi omnes fateri asserit esse locum sequestro stante timore depopulationis fructuum; quam certam esse contendit dùm fructus per possessorem in proprios usus convertuntur ex *Angelus in d. l.divo & Bald.in l.fidejuss ff.qui satisd.cog.* Quoniam textus ille non procedit in causa principali, sed solum in causa appellationis, imò dicit *text.* neque hoc usitatum esse etiam post sententiam pendente appellatione; quanto minus igitur poterit fieri sequestratio fructuum, non solum in causa principali, sed in hoc judicio possessorio, in quò certum est possessorem esse manutenendum, ut commodo possessionis utatur; ità optimè distinguit: & defendit omninò videndus *Anchar.Regiens.in q.46.incip. villicus quidam, num.13.cum seq.* ubi ex *Jo: Andr. & decis. Thelos.* dicit veram, & receptiorem esse opinionem, sequestrationem scilicet non admitti, nisi lata prima sententia, & appellatione pendente, sequitur etiam optimè *Paris. in cons.41. nu.45. lib.1.* ubi vult, quod non possit procedi ad sequestrationem nulla lata sententia etiam si fructus dilapidarentur, & allegat *Salyc. & Curt.in d.l.unica C.de prohib.seq. & Alex.cons.163.vol.6* post *Bart. in d. l.Imperatores* quia possessor nulla lata senten-

ta

tia potest fructus percipere, & de illis suo arbitratu disponere, cum hoc sequatur ex commodo possessionis; alias ad nihilum deserviret possessio: non obstante dicta per *Angel.& Bald. ubi supra*, sequitur etiam *Coler. de proc.ss.exeq par.1.c.2.nu.150.cum seq.* quia possessor non est prohibendus jus suum prosequi,& rebus suis frui sequitur etiam *Cavalcan. decis.23. num. 23. par.1.* ubi hoc extendit etiam si possessor non sit solvendo, quamvis hoc non admictat *Grave ad Gail. lib.1. concl. 147. ampliat. 2. num.3.& 4.* Quinimò, idem *Latrea* contrariæ opinionis assertur *in dec f.58. nu 7.* concordando opiniones distinguit cùm *Curtio d.l.unica*: quod si possessor licèt fructus dilapidet in suos usus convertendo solvendo est tunc nullo modo sequestratio fieri debet; secus autem si non esset solvendo; quia tunc in causa appellationis fieri poterit sequestratio refert etiam *Gratian.discept for.cap.114.& Anchar. ubi sup.* Undè cum in casu nostro certum, & notorium sit prædictos Dominos fratres non solùm esse solvendo, sed satis superque habere in bonis, ne dùm in Regno, in quo possident feuda magni valoris, sed etiam in Civitate Januæ, neque sint suspecti de dilatione nullo modo etiam ex principiis ejusdem partis debet fieri sequestratio.

7 Neque tertio loco debet. sequestrum decerni ex ratione, quam ponderavit *Dominus de Franch. in dict. decis. 204.* ut scilicet partes causæ expeditioni vacent quoniam, hæc non debet esse adeò potens ratio ad admittendum sequestrum præcipuè quoad fructus, quod non nisi in casibus à jure expressis admicti potest, tum quia hæc protelationis suspicio non debet præsumi in istis Dominis fratribus notoriæ probitatis, tum etiam quia jam in facultate S. C. erit sequestrationem in qualibet judicii parte decernendi, si dilationes ex parte ipsorum proponendas cognoverit, præcipue cum omnes ferè articuli, qui discutiendi veniunt in jure potius quam in facto consistant.

Prætèrea in illa *decis. D. Franch. 204.* possessio capta per sorores videbatur dubia, imò ex titulo nullo, cum non poterant immicti vigore codicillorum,& possessionem nulliter cœperant,dum fratres in corporali possessione existerent, ut latius in primis allegationibus ostendimus, quæ omnia in hoc casu deficiunt, quia fratres habent titulum validum de jure, ut proximiores ab intestato, & possessionem vacuam, & expeditam apprehenderent, & propterea nullo modo debeat fieri hujusmodi sequestratio, nulli omninò utilis, & omnibus damnosa, cùm commissariorum in tantùm beneficio, qui fructibus ingrassantur, absque ulla spe recuperationis.

Peregit deindè Dominus adversarius ad fundandam nullitatem preambuli obtenti per ipsos fratres

9 à Prætore Januæ, & confirmationis à Judice M. Curiæ, & consequenter possessionis per eos captæ; præcipuè ex quo tam decretum Prætoris, quàm confirmatio Judicis M. C. fuerunt prolata diebus festivis ad honorem Dei, scilicet 26. Decembris,& 2.Januarii.

Sed hæc omnia latè fuerunt per nos in primis allegationibus declarata, ut non procedant, in his, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, quæ in diebus feriatis ad honorem Dei, & Sanctorum expediri possunt, & licèt pars præsupponat non potuisse examinari testes, nihilominus cum non fuerit actus

10 judicialis, qui in hujusmodi diebus prohibitus est, ut habetur in *d c.ult.de feriis*, ubi solum judiciales strepitus prohibentur, & quæ ad illos pertinentes benè potuit expediri; dicitur autem actus judicialis, & judicialis strepitus, ubi causa est contentiosa, & litigiosa, & ubi quæstiones,& jurgia tractantur, & propterea ea quæ absque controversia; & partis citatione fiunt benè expediri possunt *Guid. Pap. d.decis.214.nu.4.* Quin imò quatenus non potuissent recipi testes si de facto sint recepti,non per hoc annullatur eorum receptio, sed valebit licèt committatur peccatum, ut dixit *Abb.in cap.fin.col. fin.vers.sed si exequutio extrà de judic.*

11 Neque refert quod in judicio *quorum bonorum* requirantur plenæ probationes:ut ex *Peregr.art.46. num.32.* deducit, quoniam hæc procedunt in interdicto, *quorum bonorum*, quòd teneantur contra possidentem; sed secus quando coram Judice solum agitur de agnitione hæreditatis, vel bonorum possessionis; quo casu, quia tunc non exigitur partis citatio, & fit parte absente, & non in figura judicii sufficit levis, ac qualis, qualis probatio ad informationem Judicis, adeò ut neque fidem faciat in negotio principali, ut post *glos.in l. 3. § si causa cognita ff.de bonor.poss.& Bart.in l.1.C. quor.bon.* refert optimè idem *Peregr.d.art.46.nu.3* & proinde cum non sit actus in figura Judicii, sed tantum hæreditatis vacantis agnitio, potest expediri die feriata.

12 Neque etiam nulla erit judicanda confirmatio obtenta à Judice M.C.Vicar. Quoniam ultrà quod in confirmatione decreti præambuli jam lati, non est adhibenda alia causæ cognitio, nisi recognoscere acta, quæ jam fuerunt à judice recognita, & sufficiebat qualis, qualis probatio ad ejus informationem, ut diximus; quatenus tamen fuisset imploratum officium Judicis permissione in possessionem ex dict s per *Peregr. art. 48. num.2.* benè poterat interponi decretum immissionis nullo existente contradictore die 2. Januarii præsentis anni 1644. quia non computatur inter dies festivos ad honorem Dei, ut habetur *in d.cap. cunquæstus final.de feriis*, ut latius diximus in primis allegationibus.

13 Prætetea cum, jam ipsi fratres reperiantur in pacifica possessione, & habeant titulum à jure cum nō attendatur decretū præambuli,sed quid de jure debeatur, quo jure inspecto sunt hæredes, & possident etiam authore prætore, cùm potuissent possessionem capere propria *authoritate l. cum hæredes ff.de acq.poss.* cum aliis in dictis allegationibus notatis debent in ipsa possessione manuteneri, etiā quod titulus, quo tuentur esset resolutus,& nullus: ut dicit *Angel.de acq.poss.q.6.art.6.nu.130. & seq.* Quia ut ipse asserit de hoc erit videndum in judicio ordinario; & optimè *Paz.de tenuta cap.10. num.7.* ubi asserit,quod non debet justificari possessio, sed solùm videre, an sit in actuali possessione, quæ sufficit, ad excludendum sequestrum, Quanto magis igitur debent tueri in eorum possessione fratres, quorum titulus non est nullus, nec resolutus, quinimò in promptu constat de justitia fororum, quæ sunt exclusæ, ut fundavimus, & infra

14 melius comprobabimus, eò fortius cùm nullitas præambuli, quatenùs adesset, quod expresse negatur, non inficit titulum hæreditarium, quod habent à lege, cum negari non possit illos esse hæredes

des ab intestato, etiam ex confessione partis; unde cum possideant, dicuntur legitimi contradictores contra ipsas sorores petentes immissionem vigore *l.fin.* sive interdicti quorum bonorum, etiam quòd sorores ostendant æquale titulum, cum non possit latius ex *Bart. Alex. Alber. Peregr. Angel. Menoch.* & aliis ostendimus, & præcipuè ex *dec. Cavalc. 20. lib. 4.*

15 Neque obstat illud, in quo Dominus Adversarius facit magnam vim, scilicet possessionem non fuisse ritè, & rectè captam ex pluribus, Primò quia aderat clausula non existente legitimo contradictore. Secundo quia jam sciebant frates adesse ipsas sorores legitimas contradictrices: & propterea non citatis ipsis sororibus non possunt decreto immissionis, nec possessione ipsa juvari ex doctrina *Argelii de legitimo contrad. quæst. 2. art. 1. num. 37.* & hoc operatur illa clausula ex *Pereg. art. 48. num. 18.*

Quoniam licet admitteremus prædictos Dominus fratres scivisse per sorores prætendi esse admittendas ad successionem, quod negatur cùm re vera certior fieri non potuit Dominus Lucas hic Neapoli commorans de præambulo per eas obtempto in die vigiliæ Nativitatis Domini tertia hora noctis: non per hoc debebant in captione possessionis ipsas sorores citari facere; cum non essent nec sint legitimæ contradictrices: ille enim solùm dici potest legitimus contradictor ad finem ut de necessitate citandus: qui possessionem obtinet; non autem, qui parem, vel similem titulum habet, vel habere pretendit si possessione caret, is enim non debet citari, sed ambo debent ad capiendam possessionem properare, ut ex *Bald. in dict. l. fin. nu. 6. Zuccard. num. 512. Menoch. remed. 4. num. 463 & remed. 6. num. 12. Rimin. Jun. cons. 444. num. 33. lib. 5. da Ponte cons. 20. num. 1. lib. 1. Peregr. d. art. 48. num. 27.* & aliis demonstravimus.

Et propterea ritè, & rectè possessionem apprehenderunt fratres, non citatis sororibus quia cum non possiderent, non erant legitimæ contradictrices ad finem ut necessario essent citandæ: benè quidem potuissent venire, & contradicere, si adhuc fratres possessionem non cœpissent, tunc enim si titulum æqualem ostendissent possessionem poterant impedire: sed cum jam comparuerint capta jam possessione, debent judicio ordinario se dirigere, in quo ostendent fratres illas omni jure esse excludendas,

16 Nec clausula illa non existente legitimo contradictore multum facit, quia resolvitur quatenus in possessione existeret, ut ex *Peregrin. art. 47. num. 29. & art. 48. num. 18.* deduximus, quem rogo revideri ad finem ut cognoscatur, an hoc dicat, & ita loquuntur etiam omnes allegati per *Larream, & Castill. lib. 3. controv. 24. num. 70. & 81.* ideoque non possunt dici abusos esse fratres authoritate Judicis qui possessionem concessit, non existente legitimo contradictore, ut pars *ex damnata memoria authore*, (cui prætereà responsum dare nequeo) fundare nititur, quia ut diximus non erant citandæ, quia non erant nec sunt legitimæ contradictrices.

Ipsi autem fratres benè quidem sunt legitimi contradictores ad impediendam immissionem petitam per sorores, dum parem titulum cum possessione habent, & propterea debent sorores judicio ordinario agere ut diximus.

17 Et ad presens addimus hoc de necessitate in casu nostro agendum; quoniam cum possessio non sit vacans, nec sorores veniant vigore *legis fin. C. de edict.* sed vel *interdicto quorum bonorum, vel petitione hæreditatis*, non possunt exequutivè agere, ut in casu *d. l. fin.* sed porrecto libello, lite contestata procedendum est, quia in hoc judicio *quorum bonorum* quilibet possessor constituitur reus ita *Bart. in d. l. fin. num. 15. Jas. num. 48. Castr. nu. 14. Ripa in l. 2. ff. quor. bon. Menoch. ad adipiscend. possess. remed. 1. num. 8. & remed. 4. num. 51. Peregr. de fidei comm. art. 48. num. 56. & 57.* ubi secus esse asserit quando possessio vacat, & *in art. 46. num. 32. & 36.* allegato à parte, & facit *tex. in l. 1. ff. quor. bon. & l. 1. & 2. C. eadem.* Nam ante omnia est discutiendum an prædictis sororibus dicatur delata hæreditas pro partibus per ipsas prætensis, nec sufficit eis decretum Januæ latum, quia cum hodie adsint fratres possessores; debet iterum eis citatis, discuti, quia probationes per ipsas ibi factæ cum non fuerint in forma judicii non juvant, ut dixit *Peregrin.* ab eadem parte allegatus *num. 31.* & ideo necessarius est in hoc judicio libellus, litis contestatio, & terminus licet summarius in quo ostendent ipsi fratres, sorores omninò esse excludendas tam vigore statuti Januensis, quam consuetudinis Neapolitanæ, & interim debent in eorum pacifica possessione manuteneri ex supradictis.

Agnoscens igitur Dominus Adversarius difficultatem; prosequitur totis viribus ostendere predictas Dominas sorores bonum jus fovere, & ea omnia replicat, quæ aliàs deduxit, & nos refellimus; scilicet quod jure communi inspecto succedunt una cum fratribus defuncto Jo. Stephano avunculo ab intestato, nullis aliis relictis descendentibus, aut fratribus, & jure conforme etiam esse asserit statutum Januæ *de success. ab intest. lib. 5 cap. 23. in §. non extantibus autem aliquibus*: in quo simul, & semel vocari filios, sivè filias sororis præmortuæ contendit non obstante illa dictione *sivè*; quæ licet de sui propria natura disjunctiva dicatur, pro conjunctiva accipi fatetur, sivè ampliativè ex quo successores ipsi non sunt de familia testatoris quàm præcipuè considerasse statutum, asseverat, ac non obstante, *tex. in l. cum pater §. à te peto ff. de leg. 2.* cum ibi posita sit dictio *sivè*, inter personas, inter quas cadit ordo charitatis, quo casu ipsemet Dominus adversarius fatetur importare ordinem successivum quem quidem charitatis ordinem deficere in casu nostro prætendit, ex quo nemo neque masculi, neque fœminæ sunt de agnatione defuncti quam dicit considerasse statutum, & proindè conjunctivè esse accipienda prædicta verba fatetur ex *decis. Cavalcan.* in propriis terminis *20. lib. 5.* Neque etiam obstare aliud statutum *de fœminis dotandis lib. 5. cap. 2.* quibus aperte videntur sorores dotatæ à patrui successione exclusæ in beneficium fratrum utrinque conjunctorum, ut ex statuto in vulgari idiomate conscripto ostenditur, quia illud non esse attendendum asserit, sed latinum quod est originale ex his, quæ scripsit *Stefan. de Federic. de interp. jur. par. 3 n. 70.*

Sed quia his omnibus latissimè in primis allegationibus satisfactum credimus nè eadem cum nausia repetamus, ibi nos remictimus: hoc tantùm addendo quod in termino quamvis summario, de necessitate in hoc judicio *quorum bonorum* adversus ipsos fratres possessores dando fundabitur omninò prædictas sorores esse excludendas, quia bo-

na

na de quibus agitur,ſeu ſaltem major illorum pars pervenit à quond. Nicolao ab Auria communi ſtipite à cujus ſucceſſione nulli dubium, quin per dictum ſtatutum de fœmini dotandis abſque alia interpretatione ſint excluſæ à ſucceſſione aſcendentium.

9 Videns autem pars Januenſis ſtatuti deciſionem, difficilè poſſe evitari; præſupponit illud non habere locum in bonis ſitis extra Territorium Januenſe ex dictis per *Conſ. de Georgia in allegat. 23. à num. 5. uſque ad* 8. & alios innumeros per partem adductos, ſive loqueretur ſtatutum in bonis, ſivè in perſonis.

Sed nos in primis ſcriptis admiſimus hanc eandem partis concluſionem, ſed cum illa diſtinctione; quod ſi ſtatutum loquatur de hæreditate, quæ eſt, quid univerſale, prout dos, in qua deciſum pluries, refert idem *de Georgio dicta allegat. 23. num. 10. & 11.*, & ampliùs expreſsè ſtatutum decernat, quod excludatur in qualibet mundi parte prout loquitur ſtatutum de fœminis dotandis tunc extendatur etiam ultra Territorium ſtatuentium, ut ex *Theſaur. lib. 2. quæſt. 5. nu. 11.* fundavimus: ad præſens addimus *Ruin. in conſ. 39. lit. num. 17. lib. 1. Ant. Alex. in conſ.* 128. *lib. 5. bene Sur. conſ. 135. num. 17. &* 18. optimè *Jo: Anton Bellon. conſ. 74. num. 121.* optimè etiam *Rimin, conſ. 95. num. 2. lib. 1. Anton. Gabriel. de ſtat. concl. 8. num. 24. & 25. Ceſal. in conſ. 309. num. 24. & 25. & Peregr. dec. 117. num. 13.*

Nec eſt vera reſponſio partis, quam facit ad commune axioma in hac Civitate admiſſum, quod Conſuetudines quando loquuntur in bonis non extenduntur; ſecus ſi loquantur in perſonis ex dictis per *Conſ. de Anna in conſ. 92. num. 56. & 57. & conſil. 118. num. 27.* ſcilicet illud eſſe, quia conſuetudines ſunt pacta Civium, quæ extenduntur extra territorium: Quoniam nunquam

20 *dict. Conſ. de Anna* tale ſomniavit dicere; imò expreſsè contrarium, non enim ipſe loquitur de conſuetudinibus in ſcriptis redactis, in quibus expreſsè dixit, quod ſi loquuntur de perſonis extendatur, ut *num. 56.* ſed loquitur de Conſuetudine Capuanæ, & Nidi, quæ eſt pactum, & ideò ipſe *num. 57.* aſſerit, quod ultrà Conſuetudinem aderat ibi pactum per viam renunciationis, quod extendebatur extrà Territorium, & ideò non benè applicatur, reſponſio ad Statutum de fœminis dotandis; cui neque refragatur alia replicatio, quod non conſtat de dotatione, quia jam de ea apparet in actis, & ideò ceſſat objectum.

21 Differentia, autem, quam facit pars inter Statutum de fœminis dotandis, ut non extendatur, & Statutum de ſucceſſione ab inteſtato, quod extendatur non poteſt ullo modo procedere, quinimò ſi extenſio debet admitti, debet eſſe in illo de fœminis dotandis, ubi expreſsè hoc decernitur, & ex principiis ejuſdem partis deſumitur, quia quando de excluſionem fœminarum in linea tranſverſali tunc eſt favorabile, ut ex multis probat *Alex. conſ. 144. vol. 6. num. 6., & conſ. 141. num. 9 lib. 7.* benè *Curt. Jun. conſ. 150. num. 6. lib. 2.*, & refert *Marta de ſucc part. 5. n. 13. art. 12. num. 14.* & latè *Jo: Anton. Bellon. conſ. 74. num. 118.* & ipſemet *Urſill. in d. deciſ. 226. allegatus à parte num. 12. in fin.* poſtquam diſputavit articulum, dicit hoc non procedere in ſucceſſione ab inteſtato, in qua non ſit extentio, & ſic fuiſſe judicatum aſſerit in *dec. 178. circa fin.*

Demum, quia hæc omnia per Dominum adverſarium adducta nihil juvant quòad bona ſita in diſtrictu hujus fideliſſimæ Civitatis Neapolis: a quibus ſorores ipſæ excluduntur per fratres in ſucceſſione avunculi, ut ex verbis *Conſu: ſi quis, vel ſi qua in §. quod autem, & Napod.* ibidem concludit *D. de Franch. in dec.* 87. præſupponit conſuetudinem prædictam non habere locum quoad exteros, qui bona poſſident in diſtrictu, ex nonnullis, quos adducit, quia aſſerit conſuetudo non reſpexit niſi ad Cives non autem ad exteros.

Sed licet ſatis ſuper hoc fuerit dictum in primis allegationibus, & ita paſſim ſemper in S. C. fuerit judicatum, nihilominus addimus ex communi Doctorum ſententia in ſucceſſionibus ab inteſtato attendi ſtatutum illius Civitatis, ubi bona ſita ſunt ità *Albert. Brun. in tract. de ſtatut. excluſ. fœmin. in 8. art. quæſt. 25.* quem ſequuntur, & de communi teſtantur *Curt. junior. in conſ. 5. verſ. ad ſeptimum, Socc. jun. conſ. 60. n. 2. lib. 3.* quia reſpectu bonorum ſitorum in diſtrictu etiam forenſes ligantur *Bald. in l. cunctos populos verſ. venio ad ſecundum C. de ſum. Trinit. & fide Cath. Anchar. in c. canonum ſtatutum 12. quæſt. de conſtit. Alex. conſ. 101. num. 7. vol. 7. Caſtr. in conſ. 10. nu. 2. vol. 1.* & licet *Ruin. in conſ. 48. num. lib. 3.* teneat contrarium tamen pro hac opinione tenuit *in conſ. 49. num. 7. vol. 3. Bald. in conſ. 109. num. 25. vol. 6. Tobias Non. conſ. 1. num. 57. Franch. Bet. conſ. 149. num. 20. tom. 2. Peregr. conſ. 34. num. 2. vol. 4. Rot. Rom.* quæ ità judicatum refert *dec. 304. nu. 8. par. 1. in noviſſ. Put. dec. 19. num. 4.* alios refert, & ſequitur *Marta* omninò videndus *de ſucceſſ par. 1. quæſt. art. 12. num. 31. & ſeq. & num.* 38. ubi omnibus contrariis reſpondet, optimè *Cancer. lib. 1. var. c. 5. num. 71. uſque ad fin.* qui omnes admittunt ſivè ſtatutum loquatur in rem ſivè in perſonam reprobata diſtinctione *Alex. in conſ. 44. vol. 5.* de qua per *Peregr. conſ. 10. vol. 3.* quia propter diverſitatem bonorum dicitur quis decedere cum diverſis patrimoniis, & quodlibet ſecundum ſuam legem, & ſtatutum judicatur, ut docet *Decius ubi ſup.* & confirmat *Cancer. ex Magan. Peregr. Gail. & aliis*, & in ſpecie in Januenſibus habentibus bona in diverſis locis refert *Gonaad.* in ſæpè ſepiùs allegato *conſ.* 49. etiam per D. adverſarium adductus: quibus addo *Graſſ. recept. ſent. lib. 1. quæſt. 11. Burſat. conſ. 8. num. 35. lib. 1. & conſ. 198. num. 42. lib. 2. Cephal. conſ. 309. num. 60. & 75 Sforza Odd. conſ. 54. num. 26. de Franch. deciſ. 546. in fin.* faciunt addocta per *Theſ. q. 4. num. 22. & 24. lib. 2. ubi num. 8., & ſeq.* tenet quod nulla debet conſtitui differentia quo ad perſonam defuncti quòd ille ſit civis, vel non modo bona ſint in territorio ſtatuentium, nec quod ſit odioſum, vel favorabile, quia ſemper quod ſtat. loquitur circa rem comprehendit forenſes, & reſpondet contrariis, &c. & latiſſimè *Cavall. com. contr. com. quæſt. 724. per tot. & num.* 6. Nec *Anton. Capyc. in d. addit. ad conſuet. fol.* 45. hoc expreſsè dicit, ſed tantum refert *Caſtr. in conſ.* 254. per argumentum, quod neque licitum eſt in dictis doctorum. Hinc videmus ſic fuiſſe deciſum in terminis *Conſuet. Neap. in anno* 1571. referente *D. de Franch.* qui refert *de Bottis in d. conſ. pupillus in addit. incip.*

in

in causa lemborum & clarius refert ipsemet *D. de Franchis videndus in addit. ad consuet. impressas in fin. consuet. in addit. incip. in eodem proemio*, ubi ait fuisse decisum contrà *Bart. in l. 1, C. de Summ. Trinit. & fide Cath.* illa tantum ratione quia consuetudines respiciunt bona, & ideo prosunt exteris, & ligant eos possidentes bona in districtu, & allegat *Alex. in cons. 111. vol. 71. & Brun. in tract. eccl. famin. art. 6.* unde ex verbis Domini de Franchis excluditur responsio partis, quod illa decisio processit ex quo defunctus non erat exterus: quia decisio non se fundavit in hoc, sed quia consuetudo loquitur in bonis, & proindè ligat exteros possidentes bona in districtu, & faciunt notata per *Thes. d. quæst. 4. num. 8.* & refert *Marta ubi supra num. 38.* & idem tenere videtur *Cons. de Rubeis in addit. impress. post Consuet. incip. in materia quero* ubi allegat *Tiraquell.* in simili *de utroq; retract. §. 1. gloss. 2. in princ.* ubi quod si exterus vendat fundum Pittaviæ; habet locum consuetudo illius loci ex quo respicit rem ipsam ex doctrina *Jo. Fab. in l. cunctos populos, & Afflict. de jure prothom. & Jasonem* contrarium dicentem toto cœlo errare fatetur, & ideò benè dixit *Molfes. in d. par. 2. tit. de personis qu. 1.* quod activè, & passivè exteri hac consuetudine ligantur quoad bona sita in districtu.

Et licet pars adduxerit *dec. Rot. Ludavis. 225.* tamen advertendum, quod Statutum Urbis non loquitur circa bona, sed tantùm in personas, undè non mirum, si attento illo Stat. Rota ita concluserit, & nihilominùs antiquis temporibus videtur aliter sensisse, nam cum hic casus accidisset in Rota Domini voluerunt concludere ob diversitatem opinionum, ut habetur *in dec. Rota divers. part. 1. decis. 295.* Sed iterum posita causa in *decis.* 304. videtur concludere pro hac vera opinione, quod comprehendat forenses.

Sed quicquid sit de Stat. Urbis certum est, quod consilia nostra de qua agimus loquuntur in bonis nam dicit in bonis omnibus, ut latè per *Napod. in d. cons. si quis, vel si qua num. 174. & seq. fol. 123.* quo casu inspecta hac cons. ligantur forenses, & sic fuit decisum, & addimus nunc *1. sap. super cons. in prælud. §. 5. à num. 12. cum seqq.* ad finem ubi pro indubitato concludit in hac Civitate in terminis d. cons. quæ loquitur in bonis comprehendit forenses, & sic decisum asserit per S. C, referente *Consiliario Meliare in caussa successionis Ant. Glielmi*.

Et ex his omni jure denegandum esse sequestrum præcipuè in his bonis existentibus intra districtum dicimus sub correctione tamen Dominorum Judicum. Die 22. Februarii 1644.

Jo. Franciscus Marcianus.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 47.

SUMMARIUM.

1 *Officialis remotus absque causa ante consuetum tempus an afficiatur injuria.*

2 *Princeps potest absque causa removere ad libitum Officeales, seù Magistratùs etiam perpetuos, & ad beneplacitum, quia in Principe nè dum præsumitur causa, sed nec tenetur discutere causam super ratione beneplaciti.*

3 *Referuntur exempla in casibus, qui contigerunt tempore Caroli Secundi de anno 1678. & tempore Caroli Tertii de anno 1708.*

4 *Judices M.C. ordinarii non possunt esse, nisi duadecim.*

5 *Judices supernumerarii fuerunt sublati de anno 1644. & 1675., & 1717. num. 6. & 7.*

8 *Judices criminales, an præcedant in sedendo Judices Civiles, & quid illis datis prò adjunctis in paritate suborta in M. C. in Criminalibus nu. 9. & 10.*

11 *Judices criminales potiuntur eadem dignitate qua potiuntur Judices Civiles.*

12 *Judex Civilis missus ad M. C. Criminalem, an præcedat cæteros Judices antiquiores.*

13 *Et quid servetur accedentibus Judicibus Criminalibus prò publicandis sententiis forjudicationis publicari solitis per Judices Civiles C.F.T.S.*

14 *Judices M.C. Vicariæ præcedunt Rationales Regiæ Cameræ in publicis functionibus.*

15 *Procurator Fiscalis Regalis patrimonii præfertur Rationalibus Regiæ Cameræ.*

16 *Judices M. C. V. præcedunt injunctis Advocatum, Fiscalem Regalis patrimonii, qui non est Magistratu decoratus, n. 17. & 18.*

INter cætera notatu digna, quæ in hac resolutione habentur illud est, nùm Officiales ad nutum Principis, & absque aliqua causæ cognitione possit removeri ab officio, quod justitiæ administrationem concernet, & nec non agitur de moderatione Tribunalis M.C.V. tam civilis, quam criminalis, & de numero Judicum supernumerariorum redigendo ad consuetum, & ordinarium numerum, & de prælatione inter duos Judices, quorum unus prius adeptus fuit possessionem officii ordinarii. Quoad primam conclusionem, quamvis *D. meus Consiliarius* videatur inclinare contra *Regentem Capyciatro in consult. 47. lib. 1.* & non de-
1 ficiant Doctores, qui hanc opinionem amplectantur cum Magistratus remotus absque causa, & ante consuetum tempus afficiatur injuria, nihilominus opinio, quod possit Princeps hoc facere ad libitum non est destituta juribus, & rationibus, ex quo in Principe ob ejus supremam potestatem non est exquirenda ratio, nec causa, & judicium
2 solvatur *vetante eo, qui judicare jusserat* juxta regulam *textus in l. judicium solvitur ff. de judiciis*.

Unde semper mihi placuit opinio doctissimi *Horatii Montani de Regalibus in §. potestas constituendorum Magistratuum à num. 16. fol. 136. & fol. 137.* ubi pro absoluto tradit, quod in Principe semper præsumitur causa, nec tenetur discutere causam super revocatione beneplaciti, quia concessio officii processit ex gratia Regis, & non ex contractu juris gentium, & proinde est revocabilis ab libitum: audiantur ejusdem verba. *Nec potest conqueri officialis, qui sic acceptavit officium ad beneplacitum Regis, dum Rex utitur jure suo scilicet revocandi, dixit Covarr. practic. qq. cap. 9. num. 3. versic. quinto deducitur in fine, est igitur hæc discussio causa super revocatione beneplaciti Regis, summaria non plenaria, quia de rigore juris non tenetur exprimere causam in his, quæ ex gratia processerunt.*

Quod est adeò juri consentaneum, quod est

moribus introductum in Regno nostro nám ne dum habemus observantiam de qua testatur *Reg. Capyclatro in consult.47.in fine* sed nostris temporibus practicatum, quoque vidimus per Regem
5 Carolum Secundum, per quem de anno 1678. fuit à numero Consiliariorum amotus Franciscus Maria Pratus, & D.Jo:de Dura cum nonnullis aliis Senatoribus. tam de gremio S.R.C.quam Regiæ Cameræ Summariæ, & M.C.V.ex simplici Regis assertione asserentis sibi constare, quod non bene se gerebantur in exercitio officii, ut constat ex Regio diplomate, quod prodiit sub die 23.Junii 1678.quod quoque vidimus servatum per Regem nostrum Carolum Tertium de anno 1708. in persona duorum Consiliariorum, quos sub silentio involuimus.

Circa illud, quod differit *D. Consiliarius* circa moderationem Tribunalis M.C.V. in numero Judicum animadvertere oportet, quod Judices M.C, ordinarii non possunt esse nisi duodecim; nam antiquis temporibus Judices Criminales non erant nisi quatuor, & tempore Comitis de Lemos fue-
4 runt additi alii duo Judices, ut legimus apud *Tassonum sub pragm. de Antefato versi. 3. observat. 3. num.181.vers.diximus*.

Et quamvis successivis temporibus fuerunt additi Judices supernumerarii; qui in anno 1642. in sola M.C.V.in Civilibus erant numero sexdecim, & sic octo pro unaquaque Aula, ut testatur *Thor, in supplem.decision.verb.unio Aularum fol.656. ubi in fine* dicit, quod postmodum in anno 1644. per Magn.Admiratum de Castello Proregem fuit redactus numerus ad solitum, & consuetum numerum sublatis supernumerariis.
6 Cumque iterum nostris temporibus fuerit adauctus numerus Iudicum per electionem supernumerariorum per literas Catholicæ Majestatis Caroli II. anni 1675.fuit mandatum, ut Judices non essent nisi duodecim, tam Civiles, quam Criminales; ut testatur *Police de praem.in.Regiar. Audient. tit.8.cap 3.num.8.tom.1.*

Et cum iterum essent relaxatæ habenæ circa
7 electionem supernumerariorum Judicum fuit facta nova reformatio in præterito anno 1707. jussu Catholicæ, & Ces.Majestatis, & præcedente consultatione Supremi Collateralis, & Supremi Italiæ Consilii virtute cujus fuit redactus numerus ordinariorum ad duodecim nempè sex in Tribunali M.C.V.Civilis quemadmodum ad præsens reperiuntur.

Pergimus ad materiam præcedentiæ inter Judi-
8 ces de qua in fine verba facit *Dom.Consiliarius*, & dicimus, quod Judices Criminales M. C. V. præferuntur Iudicibus Civilibus ejusdem M. C. V, itaut datis Iudicibus Criminalibus pro Adjunctis ad dirimendam paritatem in M.C.Civili præferuntur Criminales in sedendo excepto capite Aulæ,ut decrevit Collaterale Consilium sub die 21. Junii 1662.ut habetur apud *Reg.Petra sup.ritu 265. à num.113.usque ad num.119. tom.3.* & quamvis negotium fuerit indubium iterum revocatum de anno 1676. nihil tamen fuit innovatum contra formam decreti Regii Collateralis Consilii, ut testatur idem *Petra num.121.* accedunt scripta (per *Consil.Roccum de efficiis in §.6.de ordine præcedentiæ in M.C.V.nu.16. & 17 fol.57.& per Reg.Cacacinum in allegat.85.apud Reg.de Marinis num.3.* ubi assignat rationem.

9 Rationes quibus fulciri potest prætensio Iudicum Criminalium, sunt quia M. C. in Criminalibus ut plurimum procedit, uti Delegata,& proinde gerit Vices Magistratus, ex traditis per *Reg. Sanfelic.decis.34.num.16.tom.1.* Item quia in eodem Tribunali præsident duo Consiliarii *Tasson.de antefato versic.3.observat.3.num.181.in fine.* Adeo quod quando decretum est latum per dictum Tribunal cum interventu illorum duorum Consiliariorum ibidem existentium non potest revocari per Sacr.Consil.nisi interveniant quatuor vota conformia juxta *Pragm.44.in §. item per M. C. V. & per Reg.Rovitum in Commentariis*.

10 Hinc fit, quod in paritatibus, quæ suboriuntur in causis criminalibus Delegatis in eodem Tribunali non eliguntur pro Adjunctis Iudices Civiles ad dirimendam votorum scissuram; sed dantur Regii Consiliarii, ut in pluribus paritatum contingentiis practicatum vidimus, quamvis antiquitus Iudices Civiles adjunctos datos fuisse legamus apud *Reverterium dec.276.tom.1.*

Sed in Contrarium pro Iudicibus Civilibus ponderari potest nullum considerari discrimen inter eosdem, cum omnes eadem dignitate decoren-
11 tur, & unicum sit Tribunal distinctum tantummodo circa exercitium jurisdictionis ob celerem causarum expeditionem juxta tradita per *Reg. Marcianum disput.66.num.16.tom.2.*

Quare ille potior esse debet in præcedentia, qui prius muneris possessionem adeptus fuit juxta illud, quod practicatum legimus in personam Regentis de Marinis in anno 1655.qui dum erat Ju-
12 dex Civilis per Comitem Castrillis tunc hujus Regni Proregem fuit missus ad Magnam Curiam Criminalem cum expressa Clausula, ut antiquiores Judices non præcederet, & idem fuit practicatum cum Francisco Maria Prato; qui missus à M.C.V. Criminali ad Civilem, neque præcessit, de utroque casu testatur *Consiliarius Roccus de officiis in §.6.de ordine precedendi in M.C.V.num.21. & in §.9.num.16.& 17* & de hoc plenius dicam *in Animad.87.*

13 Quæ adeo vera sunt, quod dum hæc scribo audio ab antiquis, & senioribus Judicibus M. C.V. ita passim servari, quemadmodum ita servatum vidisse testatus mihi fuit olim accuratissimus Judex ejusdem M. C. V. D. Angelus Parisius, qui tempore exercitii sui muneris observavit, quod accedentibus Judicibus Criminalibus ad M.C.V. Civilem proferendis, & publicandis, Curia pro Tribunali sedente, sui judicationis sententiis juxta morem; non occupaverunt primum locum post caput Aulæ, quemadmodum servatur accedentibus Judicibus Civilibus ad M. C. Criminalem; sed sedent secundum sedendi ordinem, quamvis Petrus Emilius Guaschi, qui erat Decanus in M. C.Civili præcessit omnes judices Criminales tempore posteriores, hoc evenit, quia erat Decanus.

14 Præcedentia autem Iudicum M.C.V. viget inconcussa contra Rationales Regiæ Cameræ in publicis functionibus, quoties Rationales non incedunt collegialiter cum suo Tribunali quemadmodum practicatum fuit de anno 1666. & de anno 1689. occasione mortis Serenissimæ Reginæ, nam per rescriptum Excellentissimi Proregis Comitis S.Stephani prævia consultatione Regii Collateralis Consilii fuit ordinatum, ut Magnifici Rationales ad functionem prædictam non accederent

non

non obstante contrario decreto Collateralis Consilii de anno 1644 ad favorem Rationalium apud *Reg. de Marinis in arrest.* 630. de quibus testatur *D. R. Petra sup. rit.* 311. *à num.* 22. *ad* 25. *& num.* 213. *tom.* 4. *& D. Ageta in annotationib. ad decisiones Reg. Molet nu.* 53. *de executionib. function. fiscalium nu.* 124. *ad nu.* 128. *tom.* 4.

15 Ad firmandam præcedentiam Iudicum M. C. V. accedit, quod fisci Procurator Regiæ Cameræ tamquam pars cohærens ejusdem Tribunalis, & participans de dignitate Advocati fiscalis Regalis Patrimonii ex persona illius consequitur ut præferatur Rationalibus, ut monet *Reg. Galeot. controv.* 11. *num.* 28. *tom.* 2. ubi *num.* 30. & si dixit, quod cœtus Rationalium, ut plurimum residet extra Aulam, & quod sunt potius de sala, quam de Camera.

16 Et cum extra controversiam sit, quod Judices M. C. V. in junctis extra Tribunal Regiæ Cameræ præcedant Advocatum Regalis Patrimonii non decoratum dignitate Ministerii juxta decisa per Collaterale Consilium apud *Rocc. de Officiis rub.* 4. §. 5. *nu.* 18. & apud nos *in animad. ad singul.* 297. *num.* 16.

17 Et cum extra controversiam quoque sit Fisci Patronum Regalis Patrimonii præcedere Rationales, qui non sunt de parte cohærenti, nec de corpore integrali ejusdem Tribunalis, ut dixit *D. Galeota in locis citatis num.* 30. *&* 31.

18 Cur dicendum erit Judices non esse præferendos Rationalibus ex regula textus *si vinco vincentem te, ergo fortius vinco te de qua in lege de accessionib. de diversis, & temporalib. præsumptionib.* quam regulam in propriis terminis præcedentiæ applicavit *Reg. Cacacius alleg.* 85. *nu.* 54. apud *Reg. de Marinis tom.* 3. & plenius *Reg. de Philippis in sua Consultatione* edita in causa propria.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 59.

SUMMARIUM.

1 *Officia ampliata sunt obnoxia creditoribus, & legatariis nominantis, & ita decisum per S. C. demonstratur.*

2 Julius Caracciolus *celebris sui temporis Advocatus commemoratur.*

3 *Officii regalis origo, qualitas, & natura demonstratur.*

4 *Beneficia Ecclesiastica potius commendata, quam tradita censentur personis Ecclesiasticis ex Summorum Pontificum præceptis.*

5 *Officium Regale existit apud Regem, sicuti aqua apud fontem, à quo fluit, & refluit, sicut flumina ad mare.*

6 *Regalis qualitas convenit in officio Magistri Actorum S. R. C. & de ratione num.* 7.

8 *Officium magistri actorum S. C. prærogativæ altius antecedunt tabellionatus officium.*

9 *Officialium appellatione connumerantur actorum Notarii.*

10 *Officia ex jure recepto in Regno non possunt absque assensu alienari, aut obligari, ex quo inter Regalia connumerantur.*

11 *Rex an teneatur assentire super oneribus contrahendis super feudo, vel super officio.*

12 *Hypotheca absque subjecto subsistere non potest.*

13 *Dominium officii est penes Regem, & non censetur concessum, nisi exercitium, & nudum ministerium.*

14 *Rex assensum præstans super obligatione officii legem prohibitivam de medio tollit.*

15 *Officii hypotheca contracta cum assensu Regis perdurat, existente officio in posse Concessionarii, per cujus obitum evanescit.*

16 *Ambitus non consideratur in Rege, sicuti nec in Pontifice simonia.*

17 *Officia habentia annexam jurisdictionem non sunt alienabilia.*

18 *Et quid in officiis simplicis ministerii sine jurisdictione.*

19 *Industria Personæ censetur electa in officiis.*

20 *Officium ampliatum est idem officium, ex quo officia sunt personalia, nec possunt migrari de subjecto in subjectum.*

21 *Ususfructus concessus hæredi usufructuarii non erit novus, sed idem ususfructus in persona hæredis.*

22 *Actus an tribuantur mandanti, quando omnis potestas pendet à persona concedentis.*

23 *Electionis actus an tribuatur committenti, vel eligenti.*

24 *Electionem, non proprio, sed alieno nomine fieri, quomodo cognoscatur.*

25 *Nominandi ad officia concessa facultate à Rege, nominatus censetur promotus ad officium ab ipso Rege, ministerio tamen nominantis.*

26 *Eligens incertum de incertis, an exibeat ministerium Juris, & facti.*

27 *Succedens in officio ex nova electione, sive nominatione, an succedat cum qualitate hæreditaria, vel ex providentia legis, vel Principis.*

28 *Feudum concessum cum clausula* pro se, & hæredibus *est hæreditarium.*

29 *Officium, quod est in vita resolvibile, non quæritur nominato, ut quid hæreditarium, sed ut quid novum, Principis benignitate concessum.*

30 *Ususfructus an proveniat ad successorem Jure hæreditario, vel ut quid novum, ab ejus persona incipiens absque qualitate hæreditaria.*

32 *Nominatus ad officium non habet causam à nominante sed à Rege.*

33 *Hæreditaria qualitas an censeatur inducta in officio concesso à Principe cum facultate nominandi unum hæredem, tam in testamento, quam in codicillo, tam in actu inter vivos, quam ultimæ voluntatis.*

34 *Legitime imputari, an debeat pretium erogatum in emptione militiæ, vel officii.*

35 *Assensus super venditione, vel obligatione officii difficile obtinetur.*

36 *Actio personalis non transit in singularem successorem.*

37 *Hæres in feudalibus tenetur pro rata bonorum feudalium contribuere Creditoribus hæreditariis.*

38 *Hypotheca absque assensu nunquam super officium constitui potest.*

D. *Consiliarius Staibanus* in hac resolutione in illam descendit sententiam, quod in officiis Regalibus a Rege ampliatis succeditur cum qua-

1 litate hæreditaria, adeo quod redduntur obnoxia omnibus creditoribus, & legatariis nominantis, & ita decisum testatur per Sac. Conf. pro illis de Ferrariis contra U.J.D. Berardum Spera Act.Magistrum S.R.C. de qua decisione testatur quoque *Reg.Capicius Latro decis.*26.ubi plenissimè *D.Gizzius in suis observationib.* qui transcribere curavit votum Domin.Consiliarii Savii, qui fuit unus ex votantibus, quibus accedunt scripta per Nos in nostra *practicab.obser.*56.*n.*22. *&* 23.*in §.*128.ubi tradidimus optimam distinctionem ad quam fulciendam nunc addimus *Reg. de Marinis in observat.ad decis.*375. *& decis.* 382.*Reg. Revert. num.* 6.*&* 3.*lib.*2.*& in observat. ad decis.* 70. *à num* 5. *ad* 7.ubi memor fuit de D.Staibano,

At quia in eadem causa in qua scripsit noster *Consil.Staibanus* non minos doctè, quam eruditè scripsit in contrarium insignis ille Juris Consul-
2 tus, ac sui temporis Advocatus magni nominis Julius Caracciolus cujus Responsum cum ad manus meas pervenerit opere pretium duxi, ut hic typis mandaretur.

Responsum Julii Caraccioli pro U.J. D. Berardo Spera.

QUæ res in quolibet negotio maximam partem sibi vindicant, ratio, authoritas, & exemplum; Hæ pro U. J. D. Berardo Spera pari studio, ac præstantia elucescunt in hac causa, in qua contendentes creditores, & legatarii quond. Laurentii, & Anelli de Ferrariis de eorum juribus experiri super officio Magistri actorum S. C. quod nunc Berardus exercet, ac olim dicti de Ferrariis fungebantur: Obnitens contra Berardus sese, officiumque tueri: Nostrum erit ostendere, exclusionem creditorum omni jure caveri, ipsumq; officium ab omni nexu obligationis solutum existere.

3 Ad quod demonstandum, primum occurrit officii origo, qualitas, & natura, quarum altera Regem se producentem agnoscit, altera in solo exercitio, sivè administratione, retento à Rege dominio, ejus limites circumscribit, postrema ad ipsum Regem revertere, extincta vita concessionarii naturaliter propendit, ut colligunt omnes *ex Andr. in cap.*1, *de feud.March sub num.*2. & in *cap.*1. *sub num.*2. *quis dicatur Dux*, Adeoq hæc præcipuè officio conveniunt, ut nec nativitas nisi à Rege nec dominium, nisi in Rege nec reversio nisi ad Regem excogitari possit, ut authoritate ejusdem *Andreæ* concordi calamo tradiderunt *Capyc.dec.*121. *nu.*5. *Reg.de Ponte* sæpius citandus *decis.*34. *num.*16. *& dec.*28.*nu.*46.*Reg.Rovit. decis.*72.*num.*35. *Consil.de Georgio in repetitione feud.cap.*53.*nu.*4.*D.Theodor.* *a leg.*41 *num.*2. *&* 3. *Francis. de Amic. de his qui feud.dar poss. §. natura officii, cum §. seq fol. mihi* 62.*&* 63.*Præs. de Amato cons.* 22. *nu.*11. *& seq. Lanar.cons.*22. *num.* 17. *Montanus de regalib. officiis, num.*2.*& seq.*

4 Quæ in Ecclesiasticis beneficiis ex Summorum Pontificum præceptis pariter intuemur, ut scilicet Rectoribus potiùs commendata censeantur, quàm tradita *cap.casellas* 10.*qu.*1.*c.ult.*12. *qu.*1. *cap sine exceptione* 12.*qu.*2.*c.*2.*extra de donat.cum simil b.* & in usufructuario, ut verè, propriè q; non sibi, sed Domino possideat, civiles leges statuisse legimus, *in l.acquiritur,§ fin.ff.de acquir. rer. dom.u.in l.*1. *§.per eum.ff.de acquir.poss.* & probat *glos.in l.naturaliter,verbo videtur possidere;ff. eod.tit.* & hoc potissimo argumentandi genere, præcitati DD. usi fuere in indagine naturæ, & qualitatis officii, quod proprium validumque firmat *Boer.dec.*350.*sub nu.* 4.post *Jo:Fab.in l.nemo,C.de offic.assess.*& in *§.cum autem instit.quib.mod.jus patr.pote.solvat. & Mastrill.de magistr.lib.*1.*cap.*28.*num.*21,

5 Hæ profectò qualitates nedum in quolibet officin genericè sumpto inspiciuntur, sed specificè in officio Magistri actorum S.C. quod, ut utar verbis *Baldi in cap.*1.*de allodiis*, videmus esse apud Regem, sicut apud fontem, à quo fluit, & refluit, sicut flumina ad mare, imò speciali hujus Regni lege sancitum extat non ab alio conferri posse, nec aliundè gigni nisi a Rege, ut in *Pragmatica.*1 *.de offic. ad Reg. Majest. ejusque Vicereg. collationem spectantibus.*

6 Hinc qualitatem regaliæ omninò huic officio convenire, docuit *Andr. in tit. quæ sint regalia vers.ad justitiam expediendam nu.* 68. alloquens de creatione Notarii, idem docuit *in c.*1.*§. Scriba, nu.*24.*de probib.feud.alienat. per Feder. & in Constit.in locis demanii*, cum sectatur *Capyc. in investitura verbo regalia,vers. Notariorum constitutio*, & authoritate ejusdem *Andreæ* quoties in controversiis causarum hoc officium in medium adduci contingit, omnes fermè scribentes existimarunt de illo sicut de cæteris rebus ad regale culmen spectantibus, ut est videre apud *Reg. Rovit.* loquentem de officio Magistri actorum Civitatis Cosentiæ *in decis.*72. *Franciscum de Amicis*, tractantem de officio Secretatæ Terræ Hydrunti, *de his qui feudum dare possunt.§ sumus modo, & §.natura rei fol.*60.*&* 61.*Cons. de Georg. in repet, feud.cap.*54.*nu.*33.*D.Theod.alleg.*41.*nu.*6. *& Montan.de regalibus officiis, in princip.* idem arbitrantes de omni officio, etiam sine jurisdictione, alioue quolibet certum ministerium designato.

7 Et sanè prudentibus, non ex dignitate sive officii fulgore, qualitatem regaliæ videbitur redundare, sed ex ipsa Regis collatione cum prohibitione, ut non possit ab alio nisi à Rege conferri: Undè quodcunq; erit officium, vel dignitate præditum, vel jurisdictione fulgens, vel scribendi ministerio designatum, semper inter regalia connumerabitur, dummodo non aliundè oriri valeat quam ex beneplacito Regis, id probatur ex claris verbis *Andreæ in tit.quæ sint regalia vers. ad justitiam expediendam*; ubi quamvis affirmet creationem Notariorum non pertinere ad illum titulum, verum tamen paulò infrà subdit hæc verba. *Sed per aliam viam Notariorum creatio est de regalibus, quia solum Papæ, Imperatori, Regi, vel his qui habent ab eis potestatem permittitur Notarios, vel Tabelliones facere.* idemque repetit *in d.§.Scriba, num.*24.*de probibit. feud. alien. per Feder.* ideò juxta theoricam *Andreæ* non refert, sub qua forma sit hæc intellectualis creatura producta, ut inter regalia connumeretur, dummodo à Rege in esse constituatur.

8 Idquè peculiari ratione viget in officio Magistri actorum Sac.Cons. cujus prærogativæ altius præcellunt Tabellionatus officium, quippè ultrà specialem hujus Regni legem, per quam Regiæ collationi reservatione omne dubium circa qualitatem regaliæ sublatum esse, testatur *Montanus*

de

de regalibus officiis in princ. Ipsa etiam rei evidentia demonstrat habere jurisdictionis exercitium; Si quidem, itedum fidejussiones, & obligationes recipit, & incusat, partibus, & testibus juramentum exhibet, qui omnes inter jurisdictionales actus adtribuuntur, ut post *Frecc. de subfeud. authorit. 46. nu. 11.* observat *D. Theod. d. alleg. 51. nu. 5.* sed quia quicquid ad ordinationem, diluci dationem, atque complementum justitiæ tendit, necessariè ab eo conscribi, ac conservari debet, ut iniqui Judicis falsa repellatur assertio, & innocens litigator justitiam & veritatem inveniat, sic canonica sanctione dictante in *cap. quoniam contra, de probat.* est quodammodo de substantia jurisdictionis, & ut inquit *Grazzarell. decis. 24.* est pars hujus corporis mistici quod præest administrationi justitiæ, quod latius firmat *Joseph Sesse decis. Arag. 339. vol. 2. & Reg Revit. decis. 72 num. 49. & seq.*

9 Meritò *Accursius in l. 1. verbo ob denunciandum, ff. ad l. Corn. de fals. Moderni Add. in situ item si contingat, Federicus in constitutione occupatis Regina Ioanna Secunda in proem. Rituum in principio, & Andr. in Constitutione cum circa justitiæ tramites, verf. unde scio,* inter officiales actorum Notarii connumerarunt, cum sine illis jurisdictio tanquam corpus sellis manibus consummatos actus non valeat adimplere, eademque ratione S.C. censuit comprehendi debere *sub ritu 49.* dictante, delicta Officialium solum, Mag. Cur. cognoscere, ut decisum refert *Grazzarell. decis. 24. Rovit. allegata decis. 72. & in rubrica prag. de Officialibus,* & quæ eis prohibeantur.

10 Et ex his ortum habuit irrefragabilis illa conclusio tàm communi, quàm Regni jure recepta hæc officia vendi, alienari, obligari, aut quomodolibet oneri, haud submittere posse absque assensu, & beneplacito Regis de jure enim communi *Imper. Theodos. in l. officia C. de officio quæst.* pœnali jussione præscripsit, ut nemini liceret illa peragere sine Imperiali subscriptione, & juxtà terminos ejusdem juris, omninò aditum Principis exquirendum, existimarunt, *Tell. Fernand. an l. Tauri 25. num. 19. Anton. Gomez in comment. earundem legum, l. 29. num. 21. & Didac. Covarr. lib. 3. variarum cap. 19. num. 5.* & in Regno Rex Rogerius *in Constit. scire volumus*, sanxit, nil ad regalia pertinens, sivè magnum, sivè parvum vendi, donari, alienari, in totum, vel in partem minui posse, unde, jura regalia minuerentur; Quamobrem officia inter regalia connumerata, & descripta, in d. dicta *constitutione* Rogerii comprehendi debere, *Freccia l. ut. Rovit. de Georg. de Amicis*, aliique præcitati DD. pariformiter tradidere, post *Afflict. in dicta consti. ut. sub num. 10.* quibus addo *Præsidem de Amata consf. 22. num. 2. & consf. 49. num. 4.* Quod etiam in obligatione, ut dixi adnotarunt, ponderantio verb. prædictæ Constitut onis, ibi, *aut in totum, vel in partem minui, unde jura nostra regalia, minuantur sul trahantur, aut dominum aliquod patiantur:* Et non dubium quin per obligationem maxima diminutione, [illegible] rentur, imò per [illegible] ad [illegible] fa[illegible] pervenirent, qua prohibita, censetur prohibitus omnis actus, per quem [illegible] ff tuitur jus in re, ex communi omnium tradit[illegible] *in l fin. de reb. alien. non alienan.* & in propria materia post *Aut. Negus. de pignor. 3. memb. 2. part. num. 69.* probat *Reg. de Pont. d. decis. 28. nu. 51. & 55.* ponderando tam verba, & mentem *Rogerii* quàm *Justiniani* præcepta *in auth. de exhibend. reis §. optimum.*

11 Quinimò inter tam arctos fines est talis prohibitio restricta, ut quamvis in facti contingentia vehementi, ac summo studio fuerit assensus efflagitatus, fuit tàm in supremo Italiæ, quàm in Collaterali Consilio causa cognita denegatus, ut refert idem de *Ponte* allegata *decis. 28. num 63.*, & licet aliquando in contrahendis oneribus super feudo teneatur dominus assentire saltim de congruo, ex doctrina *Camer. in cap. imperialem fol.* [illegible] *lit. X. & E.* & frequens fit argument[illegible] de feudo ad officium ex not. *per Frecc. de subfeud qu. 51. & 56.* & per *Boer. decis. 350.* nihilominus, quia officiorum dominia numquam à Rege migrare in principio deduximus stricte procedi in officiis, quàm in feudis resonat per ora Pragmat[illegible] orum, & affirmant idem de *Ponte d. decis. 28. num 5 & 6. Rovit. dec. 72 nu. 37 de Georg in repet. feud. cap. 54. num. 29 & seq. cæterique Scr[illegible] entes.*

12 Patet ergo ex his, nullum jus competere creditoribus dictorum de Ferrariis, ne dum [illegible] qui assensu carent, cum eorum futiles præ[illegible] tiones nefas sit in medium adducere, sed præsenti statu rerum perpenso, neque his qui hypothecas cum assensu quæsiverunt, ad quod probandum observari rego hypothecas absque subjecto subsistere impossibile communiter reputari, ideò oportere, constituentem, aut pleno rei dominio, aut quasi a ut utili, aut hypoteca potiri, per *tex. in l. 1.* & in *l. grege, §. & in superficiariis, ff. de pignor. in l. etiam, §. superficiarius, ff. qui pot. in pigner. in l. 1. & 2. C. si pign pignori datum sit,* aut latum habere aliquod jus in re, auther tate *glossa* communiter approbatæ in *dict. l. g. 1. verbo difficilius, ff de pignor.* & tunc subjectum hypot cæ, aut erit dominium plenum, aut quasi, aut utile, aut hypotheca, aut jus illud quod ipse consti tuens habet in ipsa re, super quo jure legitime contrahi, & hypotecas constitui ex eadem *glossa* colligitur, & in his princ piis, putò, Imperatorum, & Jurisconsultorum fundari responsa *in l qua prædium in l. fin. C. si aliena res pign. data sit*, & in *l. aliena res, ff de pignorat. actione*: in aliena scilicet re, nescio, & invito domino nullam hypothecam posse constitui, & sic nexum non facere rerum, nisi persona, quæ jure potest obligare.

13 At in officiis diximus, & utile erit sæpius repet[illegible] re, d[illegible] n[illegible] um omne [illegible] Regem ex stere, [illegible] [illegible] concessum n[illegible] exercitium, & ministerium; Unde indubitati juris est; E[illegible] m cui t f. [illegible] cium est potius commendatum quam traditum, non valere dominium quod eft [illegible] Regum, hypotecæ submittere, præcit[illegible] tis l. gibus omninò vetanti bus; sed perne[illegible] affirmandum est, subj ctum hypotecæ esse ipsum administrationem, sive utendi, & fruendi commoditatè, quæ ex administratione percipitur, sicut in ulufructuario d[illegible] mus, qui jus ulufructus transferre non potest, [illegible] commoditatem utendi, & fruendi ritè tra sfe[illegible], x doctrina *Bart. in l. si is, qui, § usi fructus, ff. de pignor.* nixa *in l. arboribus §. usufructuarius, ff. de usufr. & quem quis utatur.* Et quamvis Rex obligationi assentiat, non tamen aliquod præjudicium ejus juribus affert, quippe cum ass nsus ad id tantum referatur, quod est in potentia obligandi, sed absque assensu prohibitum obligari; jura assentientis non lædit, sed tantùm legem

14 pro-

14 prohibitivam de medio tollit, & quod eft in potentia obligandi, validè obligari permittit, ex traditis per *Andr.in cap.1.nu.11.de probibit. feud. alien.per Feder.Loffred.in §.nec Dominus col. 3. in fin.verf.fuprafcriptis tamen non obftantibus, eod. tit.Camer.in repet.ejufdem capituli,fol.43. lit.G.de Ponte de poteft.Proreg.tit.de refut.feud.§. 5. numer.3.*

15 Infert ex his *Montanùs de regalibus officiis, n.4* tamdiù in officiis hypotecam validè cum afsenfu contractam exiftere, quamdiù fubjectum, in quo verfatur in effe perdurare; unde extincta per obitum conceffionarii illa commoditate utendi, & fruendi ipfam hypothecam fund.tùs evanefcere: Adaugent argumentum fcripta per *Reg. de Ponte decif.28.num.1.& feq.* pari approbatione repetita per *Praf.l.de Amato conf. 10. num.6.& conf. 49. num.9* ubi ex regula legis, *l.vectigali, ff.de pignor. cap.1.§.rurfus, quib feud. amittatur*, authoritate *Bald.in proximo citato §.* firmant, quod facta refignatione in manibus Domini, omnia pignora medio tempore contracta extinguuntur, quàndoquidem, cum illud capiat Dominus, uti Dominus, non ex nova conventione, fed ex primordiali jure tituli refolutivo, & naturaliter officium attrahente, idipfum attrahit ab omni nexu pignoris, & obligationis folutum, ficut concedendo conftituit; Si ergo id operatur refignatio, fortius operabitur adminiftrationis finis, & refolutio per mortem conceffionarii, ob quam nulla hominis cooperatione concurrente, fed ex fui propria natura, officium, quafi jam munere functo, regreditur undè fluxit.

16 Sed dicent Adverfarii carentes affenfu, officia minifterii, ex notatis per *R.de Ponte dec.16.n.26.* effe vendibilia, ergo faciliùs abfq; afsenfu hypotecari permifsa: Addent hi qui forfan afsenfum habent officium de quo agitur, exerceri à Berardo tanquam nominato à quondam Anello de Ferrariis in vim privilegii ampliationis obtentæ à Catholica Majeftate, & fic non Regi devolutum, fed adhuc in fui forma confiftens fub pignore fubjacere; utriq;fubjungent, Berardum in hoc exercitio effe uti fucceſsorem Anelli cum qualitate hæreditaria, fic refonantibus verbis ejufdem privilegii ibi, *Ad vitam unius hæredis dicti Anelli de Ferrariis per ipfum verbo, teftamento, codicillo, aut alio quovis modo tàm ultimæ voluntatis, quam inter vivos, vel quacunque alia fcriptura publica, vel privata, femel aut pluries ad ipfius libitum nominandi, quandiù in ipfius officii regimine, & adminiftratione bene fideliter, & legaliter fe gefferit extendimus, & ampliamus:* Unde fi actionem hypotecariam non competere, & experiendi facultatem in rem prohiberi, in perfonam omninò debere permitti, & fic ad vendendum officium cogi, aliifque juris remediis à Doctoribus in contingentia fimilium caufarum excogitatis, compelli poffe.

17 At pro Berardo coniungendo jam fcripta cum infra dicendis, per facilis erit contrariorum confutatio, & primum quoad notata per *Reg.de Ponte decif.16.* obfervandum erit, aliud fi à fubditis alienabile: in Rege enim cum non detur ambitus, *l.1.ff.ad l.Juliam, de ambitu*, ficut nec in Pontifice fimonia, officia effe vendibilia, *Bart. Bal.Cyn.Caftr.Salic.Alber.caeteriq. Scribentes* affirmant in *l.Barbarius, ff. de offi. proconful.* & quamvis non prece, nec pretio, fed virtutibus comparari ratio civilis, & pofitiva expetat, id etiam exponente recto, fanctoq; regimine Chriftianæ Reipublicæ, verumtamen, quia in Principe anima legis introfpicitur, ejufque ex arbitrio pendet ejufdem legis conftitutio, & abrogatio, *l.Princeps. ff.de legib.* ipfius principis placita juris pofitivi præceptis quoad hoc prævalere, poft *Scribentes in d.l.Barbarius*, & poft *Afflict. Archid. Caffan; Matth:enf.D.Thomam, Cajeta.Navar.Sotum, & alios*, firmat *Garf. Maftrill. de magiftr. lib.1. capit.20.*

18 Sed in fubditis contrarium à Doctoribus arbitratum eft, ut fcilicet officiorum habentium jurifdictionem annexam, penitus venditio, & alienatio interdicta cenfeatur, ut tradiderunt *Bar. & DD.in d. leg. Barbarius* idem *Bart. Paul. & caeteri in l.hoc jure, ff de donat.Canonifta in cap.tuam de ætate, & qualitate, Guil.de Benedict. in cap. Raynutius, num.58.verf.duas habens filias, Andr. & Afflict.in cap.1.de feud. Guard.* idem *de Ponte dicta decif.16.num.26.* & poft *Azeved. conf.8. numer.10 Vafquez controverf.10.& alios*, firmat *Maftrill.eod.lib.1.cap.20.num.45.*

19 Et quamvis officia fimplicis minifterii fine jurifdictione effe à fubditis vendibilia, *de Ponte dicta decif.29.*& pariter præcitati *DD.*affirment, eft profectò eorum affeveratio intelligenda fecundùm expofitionem *Tellii Fernandez, Covarr.& Gomezii*, loquentis in fpecie in officio tabellionatus, vel fcriptoriæ, in locis fupracitatis, inhærentium, fe traditis à *Paulo de Caftro, & Iaf. in l. omnimodo,§.imputari, C.de in off. teftamento, in fin.eod.Jaf.in l.illud, C.de collat. & p. in l. in quartam, ff.ad l.falcid.*ut fcilicet vendibilia cenfeantur cum affenfu, & beneplacito Principis, facillimè distractioni fimilium officiorum annuentis, ob regulam quæ colligitur *ex l.3. §. permittitur, ff.de aqua quot.& æftiva*, firmata à *Raf. & Caftr. in l.continuus, § cum quis, ff. de verb. obligat. à Roman in l.2.de re judic.ab Alexandro in l. apud Julianum. § conftat.ff.de leg.1.*ut ea quæ confuetus eft Princeps concedere, inter poffibilia connumerentur.

20 Confirmantur prædicta fortiffimo argumento, quod defumitur *ex cap.fin.§.caeterum, de offic. & poteft.Iud.deleg.& ex l.inter artifices, ff. de folut.* ut quæ confiftunt in minifterio, non poffint per alium explicari, quam per eum, cui funt demandata, & injuncta, cùm induftria perfonæ electa cenfeatur, ex quo infertur, nedum feudalia jura intereffe voluntatis profpexiffe, & feudi commutationem de perfona in perfonã, etiam meliorem, abfque affenfu prohibuiffe, ex receptis per *Andr.in cap.1. § præterea fub num.7.de cap. Corradi. & in Conftit. Conftitut.divæ memoriæ, col. penult*, per *Camer. in cap.imperialem fol.4.*& per *Capyc. decif. 100.* fed etiam leges civiles, & Pontificiæ in officiis transferendis, & commutandis, cùm maximè eligenti, & concedenti interfit, exercentis perfonam effe ei cognitam, & gratam, vitæ moremque integritate probatam acceptique beneficii memorem, hinc regias ordinationes evulgari, nè officia adminiftrationi juftitiæ deputata vendi, vel per fubftitutum exerceri pofse apprimè interefse Regis, & Reipublicæ convenire vifum fuit, ut in *pragmatic.2.de Officialibus, & quæ tis, & in*

pra-

pragmatic. 2. de effic. judicum §. 12. quod, in officio Magistri actorum advertit *Reg.de Ponte decis.28.num.46.cum seq.* Præterea hoc officium esse de regalibus jam deduximus, tùm ex prærogativa jurisdictionis, quæ illud exornat; tùm ex reservatione ad collationem Regiam: Unde quicquid jus commune statuat, lex Regni omnem elidit controversiam, cùm ipsa cautum habeamus, nil ad regalia pertinens sivè magnum, sivè parvum vendi, alienari, atque diminui posse Principe abnuente.

21 Quoad secundum, verum est dicere, Berardum exercere hoc officium uti nominatum ab Anello de Ferraris, sed falsum asseverare, esse idem officium quo Anellus fungebatur, utque axiomatis declaratio clárius eluceat, liceat mihi ejus altiora principia summatim repetere: Diximus jam, officiorum dominia Regis ossibus inhærere, nec aliud in concessione censeri traditum quam exercitium, & ministerium, authoritate *Freccia, de Ponte, Rovit.de Georg.Lanarii, Montani, & aliorum*: hinc suaptè natura esse personalia, nec de subjecto in subjectum migrari, vel in hæredes trasmitti posse. Hæc enim naturalis qualitas adeò indelebilis, sive immutabilis reputatur, ut quamvis non gratuitu, sed pretio comparata essent, neque commutationem de persona in personam, vel transmissionem in hæredes pati possent, ex receptis per *Frecciam quæst 50.num.4.& qu.57.Reg.de Ponte decis.7.numer.34.& de potest. Proreg tit.de electione Officialium, §.1.num.7.* Imò etiam si à principio sui ortus, essent pro hæredibus concessa, non jure transmissionis, sed novæ concessionis hæredibus quæreretur, ex deductis per eundem *Frecciam dicta quæstione 50.num.4. per Mastrill. de Magistrat.lib.1.cap.28.num.21.& seq.per Consil.de Georgio in repetit.feud.cap.54.num.78.cæteresque Scribentes.*

Exemplo ususfructus; qui cum de sui natura sit extinguibilis cum persona hæredis non erit idem ususfructus, sed novus. *l.stipulatio ista § si quis ita.* & ibi *glos.in verb.probamus, ff.quib.mod.usufr.amittatur, Alexand.cons.23. volum.1.Bald.& Salic.in l.antiquitas; C.de usufruct.* & hoc ar-

22 gumento in propria materia nominationis usi fuere *de Georgio, & Mastrill.in loc. supracitato*, unde si officia exemplo ususfructus de sui natura sunt personalia, & à personis quorum industria electa est migrare nequeant, licet in vim facultatis nominandi sit alter vocatus censebitur vocatus non jure successionis ad idem, sed jure electionis ad novum, ut ex infra dicendis latius patebit: Adauget prædicta coæqualis Doctorum observatio in concessione officiorum annalium, quæ si non sint prorogata, sed expleto tempore administrationis eidem personæ concessa non censentur continuata, sed de novo concessa, ex theorica *Bart.& Pauli de Castr.in l.dies cautioni.ff.de dam.infect.* ejusdem *Bart.in l. 1. §.is qui & in l.meminisse. ff.de leg.3.* hinc Officialis denuò juramentum præstare,& iterum syndicatui subjacere debere, firmat *Natt.cons.57.* post *Bal.in l.observare.§ proficisci, q.19.ff.de offic.Procons.* si ergò in una eademque persona, non officii continuatio, sed iterata censetur concessio, à fortiori mutata persona, novum officium existimabitur; unde si in persona Berardi novum erit officium, etiam invitis dentibus adversarii fatere coguntur, officium Anelli fuisse per ejus obitum resolutum, & hypothecas super illo contractas, pariter extinctas.

Quo verò ad tertiam objectionem fundatam in qualitate hæreditaria, distinguenda sunt causarum principia, & juxtà naturam uniuscujusque rei, accipienda majorum tradita, quæ in contrariis confutandis per conclusiones tractanda duxi, ut clarius è sinu veritatis procedat præsentis causæ justitia.

23 Prima ergo sit conclusio, quoties nullum jus residet in persona facientis, sed omnis potestas, & authoritas pendet à persona committentis, actum, formam atque substantiam recipere ex authoritate committentis, atque mandantis, *l. 2. §.omnia, C.de veteri jure enucleando*, ubi Imperator sua reputat, quæ ejus authoritate per alios geri contingerit, probat *Andr.in cap.1.num 5. de pace juram firm.& in cap. 1. num. 4. qual. vassal. jure deb.fidelit.Dec.in l.more majorum, num. 28. ff.de jurisdict.omn.jud.Menoch. de arbitr. jud.lib.2. cent.2.casu.200.num.7.Reg.de Ponte de potest. Proreg.tit.de assens.Reg §.3.nu.6.*

24 Secunda sit conclusio, quoties ab eo qui sua nititur potestate committitur actus electionis, electionem tribui committenti non eligenti, ad hoc communiter affertur *tex.in l. unum ex familia, ff. de leg.2.& in § si de falcidia, ejusdem legis, & tex. in l.Lucius 90.§ fin.ff.eod.tit.* ubi *Papin.& Scevola* responderunt, electum ab hærede gravato non capere ex testamento eligentis, sed ejus qui jussit eligi, item *text.in l. pater ex Provincia, ff. de manumiss.vind.* ubi *Paulus Iurisconf.* censuit, solam servorum electionem filiu concessam, cæterum ipsum patrem manumisisse, item *text.in l.ex facto.§.si quis rogatus, il secondo, ff. ad Trebell. & text. in l. cum pater, § hæreditatem, il primo ff.de leg.2.* ubi electionem ab altero commissam per deportationem non amitti *Papin.& Ulpian.* censuere, cum non recipiat denominationem ab eligente, sed à committente, item *text.in l.item eorum, §.si decuriones, ff quod cujusque univers. nom.* ubi actus electionis non dum viris sed gentibus; sed decurionibus mandantibus tribuitur, & quamvis *Ripa in dicto § si quis rogatus & Rovit. cons.106 volum.2.* existimaverint, jura prædicta alloqui in electione personæ incertæ quoad speciem, sed certæ quoad certum genus personarum, putà ex testatoris familia; secus autem autument in electione personæ incertæ de incertis; non tamen omninò tuta est eorum distinctio, quippè contra urget *text. in dicto §. si decuriones*, ubi dum viris electionem incertæ de incertis fuisse simpliciter injunctam legimus, & nihilominus actus decurionibus non dum viris tribuitur: Urget communis opinio jura prædicta indistinctè intelligens in electione incertarum personarum, quoad certum genus, & quoad speciem, ut colligitur ex *Bart.& Imol.in d.l.unum ex familia, §.si de falcidia, Dec.cons.250.vol.2.& cons.543. num.8.& seq. Cravet.cons.122. num.3. & cons.144. num.3.Curt. junior cons.322.num.20. Gozadin. cons.60. nu. Rimundd.cons.84. num.12. cum seq. volum.1.Surdus consil.164.num.8. volum 2.& decis.292. nu.9.Menoch.de arbitr. judic. dicto casu 200. lib.2. cent.2. Molin.de Hispan.primogen.lib.2.cap.4. num.5.alisque nonnullis.*

25 Tertia sit conclusio superiorem confirmans, alteru de tribus modis dignosci electionem non pro-

prio

ptio,sed alieno nomine fieri ex theorica *Barr. in l. 2.§ 1.ff.de optione leg.t.* *si nominatio dumtaxat injuncta sit,l. utrum §.1. ff. de reb. dub. Innocent. in cap. ne pro defuncto in a. glos. de elect.* Secundò si verba rescripti,virtutem,& efficaciam electionis eidem rescripto tribuerent, putà si dicerent , teneat authoritate præsentis rescripti, tunc actus tribueretur rescribenti non eligenti , *ut instit. in proem.* ibi *authoritate nostra leges componerent*, & faciunt jura *in cap. 1.de cleric.ægrotant in 6.& clement.t. de Jupplend. neglig. Prælato.* Tertiò , si ex verbis ambiguis non eligendi facultatem universaliter, sed particulariter,& semel commissam esse colligatur,tunc non jus eligendi , sed factum electionis censetur injunctum,ut concludit *Bart.in dicta lege* , quæ omnia ad causam convenire infra patebit.

26 Quarta sit conclusio,potestatem conferendi,sivè promovendi ad officia non esse , nisi in Principe, tùm ex juris communis dictamine , tùm speciali hujus Regni,officia,signanter Magistri Actorum Sac.Consil. collationi Regiæ reservante ex desuper adnotatis , ideòque concessa facultate nominandi nominantem nudum esse Regis exequutorem,sivè ministrum , & nominatum censeri promotum ad officium ab ipso Rege , ministerio tamen nominantis, quasi ex aquæ ductu ducente aquam munificentiæ Principis,ubi propendit; hanc conclusionem ex juribus in superioribus conclusionibus adductis probant *Frecc.de sub feud. quæst. 35.num.7.& quæst.53. Reg.de Ponte conf.109. volum.2.de Georg.in repet.feud. cap. 54. Reg.Valenz. conf.155.num.22.& sequent. Montan. de regalibus offic. num. . . . Mastrill. de magistr. lib. 1. cap.28. num.30.vers.non obstant contraria* , & suffragatur potissima ratione,quippè aliud esse nominare,aliud eligere,ipsa verbi significatio demonstrat,& notat *Bald.in l.si adscribatur , C.de appellat.* , electioni enim inest virtus generans, & producens effectus congruentes propriæ causæ , sed nominationi nequaquam,cum solam vocem præseferat,& nihil ultra;unde commissa nominatione absurdum esset affirmare nominantem eligere , sed verius actum electionis jam conceptum in intellectu Principis abstractum à subjecto , per nominationem complere,& per vocis organum subjectum declarare, & sic nominatum censeri electum à Principe,ut in puncto observat *Guttier. in dicta l.si adscribatur*, eòque fortiùs in nominatione de qua agitur , cum in ea copulativè confluant requisita in tertia conclusione memorata , scilicet simplex nominatio particularis actus nominationis , & verba privilegii ampliationis,virtutem electionis eidem privilegio tribuentia, & sic conveniunt scripta per *Reg. de Ponte de potestate Proreg.tit. de provis. fieri solitis,§.1.num.7.& seq.*& latiùs *dicto conf.*109. facultatem scilicet nominandi , continere ministerium nudi facti,meritò actum denominationem recipere à concedente, non autem à nominante cùm sit quid separatum,& distinctum ipsum officium,à facultate nominandi,& hic juvat subnectere.

27 Quintam conclusionem , ut veris existentibus, traditis per *Ripam in di?.§.si quis rogatus*, eligentem,scilicet incertum de incertis exibere ministerium juris,& facti,cum suo utatur voluntatis arbitrio,, valeat [illegible] non eligere , vel quem velit eligere;sunt hæc [illegible] liger da in rebus , quæ de ipsorum natura rite subjicerpossunt eligentis dominio quod aliud non est,quam jus perfectè disponendi, juxtà communes definitiones , at in officio cujus jus,sivè dominium , officium Principis inseparabiliter inhæret,ex supra adductis,distinctio *Ripa* , est prorsus inapplicabilis;unde parcat mihi *Rovitus* si què in propriis terminis , ut Regii Fisci Patronus subsistinuit *in d.conf.*109. à veritate declinare, dicere non pertimescam,& ex his infero ad.

28 Sextam conclusionem , ut non data successione in officio,sed potius nova electione ex benignitate,& munificentia Principis,nullus in eo considerari possit titulus hæreditarius , hanc conclusionem totis viribus,juribus , & rationibus comprobat *Reg.de Ponte dicto conf.* 109. *volum. 2.* doctissimus *Præs. Cacacius in conf.* 105. impresso inter *cons.Roviti volum.2. Reg Valenz. conf.*115. *Ægid. Bossius in suo tract.crimin. tit. de Principe, num.* 308. *Ant. de Gamma decis. Lusit.* ubi sic refert per illum insignem Senatum decisum idem *Reg. Rovit.cons.*43.*eod.volum.*tuendo causam Jo.Dominici de Julis Regii Scribæ mandatorum , unde cùm *in consil.*104. *ac* 106. contrarium defendat, materiam flagitandi legem Titiam facilè præbet hinc non desumere affirmantes, nominatum ab omnibus per defunctum super officio specificè impositis,omninò solutum esse,ut probat idem *Dom. Cacacius* loco proximè citato,*Jacob. Ant. de Mari. alleg.75.nu.3.& 4.Consil. de Georgio in repet. feud. cap.54.num.8.& Frecc.de subfeud.lib.2.quæst.44. num.4.* idq; evidenti ratione fulcitur , quippè officium in finibus nudi exercitii , & ministerii contineri,ipsumque ministerium in labore, opera, industriavè exercentis versari in principio memoravimus,ex ipsa industria, labore, & opera pervenire directus,& emolumenta palàm est imò habentur ac si pretio empta essent , cum labor , & industria aliquando pretium in jure nuncupetur,*l.cum duobus,§.si in coeundo,ff.pro socio* , *l.1. §. prioro, ff.si mensor falsum modum dixerit*: unde si hæc omnia per obitum administrantis resolvuntur , nil hæreditarii considerari potest in persona nominati, cum directus , & emolumenta non illi perveniant ex aliquo corpore hæreditario,sed ex propria opera,proprio labore,& industria, & quamvis in privilegio sit verbum *hæres* adjectum,non debet, nec potest referri ad substantiam , sivè jus successionis nominantis , sed ad ministerium officii ex providentia Regis,ut advertit *Freccia quæst.* 44. *nu.* 4. *& Corn.conf.*11.*volum.*2.& quoties hæres non venit titulo hæreditario, sed ex providentia legis,vel Principis, non tenetur ad onera hæreditatia , ut *Scribentes* omnes affirmant , & in specie probat *Anna in repetis.rubr.de vassall. decrep.ætat. num,* 236.post *Crav.consil.volum.*1.

29 Septima sit conclusio, quòd quamvis in materia feudali clausula *pro se,& hæredibus* juxta receptiorem sententiam efficiat feudum hæreditarium , in vim cujus, facta defuncti nequit hæres impugnare,*ut per text.in l.cum à matre C.de rei vindic.*docet *Andrea cap.1.§ & olim num.7. de success.feud. in cap.1.sub num.8.qui success. teneant. & in cap.1.an agnatus*ibique cæteri, *Scribentes* & sic oportet geminas in hærede concurrere qualitates, nempè sanguinis,& hæreditariæ, ut post *Andr.* & alios firmat *Peregrin. de fideicommiss. art.* 32. hoc peculiari ratione locum sibi in feudo vindicare, ipsamque rationem omninò abhorrere à natura, & qualitate officii ; in feudo enim cum non admitta-

tur

tur transmissio, nisi ad successores sanguinis, clausula *pro se, & hæredibus*; non debet coarctari ad illam jam naturaliter insitam, & à jure subintellectam, sed ne reddatur inanis, & supervacua operari debet in successore sanguinis qualitatem hæreditariam; ut declarat *Andr. in cap. 1. sub nu. 8. qui success. ten.* sed in officio, contraria militat ratio; si quidem, & si amplietur pro uno hærede, nulla adest ratio necessaria producendi qualitatem hæreditariam, cum non sit restricta ampliatio ad successorem sanguinis, sed ad quemlibet nominandum, etiam extraneum non hæredem; unde hoc verbum, *hæres*, tanquam amplum, & genericum referri debet ad quoscumque successores, *l. hæredis appellatione, ff. de verb. signific.* & pro quacunque persona habili ad regimen officii, potius accipiendum est, ex traditis per *Anna alleg. 32.*, ulterius quia feudum venit in petitione hæreditatis, ex notatis per *glos. in l. item veniunt, §. fin. ff. de petit. hæredit. & per Andr. in d. cap. 1. §. & etiam, de success. feud.* oportet, ut successor illud habeat, ut hæres, ut idem *Andr.* affirmat, non sic in officio, quod cum vita resolubile, & ad hæredes non transitorium, non remanet, in hæreditate defuncti, & sic non quæritur nominato ut quid hæreditarium, sed ut quid novum Principis benignitate concessum, meritò *Mastrill. eod. lib. 1. c. 28. num. 30. ver. non obstant contraria*, ponderando hoc juris discrimen inter feudum, & officium, inquit, *Officia non sunt ad hæredes transmissibilia, feuda verò de sui natura ad hæredes transmittuntur, imò debent venire cum qualitate hæreditaria, ad tex. in cap. 1. an agnatus, ubi Andr. & omnes. quod non est in officiis, aut dignitatibus; quæ omnia morte extinguuntur.*

30 Octava sit conclusio, quod quamvis in materia ususfructus authoritates hinc inde pugnent, majoresque dissentiant, an jure hæreditario successori perveniat, sanior ac validior sententia pro successore fuit, ut scilicet novus ei quæratur ususfructus, ab ejus persona incipiens absque qualitate hæreditaria, ac deinde non esse opus in inventario rerum defuncti illum describere, hanc sententiam tuetur *Bald. in l. unica, num. 27. vers. secundo quæro, C. ut act. ab hærede, & contra hæred. incipiant; per text. in dicta l. stipulatio ista, §. si qui. ita, ff. de verb. oblig.* optimè *Paul. Castrens. in l. continuus, sub num. 3. ff. de verb. obligat. Andr. Alciat. in l. 14. §. cato, num. 5. ff. eodem titul.* ibique *Angel. Corn. cons. 154. volum. 1.* & latius *Paris. consil. 56. num. 24. volum. 3.* ubi de communi testatur, & si contrariæ sententiæ vires exquirimus negari non potest, quamplurimis authoritatibus fulciri, quas recenset *Phanuc. de invent. par. 6. num. 48. 49. & seq.* sed fatendum est Peculiari rationi inhærere quæ sive vera, sive falsa, longè distat à nostris terminis nominationis in officio; dixit enim *Phanuc.* quod licèt ususfructus in persona hæredis sit novus, quia illi provenit mediante stipulatione, & contractu defuncti; pro se, & hæredibus stipulantis: non potest nisi jure hæreditario provenire; insuper consideravi, altero de duobus modis posse formari jus hæreditarium, uno per trasmissionem, altero per stipulationem nomine hæreditatis, unde & si per modum trasmissionis, repugnaret naturæ ususfructus qualitas hæreditaria, tamen per stipulationem repugnare non, cum per contractum nomine hæreditario proveniat; hanc inquam, rationem sive veram, sive fallam, ut dixi applicari propriis terminis est inconveniens, quippè affirmare officia quæri per transmissionem absurdum, per stipulationem, absurdius, cùm nominatus non habeat causam à nominante, sed à Rege, nec illud quærat ex stipulatione defuncti, sed ex beneplacito Regis, cui per organum vocis nominantis, nominatum eligi placuit, ut in puncto hanc differentiam observat *Regens de Ponte dicto consil. 109. num. 10. & sequentis*, insuper ex theorica *Bart. in l. Gallus. §. etsi parente, ff. de liber. & posthum.* aliud est si verbum *hæres* proferatur à recipiente per stipulationem, aliud si à concedente; nam si à recipiente profertur, venit hæres cum qualitate hæreditaria, eum quilibet censeatur stipulari pro se, & hæredibus; ac quando profertur à concedente exploranda est mens ipsius concedentis, explorando itaque mentem Principis cogimur affirmare; hoc verbum in privilegio, de quo agimus adjectum, nullatenus posse operari, qualitatem hæreditariam, pro cujus declaratione subsequitur.

31 Nona conclusio, in codicillis hæreditatem non posse nec dari, nec adimi, vulg. *l. 2. C. de codicill. cum similib.* & in actu inter vivos, uti semen nequitiæ jura, vel radicitus extirpasse, vel negligeret præcavisse, *l. qui hæredem, l. neminem, ff. de acquir. hæred. l. siquidem vivis, C. solut. matr. l. 1. ff. de hæred. vel act. vend. l. necnon, C. de capt. & postlum. revers. cum similibus*, undè cum Princeps in privilegia ampliationis concessisset facultatem nominandi unum hæredem, tam in testamento, quam in codicillo, tàm in actu inter vivos, quam ultimæ voluntatis, indubitati juris est, non prospexisse qualitati hæreditariæ, ut ex dictis júribus probat *Reg. de Ponte d. cons. 109 num.* 4. & si termini anticipatæ successionis ad instar refutationis feudalium huic conclusioni obiicerentur, respondere cogor ineptam esse applicationem siquidem ideò feudalium refutatio interpretatur successionis præventio, & sapit actum ultimæ voluntatis, quia certus est successor ab investitura vocatus, & immediate feudum capiens, ex vulgata doctrina *Andr. in c. 1 §. & si libellum, de alien. feudi paterni*, sed in officio, licet successor sit certus, quoad oculum intellectus ex concessione Principis est tamen incertus quoad oculum sensus, ànte nominationem; item in successione feudi semper est idem feudum, cum detur in illo transmissio, & per consequens successionis præventio, sed in successione officii, non est idem officium in successore, sed novum, & sic non potest vocari successio, sed electio cujus explicatione concessa in actu inter vivos, omnis qualitas hæreditaria in electo, sive nominato respuitur.

32 Decima sit conclusio, quod quamvis pretium erogatum in emptionem militiæ imputari debere in legitimam filii portionem; *Justinianus* sanxit *in l. omnimodo, §. imputari, ff de inoff. testam.* disposit atque in militus val dè trahi posse in officiis quamplurimi sensissent, ut per *Revit. d. Cons. 106. num. 6.* ac inde in officiis qualitas hæreditaria argui debeat, cùm legitima nonnisi jure hæreditario per filium nascantur, hoc tamen ex ejusdem *Justiniani* placitis *in d. §. imputari*, locum obtinere in militia vendibili, vel ad hæredes transmissibili, ut *Bald.* cæteriq; *Scribentes* communiter

affir-

affirmant, quos recenfet *Reg. de Ponte* allegata *dec* 28. *num.* 58. *& feq.* at in illa militia, in qua induftria militantis eft electa, per cujus obitum refolvitur, ac per venditionem transferri, omninò eft prohibitum, nec facilè affentiri à Rege contingit communis omnium traditio fuit, terminos imputationis non militare, ut poft *Bal. Alberic. Salic. Cyn. Fulg. Butric. in d. §. imputari, & in l. fin. C. de pign.* firmàt idem *de Ponte d. dec.* 28. *in num. proximè citata*; hoc autem officium Magiftri Actorum S.C. non effe ad hæredes tranfmiffibile, nec vendibile, fupra notatum eft, nec de facili affenfum fuper venditione, vel obligatione ipfius poffe impetrari; experientia docuit, quandoquidem quoties creba efflagitatione extitit deprecatus, toties tàm fupremo Italiæ, quàm Collaterali Confilio denegari conveniens vifum fuit, tefte *eod. Rege de Ponte dict. decif. num.* 62. hinc inolevit praxis veris juris regulis nixa, ut quando Officialis officium transferri in alium defiderat, illud refignat in manibus Regis ad finem, ut ex conceffione Regis perfonæ contemplatæ perveniat; cùm non alio titulo, quam Regiæ conceffionis poffit ab aliquo exerceri, ut teftatur *idem de Ponte d. dec. num.* 1. *&* 11. 17. *&* 21. infuper fi applicatio terminorum imputationis concederetur, erit dumtaxat admittenda in officiis, quæ per ftipulationem, ac mediante contractu patris filio quæruntur, ut *in d. §. imputari*, ut in officiis, quæ ex mera conceffione Regis proveniunt, talis applicatio videtur omninò impropria, ut in præcedenti 8. conclufione probavimus.

34 Et tandem fit pro coronide undecima, & finalis conclufio, ut dato univerfali hærede, perfonalem actionem ex fui natura, non fingularem, fed univerfalem hæredem, tàm activè, quàm paffivè profequi, *l. fin. C. de hared. act. l. quoties, C. de hared. inftit. cum fimilib.* unde etiam fi concederemus, citra veri præjudicium, Berardum exercere hoc officium ut fucceflorem Anelli cum qualitate hæreditaria quia hæres univerfalis repræfentans perfonam defuncti, eft Hofpitale Divæ Mariæ Pacis; certum eft, Berardum uti hæredem in re certa hæreditariis actionibus conveniri non poffe, & licèt hæres in feudalibus teneatur cum hærede in burgenfaticis contribuere creditoribus hæreditariis pro rata bonorum feudalium, ex vulgata *dec. Capyc.* 198. hoc fanè, quia feudum eft quid univerfale *Andr. in d. cap.* 1. *quid fit inveftitura*, & ficut quamvis poteft habere duos univerfales hæredes, alterum in patrimonio Caftrenfe, alterum in paganico, ut pariter alterum in feudo, alterum in allodio, ex doctrina *Bal. in auth. ceffante, C. de leg. hared.* quam latius exornat *Praf. de Franch. dec.* 1. *num.* 40. *& feq.* non fic in officio, quod ut quid fingulare non poteft, nifi fingulari, & particulari titulo fucceflorem devenire.

35 Patet ergo ex his, jura Berardi Speræ è fonte juftitiæ, & veritatis procedere, utramque obligationem in rem, & in perfonam corruere, realem abfque affenfu nunquam fuper officio conftitutam, & cum affenfu per obitum Anelli illicò refolutam, perfonalem haud transfufam in nominatum à Rege dumtaxat caufam habentem, nil hæreditarii poffidentem, & emolumenta ex proprio labore, propriaque induftria percipientem DD. contrarium fentientes parum ftabiles, & ex varietate fenfuum nil fidei eorum dictis præftitiffe; Quandoquidem *Rovit.* qui uti Fifci Patronus, ficq; officii neceffitate cogentè qualitatem hæreditariam, *in conf.* 102. & 106. contra nominatum fubftinuit *in conf.* 43. fponte nominatum adverfus hanc qualitatem defendidit, *Freccia* qui *in qu.* 53. perfunctoriè eandem qualitatem docuit, *in qu.* 44. obfervantius contrarium animadvertit, *Card. Parif.* qui *in conf.* 141. *vol.* 4. nominationem in beneficio non Apoftolicam exiftimari poffe, fed Cardinalis nominantis, confuluit, *in conf.* 56. ufumfructum pro fe, & hæredibus a defuncto adftipulatum, in perfonam fucceſforis novum abfq; hæreditaria qualitate enixè certavit: *decifiones Reverter.* impreffas *poft Rovit.* non obftare, tanquam innixas, juribus à præfenti caufa prorfus alienis, *D. Reg. Carolum de Tapia Marchionem Belmontis in Conftit. officia qua perfonis*, in neutram partem inclinare, fed vires utriufque ponderando articulum requirere decifionem arbitratum effe, & fic authoritates, quæ adverfo allegari poffunt, ut inaplicabiles, vel ancipites, levis ponderis effe, è contra, jura Berardi preftantiffimis fuffragari authoritatibus, evidentiffimis rationibus, ac pariter rerum judicatarùm exemplis fiquidem Senatum Lufitaniæ pro hac parte refpondiffe teftatur *Gammia* Reg. Cam, hanc eandem foviffe, patet *ex decif. Reverterii* impreffa poft *Valenz* allegato *conf.* 155. & nuper in caufa Conftantiæ Crifpæ cum creditoribus Jo: Baptiftæ ejus patris, pro Conftantia, in exclufionem creditorum referente D. Regente Zufia S.C. fententiam; deprompfiffe adhuc memoria Judicantium retinetur adverfaretur enim Regiæ voluntati, nobis traditæ per regales litteras impreffas *in diverf. Camilli de Curte par.* 1. *cap.* 14. *num.* 100., fi per indirectum cohærcendo perfonam vulneraretur officium, rebus venalibus non commiftum, & nexus obligationis impatiens; Hæc occurrunt.

Julius Caracciolus.

Decifio prodiit contra allegata per doctiffimum D. Confulentem ut legitur apud D. Confiliarium Staiban. in fine hujus refolutionis n. 78.

ANIMADVERSIO

Ad refolutionem 49.

SUMMARIUM.

1 *Laudemium an fit præftandum ex divifione, feu fubftentatione emphyteufis facta inter comprehenfor in inveftitura.*

2 Io: Baptifta Palumbus *Advocatus magni nominis commemoratur.*

3 *Emphyteufis, an poffit dividi irrequifito Domino.*

4 *Alienatio rei fideic. fubjecta non cenfetur prohibita*

hibita inter comprehensos in fideicom.

5 *Assensus Episcopi non requiritur in alienatione juris patronatus facta compatrono.*

6 *Affertur determinatio Collateralis Consilii.*

6 *Laudemium ideò non debetur inter comprehensos in investitura. ex quo acquiritur res emphiteutica, ex veteri, sed non ex nova concessione.*

8 *Et quid in emphyteusis Ecclesiastica facta pro haeredibus, & successoribus.*

Exquiritur per D. Consiliarium Staibanum in hac sua resolutione, an laudemium debeatur directo Domino ex donatione emphyteusis facta reservato usufructu, tum inspecto jure communi, quem consuetudinario hujus Civitatis; Sed magis nova, & praeclara mihi videtur quaestio si laudemium praestandum veniat ex divisione, seu sub concessione emphyteusis facta inter fratres comprehensos in investitura. Et cum articulus iste emersisset disputandus in supremo Collaterali

1 Consilio in causa inter Monasterium S. Gaudiosi cum U.J.D. Andrea Palumbo placuit hic Typis mandare brevissimam consultationem editam Italo idiomate per D.Jo:Battistam Palumbo Advocatum sui temporis magni nominis, ad hoc ut ex

2 celeberrimorum Juris Consultorum monumentis posteritati consulatur,

A' 23 di Gennaro 1646. Il Monasterio di S.Gaudioso hà dimandato condennarsi il Dott. Andrea Palumbo a pagarli il laudemio di una subconcessione in emphyteusim fattali dal Dottor Gio:Battista Palumbo suo Fratello, & emphiteuta di detto Venerabil Monasterio in annui docati 11. 2. 10. del primo censo, che perciò per detta subconcessione si dice doverli il laudemio per li annui docati 120. quali paga detto Andrea a detto Gio: Battista per la metà, & sua portione subconceduta, & per U S. fù fatto decreto *solvat alias providebitur, fol. 1.*

Comparse detto Andrea, e disse due cose. Prima che detta causa ha bisogno di cognitione, e di termine, giache si tratta di laudemio, e non dicenso, e come ordinaria deve remettersi in consiglia *fol. 8.*

Secondo, che per giustizia non è tenuto pagare laudemio, mentre non è alianazione, & è emphiteuta compreso nel investitura esso Andrea coerede d'Ambrosio figlio di Battista primo emphiteuta, *ut fol. 7. & 9* che perciò non essendoci concessione nova fatta à due emphiteuti, ma essendosi fatta al detto quondam Battista Avo da Santo Gaudiolo, aggiudicandoli, o concedendosi la parte d'uno delli coheredi all'altro compreso nell'investitura prima fatta à detto Battista, suoi haeredi, e successori, *ut dicto fol. 6.* per ragione non vi bisogna nuovo consenso del primo diretto padrone, giàche sapeva tutti due l'eredi del primo emphyteota, ne s'aliena in extraneo, & non deberi laudemium fundatur exinfradicendis

3 *Primo ex mente Ripae in l. qui Romae §. duo fratres num. 86. ff. de verb. oblig. impugnantis, Jas. in l. fin. num. 14. Cod. de jur. emph., ubi dicit Jas posse haeredes dividere irrequisita Domina, tamen, si res adjudicetur uni ex haeredibus id non posse fieri, ad quam opinionem impugnativè respondendo, dicit Ripa in emphyteusi nova pluribus concessa esse majus dubium, quia Dominus voluit nunnum, sed plures emphyteutas, sed in haeredibus, inter quos habet locum jus accrescendi tunquam comprehensos in investitura cessare omne dubium, sicut in refutatione feudi in successurum, & dicit Ripa esse de mente Bart. in § duo fratres, nec cessare hoc casu ratione à Bart. adductas, & refellit Jas. ex qua nihil adducit, & idem Ripa in dict. loca citat. num. 87. quinqua mediis reprobat opinionem Jas. v3.*

4 *Primum ex l. voluntat C. de fideicom.* quia alienatio non censetur prohibita in comprehensum in fideicommisso. Secundum quia actio *personalis durat in coemphiteutn. Tertium ratio quia cessat quia posset esse quod alienetur in emphiteutam, quem voluit Dominus directus, dùm est haeredibus, quae non consideratur à l. fin. Quartum quia dona-*

5 *tio facta compatrono, non requirit consensum Episcopi, quod aliàs requireretur, cap. illud de jur. patron Quintum quia vassallus prohibitus alienare, rectè in agnatum alienat, fundat hoc Casu contra Gnid. decis 48. non deberi laudemium, quia laudemium non debetur in comprehensis in prima investitura, sed tantum à novis emphiteutis secundum gloss. in l. sia. in verb. accipere. C. de jur. emph. & sic, dum non tenetur novam investituram accipere, per consequens, nec laudemium solvere, quia pro nova investitura debetur;* ità consuluisse dicit *Joann. de Anania cons. 90. Incipit quia dubium istud, quod dicit verum esse Ripa in emphiteusi antiqua, secut in pluribus concessa, & nos sumus in antiqua averna dicti quondam Baptista hoc ipsum confirmat Corbol. in tract. de jur. emph. in tit. de causa privationis ob alienationem factam irrequisito Domino licuit. 6.,* qui communem dicit hanc esse opinionem, *& Amed. de Pont. in tract. de laudemia quaest. 25. sub nu. 5. dicens eadem ratione in emphiteusi antiqua, & paterna, & in qua habet locum jus accrescendi, & in nova emphiteutn duobus fratribus concessa dicit Amed. esse dubium in paterna autem nullum allegat inconveniens ex supradictis, ut ex communi concludit non deberi laudemium, & ità determinatio speratur ab Illustre Marchione in hoc articulo, licet parvi momenti, tàm exemplari, ac continente tractum successivum in omni divisione inter descendentes modo quo supra facienda. Alia suppleat Dominatio sua.*

Jo:Baptista Palumbus,

Die 16. Februarii 1646.

Per Dominum Regentem Capycium Intra Delegatum fuit Domi provisum quod fiat appretium, & procedatur coram Delegato.

Sub die 28. Maii 1646.

6 *Facta verbo in Collaterali Consilio fuit dictum, bene provisum sub die 16.*

Sub die 14. Februarii 1647.

Facta iterum verbo in eodem Collaterali Consilio loco reclamationis. Bene reclamatum, & proinde S.R.C. procedat, & justitiam faciat.

Ad ornatum conclusionis firmatae per D. Palumbum animadvertere oportet de ratione, cur non debeatur laudemium, ubi alienatur res emphyteutica inter comprehensos in investitura, & ra-

tio est illa, quod comprehensus non acquirit ex nunc ex nova investitura, sed ex tunc, & sic ex veteri concessione, & proindè cessare videntur omnes illæ rationes, per quas emphyteutæ est interdicta alienatio, ut benè perpendit *Antonius Niger in suo absoluto tractatu de laudemio, quæst. 12. art. 1. à num. 1. & 8.; cum reliquis seqq. tom. 1. qui num. 43.* quærit quomodo dignosci possit quem esse comprehensurum in successione, & concludit esse inspicienda verba investituræ, si facta fuerit *cum clausula pro Hæredibus, & Successoribus, quibuscumq; vel pro se, & Hæredibus suis utriusque sexus, ex eo legitimè descendentibus.*

Difficultas subelsè poterat in casu D. Palumbi, quia Emphyteusis erat Ecclesiæ, cujus emphyteusis naturæ est, ut non transeat ad Hæredes extra-
8 neos, nō obstante stipulatione *pro se Hæredibus, & Successoribus*, ex traditis per *Andreolum controv. 378. num. 1. & per Cardinalem de Luca disc. 32. nu. 5. & per Reverterium decis. 382.* ubi plenè *Regens de Marinis in observationibus num. 5. & 6.* & quod talis emphyteusis non sit transitoria ad etraneos dixit idem *Card. de Luca de emphy. diss. 28. num. 2. diss. 30. num. 11. diss. 31. num. 2. diss. 35. n. 3.* Hanc opinionem communem profitetur *Borrell. in sum. decis. tit. 33. de emphyt. num. 15. 16., & 17. tom. 1.* ubi limitatur quando dictum esset expresè *pro quibuscumque Hæredibus, & Successoribus*; vel cum debitis sollemnitatibus facta, concessione essent comprehensi hæredes extranei.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 58.

SUMMARIUM.

1 *Responsum de jure editum per* Auctorem *pro D. Eleonora Spinola typis subiicitur.*
2 *Facti series proponitur.*
3 *Fideicommissum, an sit regulare, vel irregulare; vulgò saltuarium, examinatur.*
4 *Majoratus in successione quatuor sunt consideranda.*
5 *Linea Primogeniti quandiù durat, non fit transitus ad aliam lineam, quia semper præferendi sunt illi, qui sunt in linea primogenitorum. 2.*
6 *Linea quomodo incipiat.*
7 *Linea masculina incipit a masculis, desinit in feminis.*
8 *Et quid quando est extinta ratio agnationis conservandæ.*
9 *Neptis ex masculo includitur sub linea masculina, & refertur casus decisus per Cameram Imperialem.*
10 *Linea propriè acceptà, an intelligatur contentiva, vel effectiva; examinatur in proposita specie, nu. 11. 12. 13. & 14.*
15 Reg. Cons. Franciscus de Andrea *debitis condecoratur encomiis.*
16 *Fœmina an veniant appellatione lineæ masculorum, quando lineæ masculinæ defectus non fuit appositus favore agnationis.*
17 *Agnationis conservandæ ratio, an resultet ex clausula exclusionis fœminarum, donec adessent masculi.*
18 *Fideicommissum esse Agnatitium non potest argui, quando adest expressa vocatio fœminarum.*
19 *Familia non conservatur per fideicommissum saltuarium, sed per primogenituram linealem, quæ trahit originem a jure divino.*
20 Consiliarii Francisci de Andrea *verba afferuntur ad probandam superius traditam assertionem.*
21 *Fœminæ ex masculis censentur vocatæ in defectum lineæ masculinæ in fideicommisso saltuario, quando in aliquo capite substitutionis fuerunt vocati, tam masculi, quam fœminæ ex linea utriusque sexus cum verba non possint referri, nisi ad fœminas ex masculis.*
22 *Et quid quando non fuit facta expressio de nepotibus, vel neptibus ex masculo.*
23 *Et quid quando fœmina ex masculo, est proximior ultimo possessori.*
24 *Majoratus possessor plus juris habere censetur quam ille qui non possidet. n. 25. n. 26. & 28.*
27 Reg. D. Gaetanus Argento *Præses S.R.C. commemoratur.*
29 *Primogeniti vocatio an differat a vocatione majoris natu.*
30 *Majoratus quoties fuit ingressus lineam majoris natu de linea primogeniti, non erit amplius consideranda illa qualitas majoris natu inter transversales alterius lineæ.*
31 *Majoratus Italiæ, an differant ab illis Hispaniæ.*
32 *Conditio* si sine filiis, *quæ resultat ex dispositione* textus in l. cum Avus, *an procedat in fideicommissis irregularibus; in quibus fuit vocatus major natu, & fideicommissum fuit ingressus illius lineam.*
33 *Et an dispositio procedat favore transversalium in linea Collaterali.*
34 *Conjecturæ pietatis suadentes dispositionem dictæ legis assignantur nu. 35., & nu. 36*
37 *Conditio* si sine liberis, *quæ resultat, ex* Textu cum Avus, *procedit etiam in terminis statuti, quod verba testamenti intelligantur; prout jacent absque ulla interpretatione.*
38 *Possessio potest apprehendi propria authoritate quando fideicommissum fuit celebratum in contractu.*
39 *Possessio non est capienda a manu hæredis, quando fideicommissarius est hæres ex testamento ultimi possessoris, & maxime quando existit in possessione n. 40.*
41 Remedium legis finalis, *an habeat locum, quando fideicomissarius prætendit habere consimilem titulum vocationis ex eodem testamento, vel contractu n.*
42 *Remedium possessorium, an competat hæredibus, quando agitur de usufructu non transmissibili ad hæredes.*
43 *Fideicommissarius, ut dicatur legitimus contradictor, quæ requirantur.*
44 *Usufructus transit ad hæredes, quando fuit deductus in stipulationem cum clausula* pro hæredibus.
45 *Libellus quomodo sit concipiendus in interdicto manutentionis in possessione usufructus.*

CUm in hac resolutione *Dominus meus Consiliarius Staib.* satis superque ratiocinetur de fideicommissis,

missis, & majoratibus institutis pro conservatione bonorum in familia, sive in agnatione, consentaneum mihi visum fuit hic Typis vulgare juris responsum per me editum pro D. Eleonora Spinola Nobili Januensi, contra Eminentissimum D. Carolum Marino, quorum contentio in eo versatur, an majoratus institutus per quondam Jo: Baptistam Spinola sit linealis, & regularis, vel potius irregularis, vulgo *fideicommisso saltuario*. Quod responsum fuit elaboratum occasione geminatorum Collegiorum habitorum in ædibus nostris eum præstantissimis caularum Patroni U.J. DD. Iosepho Sparano, D. Antonio Mangioc ca, D. Nicolao de Afflicto, & quondam Nicolao Latronico causæ relatore nuper vita functo.

TENOR CONSULTATIONIS.

Jo: Baptista donans institutor Majoratus

Jo: Augustinus donatarius, & hæres — Orietta nupta N. de Marinis.

Jo: Antonius Primogenitus

Hieronymus ultimus ex linea masculina

Jo: Antonius possessor fideicommissi, qui obiit anno 1715. — Goffredus obiit anno 1683.

Eleonora nupta Stephano de Mari, quondam Excellentissimi — Em. Carolus de Marinis.

CUm certum sit in facto Jo: Baptistam Spinolam in majoratu illo istituito in contractu donationis de anno 1599. in beneficium Io: Augustini Sipnolæ sui Nepotis ex Io: Antonio fratre, contem-
2 plasse in primis gradibus primogenitos masculos ipsius Io: Augustini, & successivè vocasse ad successionem majoratus filios, & descendentes ex linea masculina ex corpore prædicti Ioannis Augustini majoris natu, donèc masculi adessent, Non ambigitur fuisse donantem loquutum de linea masculina incohanda à filiis Io: Augustini, qui cum procreaverit Hieronymum primogenitum, à quo orta fuit Elionora unica filia primogenita; non erit ambigendum, quod ipsa Elionora legitimè postulaverit in S. Cons. esse manutenendam in possessione bonorum majoratus instituti, ob mortem dicti Hieronymi sui patris ultimi possessoris, & repellendum esse Eminentissimum Cardinalem D. Carolum Marini contendentem esse admittendum ad successionem dicti Majoratus ob solam prærogativam majoris ætatis, quam trahere intendit ob descendentiam à quondam Orietta Spinola ejus Avia, quæ fuit filia Ioannis Augustini.

3 Quæstio igitùr versatur, an istud fideicommissum sit lineale, & regulare, vel potiùs irregulare, vulgo *fideicommissum saltuarium*, ut Adversarii in non minùs doctis, quam laciniosis allegationibus acerrimè contendunt.

4 Non est qui nesciat, quod in Majoratuum, seù primogeniorum successione quatuor gradatim consideranda sunt. Primo linea, secundo gradus, tertio sexus, quarto ætas, Gradus enim sunt in linea, & lineæ ex gradibus causantur, dùm linea est velùt scala, in qua sunt diversi gradus; Quare qui sunt ex una linea primogeniorum, præferendi sunt omnibus, qui sunt ex linea secundogenitorum, qui semper excluduntur quando superest aliquis ex linea primogenitorum, nec fit transitus ad aliam lineam, donèc, & quousq; omnes deficiant justà *textum in cap. 1. de natura success. feud.* (ibi) *ad soles, & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit*, & in alio loco subdit. *Sed omnibus ex hac linea deficientibus omnes aliæ æqualitèr vocantur*, & ità communitèr voluerunt DD., intèr quos sufficit ex Regnicolis allegare *Mattheum de Afflicta super d. cap. 1. num. 77.*, & ex exteris *Jacobum Cujac. in tract. de feud. tit. 1. vers. Ego neque parentes col. penult. lib. 1. & tit. 2. circa finem, vers. nàm concurrente, & lib. 4. tit. 59.*

5 Quibus inspectis principiis cum semper veniat consideranda linea, & sempèr præferendi sunt illi, qui sunt in linea primogenitorum, & in specie in qua nos versamur habemus, quod donans fuit loquutus de linea incohanda à filiis Io: Augustini, pernecesse fatendum erit fuisse loquutum de linea Io: Antonii filii primogeniti Io: Augustini, dum in dicta linea includi, & comprehendi non poterat Io: Augustinus donatarius, & hæres institutus, dum linea incipere debet ab ejus filiis, & hæredibus ex celebri theorica *Paul. de Castro C. de Procuratoribus*,
6 ubi *Jas.* & alii *Cardin. Paris. cons. 54. num. 2. lib. 3. Riminal. cons. 117. nùm. 67. lib. 2.*, *Ruinus cons. 40. num. 2. cons. 152. col. 4. lib. 3. Cephal. cons. 430. num. 28. lib. 3. Peregrin. de fideicom art. 22. num. 24. vers. non tamen, Fontanell. decis 34. num. 12. Mansus consult. 204. num. 25. lib. 3., Rocc. disp at. jur. cap. 26. nu. 17. tom. 1. Riminald. in cons. 412. num. 80. tom. 4. & in cons. 371. num. 77. 78. & 79. lib. 4.* satis clarius affirmat lineam à primo vocato constitui à filio, tamen sed eam à patre incipere, quod explicavit in superius *citato cons. 117. num. 27. 28. lib. 2.*

7 Igitur non deficit linea masculina Heronymi ob existentiam Elionoræ neptis ex masculo, dùm omnibus est in comperto, quod linea masculina incipiat à masculis, & destinat in fœmina ultimi masculi, & proindè Elionora ex proprietate verborum tanquàm neptis ex filio masculo dicitur esse in linea masculina, & de linea descendente ex Io: Antonio *l. duodecim tabularum vers. hujusmodi ita leges*

ges C.de legitim.hared. (ibi) omnes legitimas personas, ideft per virilem sexum descendentes, sive masculini, sive fœminini generis sint l.1.§. non tantum ff. de Carbon. Edicto sub illis verbis. Non tantum masculi, sed etiam fœminæ ex virili sexu descendentes accedit Ant. Faber. de errorib. pragmat.decad.28.errore 10. à num. 13. ubi apertissimis verbis firmat Neptem ex filio masculo Titii esse de linea, & in linea masculinæ Titii avi, firmiter adhæret Castill.controv.lib.5.cap.91. num.84.in fine, ubi subdit. Ego autem in omnibus amplector Antonii Fabri observationes,ac resolutiones in hoc artic.præcit.decad.28.error.10.per totam accedit Cephal.cons. 413.num.18.Beroni cons.77.num.19.lib.2. Menoch. cons.379.à num.26.Peregrin. in cons.50. nu.1.tom. 3. & ita judicatum testatur decis.4. Altogr.ad.cons. 96.num.27.vol.2.Palma Junior allegat. 93. Carrill. decis.Rota 266.nu.11. Fusar. de substitut. qu.346. num.37.plenè Terre de Majoratib. par.2. qu. 6. à num.6.

8 Quod maximopere præscribit sibi locum quando non fuit habita ratio contemplationis agnationis, vel extincta est ratio agnationis conservandæ, prout in præsenti specie extinctam esse demonstrabimus, quia neptis ex filio semper venit, cum extincta est ratio agnationis conservandæ per doctrinam Pinelli ad l.3.C.de bonis maternis, Menoch. cons.625 num.3. Giovagnon. resp.7. num.35. lib.1. Mathæac.de fideicomm. cap.11. num.5. ubi testatur de communi opinione cum aliis cumulat's per Palmam Juniorem allegat. 93. num. 30. accedit ex exteris Forsterius de successione lib.3. cap.22. num. 9.& Alvarad.de conjectur.mente defuncti lib.2.cap. 3.§.4.num.26.

9 Et ne propriis terminis authoritate rei judicatæ carere videamus, sic decisum fuit de anno 1640.in Supremo Aulico Imperiali Senatu, atque Consilio pro Excellentissima D. Anna Carafa Hostiliani Principissa, & Ducissa Medinæ de las Torres, & Sablonetæ super contentione exorta super exercitio pacti reluendi feudum Sabionetæ adversus Principem Bozzuli, siquidem cum ageretur, an per existentiam neptis ex masculo descendentem dicta Principissa diceretur non defecisse lineam masculinam; & per consequens non esse locum exercitio pacti reluendi, fuit per Supremum Aulicum Senatum decisa quæstio pro nepte ex masculo, (his verbis) declarat casum reluitionis pro dicto Domino Actore non dum evenisse, & ideo præfatam dominam ream ab instituta actione absolvendam, & in possessione dicti Ducatus manutenendam esse, prout patet ex tenore Imperialis sententiæ quam refert Francisc.Consal. in suis observat. ad Pereg. de fideicom.art.26 fol.mihi 135.,qui à num.138.inservit juris responsa in eadem causa edita à sublimioribus hujus Neapolitanæ Civitatis Advocatis, & præsertim à D. Consiliario Carolo Brancatio Seniore, in quibus firmatur, & decisum demonstratur, quod sub lineæ masculinæ appellatione includitur neptis ex masculo, quia est sub linea masculina, ut plenius idem Consal.fol.134.vers. cæterum.

10 Non adversatur si obiiciatur quod linea possit intelligi de contentiva, quoniam ibi de respondetur quod linea recepta propriè, & in sua germana significatione intelligitur effectiva, quam quisque efficit cum liberorum procreatione Mart. in summ. succeg.p.2.qu.1.artic.3.nu.2.Menoch.de præsumpt. lib.4 præsumpt.88.num.11.Reg.Valenz. cons.97.nu. 6.Castill.controvers. lib.5. cap. 93. num.32., & 34. Maref.consul.204.num.2.lib.3.

11 Nec unquam Jo:Baptista intellexit de linea contentiva, sed solum de linea effectiva, quam quisque consecuturus per generationem erat, ut clarè colligitur ex illis verbis: Et successivè in futurum alii, & descendentes Masculi ex hac masculina ex corpore prædicti Jo: Augustini ex legitimis matrimoniis unus post alium semper prior major natu supervivens masculus donec sint masculi Deo dante ex linea masculina,

Et postea subdit & in defectu, quod absit lineæ masculinæ, & in defectum, vel post mortem fœminarum sint usufructuariæ descendentes tam masculi, quam fœminæ utriusque sexus ex linea utriusque sexus dicti Io: Augustini unus post alium, vel una post aliam.

12 Si enim verbis illis, & in defectu lineæ masculinæ comprehendisset lineam contentivam una tantum fuisset constituta linea, & per consequens nullo modo possent verificari dicta verba, quæ supponunt duas lineas constitutas, atque producetas.

13 Quod manifestè fit ex illis verbis in primo substitutionis gradu adjectis donec sint masculi ex linea masculina, quæ verba nedum important, ut duret exclusio fœminarum, donec extent masculi, sed sane sunt intelligenda de linea, sed recta, & effectiva facienda per Jo: Antonium primogenitum masculum, non autem de effectiva, quæ posset transversales continere, ut ex verbis Rimiuald. in cons.741. num. 21. & 22. comprobat Castill. controv.lib.5.cap.93.num.26.

14 Sed si concedere velimus illud, quod nunc negamus, esse habendam rationem aliquam de linea contentiva Io:Augustini sæpius à testatore inculcata etiam in vocatione fœminarum, semper hoc intelligendum credimus finita, & evacuata totaliter masculorum linea, quæ primo loco vocata fuit, & nulla superextstente filia ultimi possessoris, quandoquidem ista super existente semper præferenda foret filiabus fœminis, etiam natu majoribus, & contentivè disponentis proximioribus, non obstante expressi ne illa majoritatis ætatis, cujus qualitas intelligenda erit demonstrativè, extincta linea masculorum, qui primo loco vocati sunt, cum regulariter linea ultima possessoris, & illam qui ab ea producti sunt semper prælationem obtineant in majoratuum successione ex plenissimè traditis, & explicatis per D.Castill. contr.forens. lib.5. cap.92. num.54.qui nu. 60. in fine admittit firmatam conclusionem, etiam in casu, in quo in defectu masculorum descendentium filia institutoris fuisset expressè vocata, cum verbis prædilectionem denotantibus, quia adhuc magis dilectæ censentur filiæ fœminæ descendentes ex filia institutoris accedit Gabriel.cons.90.à num.19.ad 27. & cons.95. num. 25.lib.1.Spada cons.313. num.4. vol. 3. Quod satis

15 clarius comprobavit doctissimus, & consultissimus Franciscus de Andrea scribens pro majoratu lineali in causa majoratus Dominorum de Grimaldis, ut constat ex consultationibus etrusco idiomate impressis apud Torres de Majoratibus Italicap.39.§.9.cap.8.nu.61. versic. chi perciò ubi quod verba illa ex linea masculina, quæ leguntur etiam in nostra proposita specie intelligenda sunt juxta dispositionem Juris, ita quod linea effectiva prima semper preferenda veniat cæteris secundo vocatis.

Cum

Cum satis, superque fuerit demonstratum Elionoram esse in linea & de linea masculina descendente ex Jo:Antonio, facilius erit demonstrare esse comprehensam in majoratu instituto in beneficium masculorum quond. Jo:Augustini, tam si inspiciatur primum sustitutionis caput, quam si respiciantur cætera Capita.

Si inspiciatur primum substitutionis Caput, non erit ambigendum, quod fœminæ fuerunt compræhensæ, & quod veniant appellatione lineæ masculinæ, quoties à Testatore non fuerit habita ratio agnationis, vel lineæ masculinæ de-
16 fectus non fuerit appositus favore agnationis; siquidem fœminarum exclusio intelligi debet donec ad essent masculi, ex illa linea masculina quorum favore fuerunt exclusæ fœminę, ut clarè desumitur ex illis verbis *donec sint masculi*. Cũ verò masculi non existant, non obstat illa exclusio, quin sub appellatione lineę masculinæ non comprehendantur, ut in puncto tradit *Menoch. consil.369. Castill. to.5. controvers. part.2. num.48. versic. imo ex castrense*; siquidem exclusio fuit temporalis per Clausulam illam *donec, vel quandiù*. & ideò durabat exclusio quousque masculi extabant, non autem, illis defectis, ex plenè traditis per *Torre de majoratib. cap.23. §.17. num.175. lib.1.*

Quod non fuerit habita ratio agnationis, clarius habetur ex illismet verbis *donec adessent masculi* ex quibus verbis videtur disponentem con-
17 sideraſſe sexum masculinitatis ad exclusionem fœminarum *quandiu masculi superessent*, ut supra demonstravimus, & benè demonstrat *Marta de success. legal. part.1. qu.1. artic.4. num.10. Fusar. de substit. qu.346. à num. 19. cum seqq.* cum repugnet, ut fideicommissum sit agnatitium, quando adest expressa vocatio fœminarum *Mantica de conject. lib.6. tit.15. num.9. de Petrit de interpret. ul-
18 tim. vol. fol.293. num.71. Menoch. de presumpt. lib.4. præsump.69. nu.10. Fusar. qu.480. num.30. Castill. lib.2. cap.4. Hodiern. cap.11. controv. nu.37. Reg. Capyc. lat. dec.128. lib. 2.* & proindè dum disponens mandavit, ut finita linea masculina succederent fœminæ descendentes ex masculis non censentur exclusæ à priori substitutione, quia substitutio non est facta pro conservandis bonis in agnatione ex traditis per *Fusar. de substit. qu.246. nu.40.* accedit *Censal. ad Peregr. de fideicommis. fol. mihi 136. vers. cæterum in fine addictio ad Molinam de primogeniis ad lib.1. cap.6. de primogeniis ad lib.1. cap.6 à num.39. & 40.*

19 Nec familia conservari potest per saltuariam successionem, sed benè per linealem, & primogenituram; quæ fuit introducta de jurę Divino, dum regulatur secundum ordinem naturæ, secundum jus gentium, & secundum approbationem juris civilis, quę jura non præscribunt sibi locum in successione per saltum ad favorem seniorum per quos familia nequaquam conservatur, nec conservari potest, ut arguit Vir ille admirandi ingenii *D. Franciscus de Andrea* in sæpiùs citata illa causa de Grimaldis apud *Torres tom.1. de majoratib. cap.39. §.9. cap.6. num.41. vers. e se bene questa raggione* qui per acuta jacula contorsit in D. Mansi suum Adversarium, & demonstravit, adeò verum esse, quod per saltuariam successionem non conservantur bona in familiam, quod in omnibus majoratibus in Europa institutis, in quibus fuit assignata, & habita expressa ratio conservationis bonorum in familia nusquam
20 ullus testator dixit velle fieri successionem per saltum ibi: *Poiche di quanti maggiorati si fian fatti in tutta l'Europa, ne' quali si sia espressamente havuta raggione della Conservatione della famiglia non si allegò pur uno nel quale il testatore si sia dichiarato voler, che la successione si faccia per saltum. ed all'incontro se, ne trovano migliaja, che si sia ordinato, che si succeda secondo l'ordine lineale.*

Si inspiciatur secundum substitutionis caput non erit pariter ambigendum, Elionoram esse compræhensam sub illis verbis sub quibus vocantur filiæ fœminæ Jo:Augustini, quæ intelligi debent etiam de Nepotibus descendentibus à Jo:Antonio, à quo incipit linea juxtà superius tradita.

Si inspiciatur tertium caput, in quo tota vis adversariorum consistit; nec pariter in dubium, verti potest Elionoram non esse compræhensam, siquidem in defectum lineæ masculinæ, & post mortem fœminarum qu. Jo: Augustini vocantur descendentes tam masculi, quàm fœminæ in perpetuum ex linea utriusque sexus dicti Jo. Augustini semper major natu vivens, aut sit masculus, aut sit fœmina. Cõforme da quelle parole. *Et in defectu quod absit linea masculina, & in defectu, vel post mortem fœminarum dicti Jo: Augustini, ut supra sint usufructuarii descendentes in perpetuum, tam masculis, quam fœmina ex linea utriusque sexus dicti Jo: Augustini ex corporibus, unus post alium, semper prius major natu vivens, aut si masculus, aut sit fœmina.*

Verba igitur, ista ex *linea utriusque sexus* referenda sunt ad fœminas ex masculis cum nihil impediat, quod post defectum lineæ masculinæ compræhendantur fœminæ ortæ ex masculis descendentibus à Jo:Antonio, qui fuit filius primogenitus Jo:Augustini à quo descendit Elionora.

22 Quibus non adversatur, quod posuerit in conditione filias quondam Jo: Augustini, & vocaverit quoque tam masculos. quam fœminas utriusque sexus ab eodem descendentes nulla facta expressione de Nepotibus; vel Neptibus ex Jo: Antonio masculo. Siquidem semper quod Jo: Ant. linea erit attendenda, ut solidè fuit demonstratum, non videmus cùr obiici possit non fuisse compræhensam neptem ex masculo, quæ est in linea, & de linea, & quæ compræhensa foret etiam in speciæ substitutionis, in qua deficientibus masculis essent vocatæ filiæ testatoris juxta *Consilium Pauli de Castro 198. vol.2.* qui quamvis scripsisset pro filiabus testatoris contra Neptes, in sua facti specie, tamen non potuit negare, quod Nepotes ex masculo compræhendebantur, quamvis opinatus fuisset, quod deberet attendi proximitas testatoris, & non hæredis gravati circa quod dumtaxat ejus opinio fuit communiter reprobata juxtà receptiorem sententiam, quæ etiam in judicando invaluit apud *Spadam in cons.313. vol.3. Castill. controv. cap.92. à num. 58 & in fin. tom.5.* comprobant Castrensis sententiam, quoad inclusionem Neptis *Soccin. Senior. cons.49. num.9. vol.1. Spada in superius cit. cons. Palma junior in allegat. 93. à num.19.*

At nos non versamur cum filiabus testatoris venientibus contra neptes, nec quæstio est inter masculum agnatum de linea recta Jo:Antonii, in
23 cujus lineam impressus fuit majoratus, & Eminen-

nentissimum D. Carolum de Marinis cognatum descendentem ex Orietta filia quondam Jo:Augustini, qui præferri non potest Elionoræ, quæ est proximior ultimo possessori tanquam ejusdem filia & respectu Jo:Augustini, quando ejus linea attendenda foret, (quod negatur), est in æquali gradu eum Cardinali cum ipse sit pronepos, & ipsa Elionora proneptis, unde tanquam habens duplicem conjunctionem præferenda erit juxtà *cons. Ruini* 191.*num.*14.*vol.*2.

Quibus accedit, quod erit præferenda quoque Elionora tanquam existens in possessione majoratus, nam eo ipso, quod vocatus est possessor
24 pluris juris habere censetur quam ille, qui non possidet, ita quod in dubio pro possessore erit pronunciandum juxta cumulata Doctorum authoritates, & decisiones in causa majoratus de Grimaldis apud *Jo:Torres var. jur. quæst. tit.* 1. *decis.* 11.*n.*90.*&* 91.*tom.*1.*de Majoratib.& Primogen.*

Hactenus demonstravimus Elionoram esse compræhensam in majoratu, tanquam compræhensam in linea Jo:Antonii; nunc superest demonstrare nullum adesse, nec considerari posse fideicommissum per saltum in proposita facti specie, ne sequantur tot absurda contra politicam gubernationem contra voluntatem testatoris, & contra jura naturalia, civilia, & gentium.

25 Primum absurdum contra politicam gubernationem, certe sequeretur, si filia agnata, in cujus linea bona majoratus jam reperiuntur esset illis spolianda ab extraneis, & remotioribus cognatis de aliena familia, quod satis inhumanum videretur, nedum contra politicam gubernationem, sed contra familiæ decorem: contra omnemque rationem, contra omnem usum, & contra omnes regulas juridices, ut rectè monet *Cardinalis de Luca in Supplem. tom.*16.*par* 3.*discurs.* 235. *nu.*6. *in Romana impressione, & in Lugdunens. eod. discur.*235.*sub tit. de fideicomm.* sub illis verbis: *Hisque sic stantibus advertebam nullam subesse probabilem rationem, seu verisimilitudinem cur ibi defectis tribus præfatis antecedentibus gradibus, adeout transitus fieret ad istum cognatitium, deberent contra omnem rationem, omnemque usum, quinimò contra regulas judicatas, tolli bona ex illa linea, in qua jam ingressa sunt illaque transferri in lineam æque femininam, & cognatitiam, quæ tractu temporis remoti, quod in hujusmodi dispositionibus consideratur, affici potuit extraneà, quinimò incerta ita de depauperanda filias, vel nepotes ex filiabus ejus, qui fuis possessor bonorum, atque in nobili, & diviti statu eas educavit, & quæ magis de agnatione participant, quinimò, quoad ipsas filias primi gradus sunt veri agnata defectis masculis, succedentes etiam in fideicommissis, & primogeniturie agnatitiis.*

26 Quod satis inhumanum esset, patet ex verbis illis *Fusarii, & Consiliarii de Rosa consult.*2.*n.*23. *etenim satis in humanum esset filios, & descendentes iis facultatibus privari, in quibus nati, & educati sunt, & ex earum translatione in alios, qui in divitiis nutriti sunt, repentinè pauperes fieri, hocque cum, & familiarum decori, & politici gubernationi contrarium esse videtur*, quæ verba tamquam elegantissima describuntur, & extolluntur per *D. de Andrea in superius citata consultatione* edita pro dominis Grimaldis *in cit.* §.9. *cap.*7.*n.*46. & per *Rotæ Iannensis* decisionem novissimè impressam apud *Torres var. jur. qq. de majoratibus, & primogenii: tit.*1.*decis.*11. *num.*32.*in fine tom.*1.

27 Rationem hujus absurdi contra rationem naturalem agnovit doctissimus ille nostri temporis Jurisconsultus D. Gaetanus Argento, & nunc amplissimus S.R.C. Præses dum Advocati magni nominis munere fungebatur, qui tunc scribens in celebri illa causa successionis Majoratus inter D. Horatium, & D. Thomam Carasa, ita etrusco idiomate ratiocinatur *cap.*2.*ver. ma come in fin. E che le disposizioni de' Testatori Italiani debbano giudicarsi majorati proprii e regolari, quali sono ordinariamente le primogeniture d'Italia: per li quali è preferito il più prossimo, e trà più prossimi il primogenito, e non primogeniture vere, e proprie, come sono quelle di Spagna, e molto meno majorati irregolari, e saltuarii, ne' quali non s'abbia à riguardare, se non alla maggioranza dell'età per l'assurdi, & inconvenienti, che portan con loro sicome quelli, in virtù de' quali haverebben da ammettersi anco i remotissimi in grado, per la qualità dell'età, esclusi i più prossimi contra la presunzione della legge si privarebbero i figli dell'eredità paterna contro la ragion naturale, delle genti, e civile, e per l'altra irregularità considerate da Torre d. cap.*24. *a dal Card. de Luca de fideicomm. disc.*1. *Mans. consult.*95.*n.*11.*consult.*97.*n.*11.*, & consult.*202.*n.*27.

28 Secundum absurdum sequeretur contra receptissimas, & vulgatissimas regulas, quibus cavetur, quod proximior in gradu semper præferatur, & præcedat remotiorem ad *Text. in l. consanguinitatis C. de legit. hered. & in* §. *sed si plures institut. de agnata succeff.* & contra *textum feudalem in cap.*1. *de natur. success. fe ud.* quo cautum est, ut donec extet unus masculus, vel una fœmina de una linea non fit transitus ad aliam lineam, & cum non possit in dubium revocari, quod ad instar feudorum regulentur majoratus, & primogenituræ, ut cum infinito DD. calculo habetur apud *Fusar. de substitution. qu.*475. *num.*31. *&* 32. *&* *qu.*390.*num.*11.*vers. quando Cancer par.*3, *variar. resolut.* à *num.*292.*ad num.*294.*Reg. de Marin. lib.*2. *suar. resol. cap.*69.*num.*8.

29 Quibus solidissimis principiis non adversatur illud, quod ab adversariis objicitur, quod maximum consideratur discrimen inter vocationem primogeniti, & vocationem majoris natu, nam certissimum est nullam constitui differentiam inter unam, & alteram vocationem in proposita nostra specie, in qua jam maioratus est ingressus lineam Jo:Antonii, & Hieronymi à quibus descendit Elionora, & sic dum agitur de succedendo per lineam rectam de patre in filium verbum *majoris natu* non differt à verbo *primogenitus* ex firmatis apud *Torre de majoratibus in cap.*39 §.3.*nu.*14. *&* 85.*&* 113.*cum seqq. qu.*1. & in secundum absurdum *cap.*41.§.8. *num.*9. *fol.*773. & fuit firmatum in celebri causa Nobilium de Coccapanis impressa penes *Mansum consult.* 97. *num.*11. & magis in terminis fuit decisum per *Rotam apud Torres de Majoratibus tom.*3.*decis.*20. à *nu.* 144. *cum seqq.* ubi fuit prelatus major natu superstes de sua linea, non obstante, quod in illa facti specie concurrebant illa verba, quod post mortem ultimi possessoris *semper succedat major natu superstes*, ut loquitur *n.*144.*vers. sed quid* comprobat *Eminentissimus de Luca de fideicommissis di-*

sc.

disc.1.n.15.in fine ubi subdit esse tabulosum prætendere fideicommissum saltuarium post lineam ingressum. Audiantur brevissima verba Authoris *fabulæ species hodie videtur pretendere hujusmodi fideicommissum saltuarium cum avocatione bonorum ab ea linea jam durante, & preexistente, in qua ea ingressa sunt*.

30 His accedit, quod quoties majoratus fuit ingressus personam majoris natu de linea primogeniti non erit in consideratione major ętas inter transversales alterius lineę, cum qualitas majoris natu verè, & naturaliter verificari possit inter filios, & descendentes ex linea primogeniti jam incepta ex firmatis in superius citata decisione illa, quæ fuit edita in celebri causa successionis Dominorum de Grimaldis, quæ reperitur recentissimè impressa apud *Jo:Torres tom.1.variar. jur. quæst. de Majoratib.& primogeniis tit.1.decis.11.à n.74. cum seqq & in num.74.* adducitur authoritas *Reg. Villani in responso* apud *Camet in extravag. si aliquem num.28.* ubi habetur, quod quando aliquid defertur primogenito, aut majori natu illius majoritas ætatis consideratur inter existentes in eodem gradu non autem, quod major natu, qui est in ulteriori gradu præferatur majori natu existenti in proximiori gradu, *& à num. 133. & ad numer.135.* eandem comprobat sententiam validissimis argumentis.

31 Cum igitur ex his, quæ modo exposita sunt constet nullum considerari discrimen inter majoratum, & primogenituram eliminanda venit illa distinctio, quæ communiter assignari solet inter Majoratus Italiæ, & Hispaniæ, quemadmodum in aliis fact contingentiis etiam non concurrentibus hujus causæ circumstantiis, eliminandam putavit *Cardinalis de Luca de fideicommissis disc. 1.nu.5. & 18* & in suo eruditissimo discursu edito pro Dominis Grimaldis Typis impresso apud *Rev.de Luca de linea legali lib.2.artic.82. num.7. vers.itaque* ubi fatetur vocabulum Primogenituræ, majoratus, & majoris natu haberi pro synonimis, & promiscuè esse accipienda nulla adhibita distinctione inter maioratus Italiæ cum illis Hispaniæ(.b) *& per consequens non videtur quo fonte, quave origine prodierit dicta distinctio inter primogenituras, & majoratus Italię cum id manifestè fabulę speciem habeat atque ex consueta aliqua consulentium simplicitate absque aliquo fundamento prodierit,* quod iterum inculcat *num.8.in fine, & num.16. Dictaque distinctio majoratuum Italię ut sint diversi à primogeniturus ejusdem Italiæ, & à majoratibus Hispanię non videtur cui legi, vel consuetudini, aut rationum fundamento innixa sit, cum vera, fabulosa, & chimerica, sive inepta videatur.*

forum solutionem pœnæ dupli, quæ ad taxandum interesse, & loco illius solet apponi *l. fin ff. de prat. stipul §. fin. instit. de verb. oblig.* & pœna dicitur usura, seu interesse *l. dicta ff. si cert. pet. l. qui sine ff. de neg. gest.* & ibi *Bart.* facit *test. in l. cum all gas C. de us. l. non solum la 2. ff. de lib. leg. l. penam. ff. de usu* facit quod dixit *Bart. in l. si insulam num. 6. & 7. de verb. oblig.* & dicit *Jas. in d. l. lecta n...* quod validum est argumentum de pœna ad usuram, & licet pœna conventionalis adjecta solutioni quantitatis si certo termino non solvatur, quia censetur apposita in fraudem usurarum non possit exigi, ut per *Abb.* & alios communiter *in cap. dilecti de arb. & Doctr. in l. unica* ubi *Rebuff. num. 270.* alios recensset *C. de sent. qua pro eo, & quod. int. Joann. Andr. in add. ad specul. in tit. de usuris. Rayn. & Jacob But. in d. l. cum allegas*, nihilominus exigitur usque ad quantitatem interesse passi facit *test. in l. Julianus §. idem Papinianus, ff. de act. empt. d. l. cum allegat. l. penam, & l. pecunia eod. tit. ff. de us.* & usque ad illam quantitatem, & legitimum modum usurarum tenet promissio pœnæ, & stipulatio *gl. in d. l. cum allegas, & in d. §. Papinianus*, & sic servat Sac. Cons. *Affl. decis.* 135. & ratio est, quia quando pœna est apposita ad taxandum, vel limitandum interesse si minus, vel nihil intercst exigitur tantum, prout interest *Socc. cons. 252. col. pen. vol. 2.* & omnes hoc communiter concludunt *Alex. post Ioan. de Lig. & Ioan. de Zanch. cons. 51. vol. 4.* & ibi *add. cons. 510.* cum aliis relatis per *Burs. cons. 21. num. 14. & cons. 53. num. 12. Thes. decis. 79.* & hæc pœna debetur jure actionis, & obligationis, & immediate ex consensu partium non sic interesse debitum propter moram, quod officio Judicis debetur optime *Bero. cons. 200. num. 19. & ob id vers. in d. decis. Afflict.* dicit; quod pro hac pœna quatenus cum interesse concurrit potior pro sorte, potior pro usuris per *l. Lucius ff. qui pot. in pig. hab.*

21 Et sic concludo, quod ex eisdem verbis sine aliqua extinctione, vel interpretatione prout sonant hoc interesse venit in eadem obligatione, & jure actionis, ut in ea expresse promissum, & ideò nulla cadit dubitatio, quin in assensu compræhendatur. Reliqua suppleat Religio Dominorum Judicum.

Hortentius Pettius de Venere.

Duo principaliter apponunt Creditores Andreæ, & Jo: Baptistæ de Ebulo contra Monasterium Donnæ Reginæ, & Regina Cæli ex personis D. Aloisiæ, & D. Vittoriæ, nec non D. Lucretiæ Mariæ, & D. Hieronimæ de Ebulo.

22 Primo, quod assensus obtentus super reservatione sibi facta per Andream disponendi, si licet de due. viginti mille super omnibus bonis refutatis validus reputatur, respectu quantitatis disponende super qua concessus fuit non autem respectu modi, dispositio facienda erat, & personarum quibus quantitas reservata distribui debebat adnotata per *D. Presidentem de Franchis decis.* 153. *num.* 28. quem refert, & sequitur; *Regens Rovitus in pram. 1. de fide memorialium num. 46.*

Secundo quod, si assensus prædictus validus esset respectu capitalis, inefficax tamen reputabitur respectu interesse, ex his quæ tradit idem *D. Prases de Franchis decis.* 118.

At Neutrum horum obstat.

Non primum, quod assensus non sit concessus respectu modi, & personarum.

Primo quoniam assensus super dispositione facienda per Andream non continent clausulam sub se salvo alio assensu respectu personarum, quemadmodum in simili cōcludunt *Camer. in leg. Imperialem pag. 45. at. in fine in magnis vers. & ultimo; Frecc. de subfeudis lib. 2. in limitatione ad constitutionem divæ memoriæ lim. 26. vers. vel data, esset à Rege potestas, & D. Regens de Ponte de potestate Proregis in tit. de assensu Regio §. 2. num. 35.* qui disputando articulum an in actu traditionis quando feudatarius inducitur in possessionem feudi requiratur novus assensus, concludit concessa potestate simplici alicui alienandi feudum, sine clausula (*reservato regio assensu*) in actu traditionis non requiri novum assensum; quemadmodum requiritur; si in potestate alienandi fuisset addita clausula (*salvo assensu*) omniàque sigillatim removens.

Secundo quoniam potestas per Andream sibi reservata ita cantat.

Con potestà ancora reservata à detto Signore Andrea espressamente di poter disponere, & testare, tam inter vivos, quam in ultima voluntate *sopra tutti detti beni, & effetti di docati sei mila, verum à convenuto, che in caso detto matrimonio si venisse à dissolvere senza figli, in tal caso possa detto Signore Andrea testare, & disponere*, tam in vita, quam in mortis articulo, *fino alla somma de' docati ventimila inclusi però in essi detti docati sei mila à chi, è come vorrà detto Signor Andrea à suo arbitrio, & volontà senza contraditione, & eccettione alcuna fol. 30. lit. B. in proc. Ducis Feroliti.*

Includitur ergo manifestissimè sub dispositionis reservatione potestas disponendi in omnes, & quascunque personas ibi *à chi* & modus sive titulus melius sibi visus, ibi, *& come verrà à sua arbitrio, & volontà* ergò, assensus sub reservatione obtentus compræhendit omnes personas, & omnem disponendi modum, ac titulum, consequenter si assensus est concessus etiam respectu modi, & personarum frustra adversarius contendit assensum non adesse.

Tertio quoniam assensus petitus, & concessus fuit omnibus capitulis in refutatione contentis, & quilibet ipsorum ac omnibus promissionibus, reservationibus, declarationibus, & quantitatibus, in ipsis contentis specificatis appositis, & expressis, justa

justa formam continentiam, & tenorem ipsorum ac etiam omnibus prædictis, quæ in executionem, & observantiam dictorum capitolorum fient promittentur, & exequentur, ut supra Ita enim petitur *fol.39.in eod.processu*, ita etiam concedit: *fol. eodem à tergo.*

23 Quod si dispositio ducat. viginti mille per Andream faciendam vallata erat assensu, & hoc non dubitatur, si assensus petitur, & conceditur: etiam super iis, quia in executionem, & observantiam dictorum capitulorum fient, igitur assensus, est etiam concessus super distributione facienda de dictis duc. viginti mille, consequenter super modo, & personis in quas facienda esset distributio Executio namque eorum, quæ fient nil aliud importat, quam modum disponendi, & electionem personæ, in quam dispositio fiebat.

Hinc *Cam.in l.Imperiale pag. 49. à tergo* in magnis *litera N.* disputat *art.* an assensus concessus obligationi feudi censeatur concessus etiam executioni faciendæ super feudo ad instantiam creditoris, ita ut feudum, absque novo assensu vendi possit, & licet pro negativa à principio arguat per octo argumenta *pag. tamen 50. litera D.* pro affirmativa plura adducit, & per ea tandem concludit *pag 50.à tergo litera N,*

Inter alia, quæ pro ista sententia Immedium affert, illud est, quod quemadmodum decretum Iudicis super obligatione latum ostendatur: etiam ad venitionem, quæ inde ex necessitate causatur, & quod magis quedam sequela primæ obligat obli- dicatur, quam nova venditio, ita assensus proionis garionæ concessus trahi debeat ad venditionem inde sequendam, quasi sequela, hæc non alia res, sed potius eadem dicatur, ut legitur apud eum *pag. 50. litera G.* quem sequitur *Marc. de Mauro alleg.57. num.9.* & conferunt additæ pro *Abb. Joannem Jeronimum filium, tam in dicta allegatione 47 quam in allegatione antecedente.*

24 Nec quidquam obstat *decis. D.Præs.de Franch. decis.153.* quoniam satis diversus est casus noster ab illo de quo verba facit *D. Præses de Franchis.*

Primo quoniam Comitissa Noje petierat disponere in certas personas, nempe in filios secundo genitos, vel nepotes inde vero disposuit in Marchionem primo genitum pro medietate, cumque assensus non ostenditur de persona ad personam non poterat compræhendere personas in assensu non inclusas. Andreas vero petiit assensum super dispositione facienda in quascunque personas ibi; *à chi verrà*, & ita obtinuit, unde non opus erat novo assensu, cum à principio quecunque personæ inclusæ fuerunt sub dispositione.

Secundo quoniam Comitissa Noje excessit circa modum, licet enim potuisset in morte disponere de duc.8.mille cum verbum disponere propriæ ad ultimam voluntatem referatur *Auth. ut liceat matri, & Avit.§.1.* quem allegat *Napod.in consuetudine, & si testator in verbo disponere pag. mihi 175.num.40.* quia tamen non petiit assensum dis- 25 ponendi quocunque modo, & titulo, non poterat disponere, nisi per primam tantum Institutionem, quam diversum modum continere dicitur, ut satis docte fundat. *Loff.cons.7.per totum*, unde non mirum si assensus non ostendebatur in casu *Domini Præs.de Franch.*

26 At in casu nostro Andreas obtinuit assensum super dispositione facienda, inter vivos, quam in ultima voluntate, cui, & quomodo volet adeout sub dispositione includebatur quilibet titulus, & consequenter substitutio, ut in potestate disponendi, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, & quolibet titulo, in puncto concludit *Loffred. d. cons.7.num.10.vers.sic in casu nostro*, consequenter modus inclusus in assensu de quo agit *D. Præses de Franch.* inclusus apparet in casu nostro, ac propterea, etiam ad modum ostendendus erit.

Rusus incertitudo personarum sub se includit etiam modum, ut notabiliter consulvit *Loffr. cit. cons.7.num.10.* ubi fundat exequutorem cui commissa est distributio bonorum inter pauperes non solum posse bona uni pauperi assignare, sed etiam per fideicommissum injungere, ut post mortem suam alteri pauperi bona illa restituat.

27 Ratio autem est, quia à principio exequtor plures poterat eligere pauperes sic *Loff. eod cons. 65. vers. nec etiam obstat* ubi immediate subdit hæc verba: *Ergo non mirum si possit non solum per portiones, sed per tempora dividere postquam æque potuisset dividere per partes argumento de re, ad tempus, sed in casu hoc divisio rei per testamentum non poterat fieri per portiones, ergo, nec divisio temporis, quæ induceretur per fideicommissum cum argumentum de re, ad tempus valeat etiam negative*; hæc ille.

Ergo cum quis potest disponere inter pluras personas, & sic per partes, potest etiam disponere per tempora, & sic per fideicommissum.

Consequenter: si poterat Andreas cum assensu jam obtento disponere de ducator.20.mil. per partes inter plures personas poterat etiam in quascunque sibi melius visas, & per quemcumque modum absque alio assensu disponere cum incertitudo personarum, & omnes personas, & quemcumque modum compræhendat ex præfata *Loffredi* doctrina, quæ revideatur rogo, & hæc quo ad primam oppositionem,

Secunda verò quod assensus præstitus super capitali non extendatur ad interesse facie removetur.

Etenim si attendamus notata par *D. Præsiden. de Franch.decis.613.in qua tractat art.*an bona fi- 28 deicommisso subjecta alienari possunt pro interesse dotis, quemadmodum alienari possunt pro sorte principalis, licèt negativæ adhærere videatur, *idem tamen Præses num. 16. vers. hæc quæst.* difficilem appellat quæstionem, propter argumenta, quæ pro affirmativa, afferri possunt.

Si verò adversarius niti velit doctrina *Affl. in Cap Imperialem 12.Rot.8.quæst.& Freccia de subfeudis lib.2.qu.20.pag.mihi* 207. quem refert & sequitur *D.Præses de Franch.dict.decis.316.n.* existimantium assensum concessum super obligatione feudi respectu capitalis non extendi ad interesse juxtà quam ita pluries judicatum referunt.

Advertant quæso amplissimi Senatores eundem *Frecc.* pro affirmativa sententia plura adducere, & præsertim *nu.5.* allegare *Paridem de Puteo* tenentem assensum trahi ad fructus, tamquam accessorios ad contractum, *Aug.* existimantem assensum super sorte concessum operari in augumento.

Isern.

Isern. Castrens. concludentes assensum omnia comprǽhendere, quæ ex contractu perveniunt, & tamquam prægnantem parere fœtus secundum naturam contractus super quo interponitur.

Ac *Blasium Lanceum* affirmantem sæpe judicatum in Regno Siciliæ feudum obligatum pro sorte, obligatum quoque censeri pro interesse ex quo constat *Affl. & Frecc. sententiam dubiam reddi*,

Quod autem in casu nostro contraria sententia sequenda sit constat ex sequentibus.

Primo quoniam *Frecc. ubi sup. num. 6.* negativam veriorem esse concludit in eo quando certa quantitas principalis in assensu expressa sit, nec aliud ratione usurarum, interesse, & pœnæ dictum sit.

Unda contrarium asserendum in casu nostro, in quo de pœna, seù interesse facta fuit mentio in contractu sub clausula *pro quibus omnibus observandis, fol. 47.* in processu Ducis Feroliti consequenter assensus concessus super omnibus judicabitur: hac eminde causa præfata clausula apponitur in contractibus ut advertit *D. Reg. de Pont. consil. 76. number. 2. vol. 1.*

Secundo quoniam. *Freccia dict. qu. 20. num. 9. vers. ad ubi ex tempore* suam confirmat opinionem ea ratione, quia ubi ex tempore augeri posset summa propter interesse fieret deterior conditio feudi cum minus de feudo, ad se devolvi sperare fieret dominus.

Hæc autem ratio cessat in casu nostro propter clausulam in assensu adjectam, *quod si feudum aperiri contingeris ob quamcunq; causam assensus habeatur pro non præstito fol. 20. à tergo in eodem processu.*

Tertio quoniam assensus quamvis stricti juris semper extenditur ad consecutiva, ex late deducti s per *Camerarium in l. imperialem pagin. mihi 51. à tergo in magnit litera V.*

Hinc *Marcellus de Mauro allig 47. num. 8.* concludit, quod si Rex assentit, ut alicui reficiatur interesse, & sub interesse nomine veniat tam lucrum cessans quam damnum emergens, assensus operatur etiam in lucro cessante, & damno emergente;

Quarto quoniam assensus concessus super sor-
29 te principali extenditur etiam ad interesse quando assensus expressè fuit concessus obligationi bonorum pro observantia promissorum in istrumento, ut in casu nostro, sic nominatim consulvit *D. Reg. de Pont. dict. cons. 76. num. 15. sed in casu præsenti.*

Quinto quoniam assensus super sorte principali censetur etiam concessus super interesse, in contractibus bonæ fidei, ut pluries decisum refert in S.C. *D. Reg. de Pont. cons. 64. numer. 19. volum. 1.* quem allegat *Paulus Staibanus Junior partis adversæ defensor acerrimus in addit, ad Paulum Staibanum Seniorem cons. 94. in addit. incipienta ad num. 14.* ubi suus Patruus indistincte consulvit assensum præstitum super capitali extendi etiam ad interesse.

Sexto quoniam licet assensus ex vi extensiva
30 de capitali non possit extendi ad interesse saltim ex vi comprehensiva, interesse sub capitali includitur, ut aliorum voto fundat *D. Reg. de Pont. cons. 76. num. 9. vers. aut. prætendit Comes vol. primo.*

Septimo quoniam in præsenti casu non agitur de interesse eum quantitas per Monasteria petita sit capitale respectu ipsorum, ut in facto.

Joannes Thomas Rogger.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 87.

SUMMARIUM.

1 *Præcedere an debeat alteri Consiliario illa qui est in actuali exercitio alterius muneris, quamvis ille, cui præferri postulat cœperit prius possessionem, & refertur contentio inter* Consiliarios D. Carolum Brancatium, & Donatum Coppula num. 2.

3 *Dignitatis insignia acquiruntur per expeditionem privilegii in officiis habentibus annexam jurisdictionem, quamvis jurisdictionis exercitium non acquiratur ante præstationem juramenti, & de ratione.*

4 *Præcedentia in dignitatibus habentibus annexam jurisdictionem regulatur à prioritate capturæ possessionis, & ideo concessis officiis eodem tempore, ille erit præferendus, qui primo fuit adeptus possessionem nu. 5.*

6 *Possessoria remedia conceduntur in causis præcedentiæ.*

7 *Decisio* D. de Franchis 144. *explicatur.*

8 *Præcedere semper debet illa, que prius cœpit possessionem alteri Officiali electo existenti in actuali exercitio alterius officii, etiam si fuisset absens ob Regis servitium tempore captæ possessionis n. 9.*

10 *Præcedentiarum consessiones, neque expresse, neque tacite remitti possunt ratione juris publici.*

11 *Præcedere quis debeat ex duobus electis ad Supremum Magistratum eodem tempore, an ille, qui reperitur in actuali exercitio Judicatus M. C. V. vel Regis Auditoratus, vel alter Advocatus Senior, qui nullum gesserat Magistratum, & n. 12.*

13 *Præcedere an debeat, qui gerit majorem, & duplicem dignitatem quamvis in tempore posterior.*

14 *Præcedere an debeat ille, qui nactus fuit possessionem, quando possessio non est legitima, nec valide capta nu. 15.*

16 *Possessio capta contra formam literarum S. C. Majestatis, an dicatur legitime capta.*

17 *Possessio capta per consiliarium electum virtute solius rescripti D. Proregis, qui mandavit esse capiendam possessionem vigore literarum Præsidis Supremi Italiæ Senatus sibi directarum, sine tamen expeditione, & transmissione privilegii, an dicatur legitime capta.*

18 *Possessio injuste capta nullum affert commodum possessionis.*

19 *Possessionis defectus an possit allegari, quando actus possessionis est illegitimus ex eodem defectu respectu allegantis nullitatem anterioris adversarii.*

20 *Possessio officialis electi prætendentis præcedere alteri electo eodem tempore si fuerit capta cum nimia festinatione, an suffragetur.*

21 *Præcedentiam habentes à jure in officiis, & dignitatibus illam non amiserunt per posteriorem*

poffeffionem adeptam, qua prius capi non potuit ob legitima impedimenta, & referuntur decifiones in perfonas Regentium Merlini, & Treglies, *qui fuerunt prelati* Salamanca, & Jovino *Confiliariis eodem tempore electis nulla habita ratione anterioris poffeffionis nu.22.*

23 *Poffeffionis ratio an potior habeatur, ubi non adeft cafus legitima abfentia, & refertur cafus decifus.*

24 *Legis interpretatione, & declaratione eft attendenda obfervantia interpretativa.*

25 *Proreges an poffint difpenfare literis Regalibus.*

26 *Legis difpenfatio, etiam tacitè facta cenfetur.*

27 *Poffeffio capta virtute obfervantia interpretativè non dicitur improba, nec contra legem.*

28 *Salarium officialis an currat à die executoriationis privilegii, vel à die legitima capta poffeffionis.*

29 *Poffeffio per prius capta an fit habenda in confideratione contra alium eodem tempore electum prætendentem habere prælationem, ubi nulla culpa, vel negligentia ei imputari poteft ob ejus legitimam abfentiam nu. 30.*

D. *Confiliarius Staibanus* agit in hac refolutione de quafi poffeffione officii, vel dignitatis, & an, & quomodo acquiratur in incorporalibus. Operæ pretium exiftimavimus fubnectere pulchram contentionem illam de præcedentia annis prætcritis agitatam inter *Confiliarium Carolum Brancatium feniorem*, & *Confiliarium Donatum Coppulam* Regni Secretarium qui poftulabat præ-
1 cedere eundem Brancacium in munere, ex quo tempore collationis erat in officio Judicatus M.C.V & Regni Secretarii; non obftante, quod idem Brancacius Advocatus fenior cœpiffet prius poffeffionem per juramentum præftitum in manibus fpectabilis Præfidis S.R.C.: at quia fuper his *D. Confiliarius Brancacius* fatis doctè pro fe ip-
2 fo fcripfit, & nõ injucunde *D. Confil. Coppula* decrevimus utriufq; præclara monumenta hic Typis fubicere ad hoc ut ex ampliffimorum Senatorũ, & celeberrimorum Jurifconfultorum Refponfis pofteritati confulatur.

Refponfum Regii Confiliarii D. Caroli Brancacii, qui pro fe ipfo fcripfit.

Cùm per Catholicam Majeftatem noftri Regis invictiffimi fuiffent eodem tempore provifi Cõfiliarius Carolus Brancacius, & Dominus Confiliarius Coppula, certiorata Excell. huius Regni de fola provifione Confiliarii Brancacii, confignendam ei mandavit poffeffionem qua capta per juramentum præftitum in manibus Spectabilis Præfidis S.C. fuum cœpit exercere officium; & in poffeffione hac exiftendo, poft multum temporis exhibuit Dominus Coppula literas Excellentiffimi Comitis Montis regii Præfidis Supremi Italiæ Senatus, & cœpit poffeffionem officii, & nunc prætendit unico medio obtinere præcedentiam, quia fcilicet tempore provifionis erat in officio Judicatus M.C.V., & Secretarius huius Regni, & tanquam in officio conftitutus præcedere debeat Cõfiliario Brancacio fimplici Advocato *dec. Præfid. Franch.* 144. *in 2. cafu.*

Cui Domino Confiliario Coppulæ libentiffimè ob infignes animi mores, doctrinam, & virtutes locum cederet Confil. Brancacius fi fuam folam perageret caufam, & huius præcedentiæ litem obfequio dirimeret, fed nè in pofterum aliorum lædantur jura, invitus alienam affumit tutelam.

3 Dubitari fiquidem non poteft in dignitatibus habentibus jurifdictionem annexam per nominationem, & expeditionem privilegii tranferri folum infignia dignitatis; adminiftrationem verò, & jurifdictionis exercitium non acquiri ante præftationem juramenti, *tex eft ad literam in §. illud auth. de admiftr. Lucas de Penna; Jo: de Platea, Bart., & alii in l. Indices C. de dignit. lib. 12. Reg. de Ponte de Poteft Proreg. tit. de affenf. Reg. § 6. num. 25. Franc. Marc. decif. 262. num 6.* nec habetur Officialis pro creato, nifi poft juramenti præftationem habuerit poffeffionẽ, & optimè de more fundat *D. Reg. Conftant. in repetit. l. 1. C. de confulib. lib. 12. à num. 25.*, ante eum *Marin. Frec. de fubfeud. lib. 2. nu. 62. cum feq. fol. mihi* 135. *Reg. Tap. decif. 21. Supremi Confilii Italia, & Spectabilis Dominus Reg. Saufelic. dec. 269. num. 2. verf. fecundo in dignitatibus.*

4 Et ratio eft, quia fola creatio non prodeft, nifi fuerit fequuta adminiftratio *l. fed & milites §. quafitum ff. de excuf. tutor.* Tria enim requiruntur in dignitate, vel officio habente jurifdictionem annexam, nempe creatio, captio poffeffionis, & adminiftratio, ut dixt *Marcus Antonius Surg. de Neap. illuftr. cap. 5. num. 28.* & ante ipfum *glof. in l. Publius ff. de condit, & demonftrat. Franc. Marc. decif. 262. num. 6. P. Molfef. conf. 15. num. 10. tom. 2 & Dominus Reg. Sanfelic. d. dec. 269. fub n. 2. verf. tria enim requiruntur*

Hinc eft, quod in iftis dignitatibus, & officiis habentibus jurifdictionem annexam, aliud non attenditur, quam Prioritas temporis circa adeptionem poffeffionis, quia ipfa adminiftratio reddit efficacem gratiam, five provifionem *d. l. fed, & milites §. quafitum, ubi Bald. ff. de excufat. tutor.* facit infignis doctrina *Andrea de Ifernia in cap. fi facta fub num. 3. fi de feud. defunct. milit. fuer. controver.*, ubi voluit. quod fi Dominus inveftiat duos de eodem feudo, & tradat poffeffionem fecundo loco inveftito, hic fecundus fit præferendus primo vigore poffeffionis captæ, etiam fi in actu
5 traditæ poffeffionis interveniat proteftatio tradentis (qui tradit fibi falvo jure primi) quia in limitibus attenditur captura poffeffionis tantum, & non infpicitur voluntas tradentis, five creantis, ad *tex. in l. quoties, C. de reivendicat. ubi in additionibus ad Bar. advertit Mangrell.* procedere difpofitionem *d. l. in officiis,* fi contigat officia duobus concedi, ut qui primo poffefsionem cœperit, veniat præferendus *Reg. Rovit. in pragm. 5. de Baronibus à num. 3. & 4.*, & præcipuè *fub nu. 23. & 24.*, & in propriis terminis *Valena. in conf. 34. num. 36. lib. 1.*, ubi inquit, *Et in Confiliariis, aut officiariis Regiis, quod ille, qui primo fuit adeptus poffeffionem efficii præferatur ei, qui primo habuit privilegium, Gratian. decif. March. 16. num. 2. 3., & 4. & in addition.* ubi plures Rotæ decifiones cumulat *Reg. Tappia d. decif. 21. Supremi Confilii Italia fere per totam, Dom. Reg. Sanfelic. d. decif.* 269. & ut cæteros omittam *Caftill. de tertiis debitis cap. 41. à num. 51. & feq.* ubi præcæteris expendit *Cabedum decif. Lufitan. 3. fub num.*

num. 9. in illis verbis, & adducit in comprobationem sub *num.* 9., *quod si duobus confertur gratia circa assecutionem Canonicatus, & prabenda si secundus prius reperiatur in Canonicatum, & ei conferatur prabenda ante receptionem primi, præfaratur pr mo, per text. in cap. sibi, qui, de rescrip. in* 6. *& sub num.* 52. idem *Castill.* trascribit alia verba *Cabedi, sic igitur in pracedenti casu secũdo impetrans locum in Senatu prius occupaverit & illius possessionem acceperit sedendo, & loquendo, & munus exercenda, utique primo præferendus est*, sunt verba *Cabedi*, quem fuit sequutus *Reg. Tap. d. decis.* 21. *à n.* 15. *cum seq.* & non dissentit *Pur. dec.* 350. *lib.* 1.

6 Et in istis, & similibus casis præcedentiæ dantur remedia possessoria, ut qui primo officii possessionem fuerit adeptus manuteneri debet in ejus possessione, ut pluribus relatis firmat *Gratian. discep. forens.* 298. *num.* 11. *lib.* 2. *Fab. de Anna cons.* 139. *num.* 10. 11. *&* 12. *Castill. in tract. de tertiis d. cap.* 41. *num.* 60. subdens *num.* 91. *ex unico actu quasi possessionis jus acquiri in pracedentiis, & juribus incorporalibus, ut quis conservari, & tueri debeat in quasi possessione pracedentia, in qua reperitur*, quem expendit *Dom. Reg. Sanfelice d. dec.* 269. *num.* 2.

7 Ex quibus manifestè colligitur Consiliarium Brancacium tanquam primo possessorem & exercitium adeptum, præferendum esse Domino Consiliario Copputa, qui post multum temporis cœpit, deinde possessionem, nec ei suffragatur decisio *Prasid. de Franch.* 144. *in* 2. *casu* ut tanquam Judex M. C. V., & Secratarius Regni sit præferendus, quemadmodum fuit prælatus D. Berardinus de Santa Cruce, qui erat Auditor Provinciarum Hydrunti, & Bari Scipioni Buccino simplici Advocato: nam in illa decisione supponitur fuisse eodem tempore præsentata privilegia, tum Berardini, tum Scipionis sed quia Berardinus erat absens exercendo officium, & inserviendo Suæ Majestati in illis Provinciis, non potuit appræhendere possessionem. Propterea fuit data possessio Scipiuni cum reservatione, quod præferretur Berar-

8 dinus, qui si fuisset præsens, utique in actu possessionis præcedere debeat tanquam officialis, & absentia non poterat ei nocere, ad ea, consuluit *Ann. cons.* 41. per totum quod non est in præsenti casu; nam tempore possessionis captæ per Consiliarium Brancacium, non poterit consignari possessio D. Coppulæ ob defectum expeditionis pro capienda possessione, quam non habebat, & sic attendi debet possessio; nam quamvis fuerit eodem tempore creatus Consiliarius Dominus Coppula, non erat verè Consiliarius tempore adeptæ possessionis per Brancacium, qui sola creatio, sine possessione, & administratione non facit officialem *d. l. sed, & milites §. quesitum ff. de excusat tutor.*, & advertunt *DD.* supra ponderati, ut in propriis terminis advertit *M. Antonius Surg. de Neapolllust. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 40.

9 Et ne remaneat ansa Supremis Senatoribus judicandi, advertimus suffragari tunc posset Domino Coppulæ officium, quod exercebat Judicatus M. C., & Secretarii hujus Regni si in actu possessionis adeptæ per Consiliarium Brancacium potuisset concurrere, & habuisset expeditionem pro capienda possessione, quia tunc tanquam in officio constituturus, utique præcedere debeat, prout fuit judicatum in illa *decis.* 144. *Præs. de Franch.*, sed in tempore possessionis Consilarii Brancacii, non poterat Dominus Coppula appræhendere possessionem, nec præcedentiam prætendere, quia tunc temporis erat simplex Judex M C., & Brancacius Regius Consiliarius nec minus poterat hodie ob officium, quod exercebat præferri Consiliario Brancacio, qui primo habuit possessionem, administravit officium, & primo fuit Consiliarius in exercitio, quod exercitium, & possessio prævalent ipsimet creationi; nec prodest creatio nisi sequuta sit administratio; imò non habetur pro creato, qui non administrat. *Mar. Ant. Sur. de Neap. illust. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 40., *Dominus Reg. Sanfel. d. decis.* 269. *nu.* 2. *vers. tria enim requiruntur*, in qua decisione nervorosè suodat prævalere semper possessionem, etiam adversus officialem primo creatum, & ob Regis servitum impeditum, & sic decisum testatur *Castill. de tertiis cap.* 41. *nu.* 57. per plures sequentes, qui ad *Annam cons.* 42. *lib.* 1. respondet, & pluripus authoritatibus exornat.

Nec inconsulto Catholica Majestas ex ejus munificentia prius certioravit Excellentiam hujus Regni de possessione Consiliarii Brancacii, ut prius locum fortasse cum præcedentia occuparet.

Cætera suppleant, &c.

Juris, & facti Responsum Regii Consiliarii Donati Coppulæ.

PRæcedentiarum contentio ratione officii, & juris publici servandi causa inter me, & Dominum Carolum Brancacium eodem tempore a Catt. M. Consiliarios nũncupatos exorta; Si obsequio quo multum me colliganti debitorem fateor propter ætatem cæteraque ejus eximia merita dirimenda concederetur illi, quam libenter cederem, Verum, quia ordinis observandi necessitas, quo societas humana conservatur *l. honor. §. gerendorum ff. de muneribus, & honoribus, & tota tit. C. ut dignitat. ordo servetur* compulit cum amico, & collega hanc semel subire controversiam, & susceptam, naturali insitum sit jure tueri juxta *l. observare §. ingressus ff de offic. proconsul. M. Ant. Surgens de Nap. illustrata cap.* 27. *circa principium Dominus Reg. Capyc. Latr. consult.* 43. *in princ. lib.* 1. adeo quod neque tacite omicti, haud expressè semicti valet, ut per *Dom. Regentem Galeotam lib.* 2. *controv. cap.* 45. *in princ.* Ideo citra omnem elationis labem mihi libeat prelationem hanc adversus Dominum Brancacium substinere.

Pro valido igitur fundamento hujus prælationis existente paritate temporis promotionis utriusque ad munus Regii Consiliarii attendendæ veniunt dignitates, & administrationes officiorum tam judicatus M. C. a me gesti per tot annos quam

11 Secretarii Regni ambo actus concurrentes in mei personam tempore dictæ promotionis deficientes in adversario quæ operari debent indubitanter ante lationes *l.* 1., *&* 2 *ff de albo scribendo l.* 1. *C. de Consulibus lib.* 12., *ex l. Cod. tit. dignitatum ordo servetur eodem lib. ex quibus* constat in dignitatibus eum qui prius obtinebat unam, & postea simul cum alio qui nullam aut inferiorem habuis-

buiffet novam adeptus fit dignitatem præcedere debere, ut fi primo loco quia effet Comes, & poftea efficiatur Dux fimul cum alio debet præferri Duci eodem tempore creato, qui non fuiffet Comes *Praf. de Franch. decif.* 566. *Conf. de Anna conf.* 40. *num.* 15. 16. 32., *&* 33. *lib.* 1. *& conf.* 122. *nu.* 3. *Cirus, Maftrill. inter ejufdem Annæ Confil.* 136. *nu.* 6., *& feqq de la Ratta conf.* 85. *num.* 6. 7., *&* 63. *Garxia Maftrill. dec. Sicil.* 130. *num.* 22., *&* 23. *lib.* 2. *Reg. Tapia decif. Supremi Confilii Italiæ* 21. *num.* 31., & in officiis habentibus etiam adminiftrationem annexam idem ex d. juribus depromitur, ac in cafu noftro individuo tradit, & pluries decifum refert *de Franch. decif.* 144. ad beneficium actu exercentium judicatum M.C., vel Auditoratum Provincialem contra Advocatos, & alios non habentes aliam dignitatem, & adminiftrationem eodem tempore creatos Confiliarios, aut Præfidentes Regiæ Cameræ, & probant *Conf. de Anna d. Conf.* 40. *num.* 33. de la *Ratta d. conf.* 87. *num.* 6., *&* 63. *Maftrill. d. decif.* 130. numeris allegatis *Reg. Coftan. in l.* 1. *num.* 2. *C. de confuli lib.* 10. *Tapia d. decif.* 21. *num.* 3. 4. 7. *&* 9. *Reg Rov. decif.* 65. *num* 3., *& in fin.* ubi ita decifum teftatur inter ipfum, & *Confil. Meliorem Epifcopus Ricc. Collect.* 147. & plurles reperit *Thor. Jud. comp. decif. tom.* 1. 2. *&* 3. in verbis præcedere, *& D. Reg. Sanfel. decif* 269. *num.* 4.

Ifthæc autem conclufio non immerito ita proceffit, fed fumma nixa ratione excerpta ex *textu. in l. nemo C. de offic. Magiftr. officiorum*, ibi, *ut his gradus cæteros antecedat, quem ftipendia meliora, & labor prolixior fecerit anteire.* Siquidem honoris argumentum labore ad unum quemque convenit devenire *l. contra publicam C. de re militari lib.* 12. *l. unicuique C. de proximis facror. fcrinior, eodem lib.* ibi *comparatione laborum alium fuperat*, *Boer. de auctor. magni confil. nu.* 145., *& feq. Dom. Reg. Capyc. Latr. d. confult.* 43. *num.* 14. *hinc Imperator in l. Primicer., C. de offic. Præf. Urbis* majorem dignitatem concedendam effe negat ei qui minorem antea non geffiffet, quod etiam ftatuerat *Plato de leg. lib.* 3. officia enim, & magiftratus gradatim conferendos effe ait *tex. in l. ut gradatim ff. de muneribus, & honoribus*, & fic ufa minore dignitate ad majores, & fummas afcendatur, *l. honor §. gerendorum ff. eodem*, quapropter ego qui ita provectus fum fuiffem utique præferendus in electione hu-
12 jus muneris Domino Brancacio, qui nullum alium geffit magiftratum, ut dicunt *Alberic.*, *& cæteri in d. l. ut gradatim Maftrill. de Magiftr. lib.* 1. *c.* 23. *num* 35., *&* 40. licet ipfe Advocationis munus exactiffimè complevcrit, nam Advocatos Magiftratibus fun&tos cedere in omnibus, & in prælatione honoris potiffimè palam eft ex traditis per *Thefaur. in proœm. decifionum num.* 26. cum ergo fimul eligi ad Confiliarii munus contigit dictam antecedentem prærogativam, & prælationem mecum etiam retinuiffe confequens eft, ut advertunt *Præf de Franch. d. decif.* 144. *in princ. Reg. Rovit. d. decif.* 65 *num.* 7. *& Dom. Reg. Capyc. Latr. d. confult.* 43. *num.* 16., imo cum adhuc permaneam in exercitio muneris Regni Secretarii apud Exc. Proreg. & fic cum duplici, & majori dignitate, quæ refultat ex officio Secretarii propter proximitatem, &
13 ad gerentiam Principis juxta tradita per *Mar. Anton Surgentem de Neap. illuftrata d. cap.* 27. *nu.* 1. *ad* 4. *D. Reg. Capyc. Latr. d. confult. num.* 13., *& feqq.* & deberem præferri adverfario quamvis fuiffem in tempore pofterior creatus Confiliarius, quia major, & duplicata dignitas fuperat temporis prioritatem *d. l.* 1. *C. de confulibus, & d. l. unicuique C. de proximis facror. fcrinior. lib.* 12. *Frecc. de fubfeud. lib.* 2 *tit. quis dicatur Dux num.* 50. *Mar. Ant. Surgen. d. cap.* 27. *num.* 19., *&* 20. *Reg. de Ponte conf.* 14. *num.* 4., *vol.* 1., *& decif.* 8. *per totam Confil. de Anna d. conf.* 40. *num.* 14., *&* 43. *& confil.* 122., *& nu.* 3. *& feqq Cyrus, Maftrill. inter ejufdem confilia* 136. *num.* 6., *& feqq. & n.* 12. *Confil. de Georgio allegat.* 45. *num.* 5. *Reg Rovit. confil.* 84. *num.* 13. *lib.* 2. *Maftrill. d. decif.* 130. *num.* 13., *&* 19. *cum feqq. de la Ratta conf.* 2. *num.* 18., *& feq., & num.* 16. *Reg. Conftant. in d. lib.* 1. *num.* 11. *& num.* 32. *cum feqq. Regens Galeot. dict. controverf.* 45. *num.* 15. *Reg. Capyc. Latr. dict. confult.* 43. *num.* 18., *&* 23. *cum feqq.* ubi plures cafus decifos enumerat pro hac parte unde his concurrentibus de prælatione in mei beneficium non eft hæfitandum.

Reliquum eft ut ad unicum Dom. Confiliarii Brancacii refugium de poffeffione prius ab illo capta adminiftrationis dicti muneris ex eo quod in dignitatibus habentibus adminiftrationem annexam captio poffeffionis prævalet, ut probant DD. per eum allegati refponfum faciamus, & primò quod fatis hæc conclufio controverfa eft imo juribus, & rationibus meo judicio optime confutatur per *Dom. de la Ratta dict. pleno conf.* 87. quod
14 fcilicet poffeffio, & adminiftratio nihil plus operantur, nec detrahere poffent prælationi officii alias legitimè competenti ratione prioritatis, vel majoritatis gradus, & inter cætera mihi probant hoc expreffè *tex. in l. unica C. de Comitibus, & Archiatris lib.* 12. ibi *itaut inter Vicarios, & Duces, qui adminiftraverint, & eos, qui meruerint nihil interfit*, & fic adminiftratio nihil fuper addit meritis dignitatis & *in l fin. C. de decurionibus lib.* 10. (quo maximè innituntur contrarii), quia per illa verba, *quam poftquam meruerit dignitates, vel actum gefferit*, probatur quod tantum valet ad muneris prærogativas affequendas electio quantum exercitium, & alternativa illa, *vel adjecta*, quæ comparat utrumque *l. fi illud ff. de leg.* 2. *Roman. confil.* 83. *num.* 2.

15 Secundo, quod dicta conclufio de anteriori poffeffione in officiis inducente prælationem intelligenda eft de valida, & legitima poffeffione juxta tradita per *Farinacc. dec.* 269. *num.* 3. *tom.* 3. & in terminis quæftionis noftræ fentierunt *DD.* omnes ab adverfario citati, & expreffius *D. Reg. Galeota lib.* 2. *controverf.* 45. *num.* 12. *Dom. Reg. Sanfel d. decif.* 269. loquuti de poffeffione legitima cum Privilegio, nam invalida, & illegitima poffeffio non relevat, nec commoda poffeffionis tribuit *l.* 1. *&* 2. *ff. uti poffidetis l. non videtur ff. de acquir. poffeff. Bald. confil.* 181. *vol.* 1. *Rebuff. in praxi beneficiali tit. de immiffione in poffef. nu.* 37. *Urfill ad Afflict. decif.* 403. *num.* 3. *Menoch. confil.* 1073. *num.* 11. *&* 12. & nullum producit effectum *Farinacc. decif. Rot. Roman.* 304. *num.* 1. *tom.* 1. *eadem Rota diverforum decif.* 14. *num.* 4. & in fpecie, quod prælationis effectus in officiis refultans ex poffeffione anteriori juxta tradita per *Menoch. de arbitrariis Judicum lib.* 1. *cafu* 48. *num.* 13. ceffare habeat quando poffeffio eft vitiofa, & illegitima declarat idem *Menoch. de adipifcenda poffeffione remed.* 4. *num.* 602. *&* 603.

16 In facto autem nostro nulla, ac illegitima reputari debet anterior possessio capta per Dominum Consiliarium Brancacium, qui contra formam Epistolarum suæ Catholicæ Majestatis præcipuè rescriptarum in anno 1635. quibus demandatur, quod nullo modo traderentur possessiones Regiis Officialibus electis per S.M. nisi post expeditionem, & præsentationem Privilegiorum, & quod neque per Proreges posset dictæ ordinationi dispensari, quod alias etiam per Summos Pontifices in concessione beneficiorum statutum traditur per *Mandosium ad regulas Cancellariæ regul. 27. q. 3. num. 7.* relatus per *Farinacium decis.* 656. *num.* 5. *tom.* 4. Itaque nova provisio per dictas literas emanata est etiam conformis dispositioni *Regiar. Pragmaticar.* nam sicut collatio, & provisio hujus muneris, & dignitatis Consiliarii Suæ M. C. fuit reservata Proregibusque conferre prohibitum *pragm. 2. de offic. ad Reg. Majestatem*, quod si facerent nulla est provisio *Reg. Rovit. in d. pragm. Mastrill. de Magistr. lib* 5. *cap.* 4. *num.* 24. *la Ratta d. consil.* 87. *nu.* 19. ita integra executio ejusdem gratiæ spectare solum debet dictæ M. vigore Privilegiorum prius expediendorum juxta *prag. 2. de fide memorialium* ex cujus *decis.* infert *Molfes. consil.* 15. *nu* 22. & 27. eos, qui non exhibuere privilegium, & obtinuerunt *exequatur* non haberi pro officialibus.

17 Hac igitur forma inobservata in traditione possessionis dicto Consiliario Brancacio, qui ex schedula Domini Proregis sine expeditione Privilegii illam cœpit opere pretium dicimus non posse illi suffragari, quia non habente potestatem accepit, ut per *Farinacc. decis.* 314. *num.* 3. & *decis.* 701. *n.* 5. *tom.* 1. nam qui debet adipisci possessionem authoritate Apostolica, vel cum ejus rescripto non potest illam capere authoritate alterius ordinarii *Rebuff. in praxi beneficiali tit. de forma, & declaratione novæ provisionis num.* 8. & quia contra formam dictarum literarum capta nulla est *Farinac. decis.* 111. *num.* 6. *tom.* 1. *Rota in novissimis lib.* 3. *decis.* 1156. *num.* 3. & in puncto tradit *de Rubeis dec. ejusdem Rota.* 233. *num. fin. tom.* 2. quod possessio tradita ab inferiore contra formam literarum Superioris est nulla, & injusta, & in propria materia præcedentiæ quandoque fuit observatum, quod possessio capta per Procuratorem, quæ de Jure communi valida esset *l.* 1. *§ per Procuratorem ff. de acquir. possess. Farinacc. decis.* 649. *num.* 1. *tom.* 1. quia in officiis non admittitur, si ita tamen fuerit capta, quia reputatur invalida non suffragatur in prælatione, ut decisum testatur *Dominus Reg. Capyc. Latr. dict. consult.* 43. *num.* 4.

18 Et tandem inconvincibili argumento dictam possessionem non posse attendi, quia nullum afferre commodum possessionis siquidem salarium, quod debitum esse à die possessionis tradunt *DD.* ex *text. in l.* 1. *C. de primipilis*, ibi, *Commoda primipilatus post administrationem incipiunt, & l. sancimus la prima C. de consulibus lib.* 12. ubi *Bart.* & *Jo. de Plat.* Idem *Bartol. in l. qui absenti ff. de donat. R. Revert. dec.* 55. *tom.* 5. *in manuscriptis Salernit. decis.* 11. *num.* 8 *Barbos. in cap. cum qui nu.* 6. *de præbendis* non tamen salarium currit à die possessionis sine Privilegio, & *exequatur* ceptæ, sed solum à die exequtoriationis Privilegii, ut decisum refert *Molfes. d. consil.* 17. *num.* 22. & 23. *D. Reg. Constant. in d. l. de consul. num.* 30.

19 Et si obiiciatur, quod ego eodem modo possessionem adeptus sim id negare non possum, sed concludere audeo, quod ambo legitima possessione destituti ante præsentationem, & exequutoriationem Privilegiorum obtenta illa anterior possessio adversarii qua nititur cessat, mihique non obstat ea enim sublata remanet prælatio in mei favorem ex superius allegatis, & cum prior etiam deinde fuissem in præsentatione, & exequutoriatione mei Privilegii, quod etiam attendi debet *cap. duobus vers. si vero de rescriptis in* 6. probans præferri eum, qui literas præsentavit, & observat in hac specie in exequutoriatione prius obtenta *Præs. de Franch. d. decis.* 144. *in fin.* & fundant *Molfes. d. consil.* 15 *num.* 26. & 27. & *Reg. Constant. d. l.* 1. *num.* 28. & *seqq.* ante ipsum confirmari, & validam reddi meam possessionem, & sic præferendus etiam ratione veræ, & validæ prioris possessionis redaptæ.

20 Tertio, quod neque dicta possessio adversarii mihi nocere debet, & auferre prælationem jure debitam si per nimiam festinantiam, & data opera ad præcedendum ab illo cœpta fuit absque mea negligentia, & culpa in capienda possessione cum literæ Excellentissimi Domini Comitis Montisregii Præsidis Consilii Italiæ, quibus testabatur de mea promotione eodem tempore conlerpta cum illis adversarius quarum vigore obtinuit possessionem moram traxerunt in perveniendo ad manus Excellentissimi Proregis quo in casu uti legitimè impedito possessionem capere illa possessio adversarii mihi non præjudicaverit, ut dicunt *Præs. de Franch. decis.* 144. *Consil. de Anna consil.* 42. *in fine Molfes. d. consil.* 15 *num.* 30. *de la Ratta consil.* 2. *num.* 33. & 48 & *d. consil.* 87. *num.* 47. & 48. & *in calce ejusdem Consil. Thor. ad decis. Salernit.* 11. *num.* 8. & *in compend. decis. par.* 2. & 3. *in verbis præcedere* plures referentes casus decisos, quod habentes prælationem de jure non amiserunt illam per posteriores possessiones adeptas in officiis habentibus annexam administrationem, quando fuerunt legitimo impedimento detenti, & culpa, aut negligentia imputari non valuit.

21 Et ita recentioribus, etiam temporibus extat determinatum inter Dom. Reg. Merlinum, & Dom. Reg. Salamanca tempore quo ambo ad munus Consiliarii adducti fuerunt quia non obstante anterioritate possessionis Dom. Reg. Merlini fuit

22 prælatus Dom. Salam., & inter Consil. Dom. Benedictum Treglies, & Consil. Iovinum nulla habita ratione anterioris possessionis Dom. Jovini præcedit Dom. Treglies idque magis in casu nostro observandum erit sta me protestatione a me facta in actu possessionis traditæ, ut apud *Seraphinum decis. Rot. Roman.* 635., & *num. fin.*, & *decis.* 773 *num.* 5.

Et ne dicatur supra relatas decisiones processisse tantùm in casibus legitimæ absentiæ, & detentionis personarum electarum ad officia, quia pro servitio Regio aliter justè impediti possessionem capere potuissent habemus in terminis exemplum

23 casui nostro similem relatum per *Mar. Ant. Surgentem de Neap. illustrata d. cap.* 27. *num.* 40. ubi inter duos Consiliarios electos cum unus haberet prælationem a jure creatione inspecta, & ipsius diploma a Rege expeditum intercidisset, ita quod ingredi possessionem officii statim non valuisset, & alter qui actenta creatione deberet esse posterior in dignitate primo loco possessionem legitimè ade-

adeptus fuiffet refcriptum fuit per S.M.,quod poffeffionis ratio minimè potior haberetur, fed alternatim præcellerent,unde fi in poffeffione legitimè capta S.M.,ita declaravit, fperare ego debeo a Supremis Senatoribus in mei favorem integram, & abfolutam prælationem adverfus Dominum Collegam,qui nullam validam præcedentem poffeffionem defert ex allegatis,cætera fupplcat.

Confil. Donatus Coppula.

De decifionibus allatis per *Dom. Confiliarium Coppola num.* 22.videndus eft *Reg. Petra fuper rit u* 101.*num.39.tom.1.,& Confiliar. Roccus de Officiis in tit. de præeminentiis rub 6. num.*103.. qui refert feptem contrarias decifiones à *num.* 99 *ad* 105., ubi teftatur de noviffima decifione Supremi Collateralis Confilij de anno 1657. inter ipfummet Confiliarium Roccum, D.Æraſmum de Ponte, & Honufrium de Palma, qui petiit præcedere eofdem non obftante poffeffione capta poft duos menfes poft poffeffionem captam a Rocco, & de Ponte allegando non potuiffe poffeffionem capere ob fuam adverfam valetudinem,& nihilominùs fuccumbit tàm in poffefforio,quàm in judicio petitorii.

Replicatia Confiliarii Brancacii ad motiva excitata per Confiliarium Donatum Coppula.

QUamvis invitus communem potius, quam meam tuendo caufam,dicam abfolutè fub tanti tamen Senatus correctione nullo pacto,nulloque jure fubftineri poffe novisfima objecta per Dom. Confiliarium Donatum Coppula meritiffimum collegam in propofita præcedentiæ controverfia,quæ ut cætera omittam ad tria fubftantialia capita commodè reduci valeot.

Primo quod poffesfio per prius à me capta officii Confiliariatus vigore litterarum Excellentiffimi Comitis Montis Regii Præfidis Supremi Italiæ Senatus ad præfentem Excellentisfimum Proregem directarum,ut fic publicare haberetur, vel non fuffragetur vel ut illegitima, & prohibita à refcriptis Dom. noftri Regis quoufque privilegium foret exhibitum minus fit attendenda, ideoq; ubi creatio,& electio eodem tempore fit facta idem ipfe Dom. Confil. Coppula Adverfarius veniat præferendus uti exiftens in officio, vel judicatu M.C.Vic.,vel à fecretis hujus Regni.

Et quidem quòad primam object. partē fatisfuit in primis refponfis fatisfactum,quod in dignitatibus habentibus jurifdictionem annexam, adminiftratio,& poffesfio priuscapta tribuat prælationem,& præcedentiam poft expreffa iura, ac Juris Confultorum refponfa,quæ ibidem reportavi, neque hic repeto,fed tantùm addo novisfimè vifum *Dom.Confiliarium D.Joannem de Xarte in fua decif.Sardiniæ 24.,cui titulus infcribitur jus ad officium perfectè,nè utiquam quæri per electionem à num.8.9,& 10.*

Quòad fecunda verò ejufdem objecti partem, quod hæc poffesfio per prius à me capta uti illegitima,& à litteris Suæ Majeftatis prohibita, nullam tribuere debeat prælationem,& præcedentiam unde divellitur,& tanquam moles parum ftabilis ad nihilum redigitur quod ex immemorabili forfan tempore femper fit obfervatum, quod vigore litterarum Excell. Præfidis Supremi Italiæ Senatus,quæ forent ad Excell.Proregem directæ, poffesfio Confiliariatus, imò, & Supremi officii Regiæ Cancellariæ fit data,unde abfolutum videtur, quod in interpretandis Principum Conftitutionibus,five eifdem illis difpenfandis refervata confultatione ad eandem Catholicam Majeftatem facienda, plurimum fit deferendum confuetudini,& obfervantiæ fubfequutæ ut poft *textum in l fi de interpretatione ff.de legibus in cap. cum*

14 *venisfent extra de conftitutionibus, Iacobum Menoch. Surd. Rotam Romanum*, & alios novisfimè probat idem *Dominus Confiliarius de Xarte decif.*100 *fub num.*7. fubdens poft *Honded. Cafanatam,Valenzuolam Solorzan, ac Caftillum de tertiis debitis tom.* 7. *cap.* 31. *à num.* 67. generale effe quamlibet difpofitionem per eam obfervantiam, quæ fubfequitur declarari, nec fore recedendum ab illa interpretatione declarativa,quam communis obfervantia dedit.quia, fub *nu.*8. *poft Maftrill. decif.*238.*à nu.*30.,*&* 34.fubjungit, quod obfervantia interpretativa non indigeat præfcriptione, fat sque effe,quod ftatutum non fuerit receptum in eo fenfu, imò quod ad hanc obfervantiam fufficiat fi probetur,ita aliquando fuiffe fervatum, atque ita unicus actus fatis,fuperque habeatur poft *Barattum dec.Rotæ Romanæ* 647. *num.*21.,*& decif.*679.*num.*9. probavit *Cancer var. to.* 3. *c.*19. *à nu.*74.,*& D.Marius Cutellus orat.*20. *num.*86., ut proinde potius legitima,quam illegitima poffesfio hujufmodi judicari debeat, quæ inveterata fatis,& recepta obfervantia declarativa,& difpenfativa eft fuffulta.

Neque dicatur Dominos Proreges minus difpenfare poffe mandatis, & litteris Suæ Catholicæ Majeftatis.Si quidem refpondetur primo omnes Proreges ex caufa non effe deftitutos poteftate

25 difpenfandi, imo & ex inveterata confuetudine, ut fic fervaffe, & de jure ftante hac confuetudine ita fervare potuiffe in terminis probat *Reg.de Ponte de poteft.Proreg tit. de abundantia Civitatis §.* 4.*à num.*2.3.4,*&* 5.*verf.limita, quando confuetudo eft in contrarium,& tandem fub num.*6.

Secundo refpondetur, quod fi verum eft,ex vulgatis juribus,quod omnia noftra facimus, quibus authoritatem,noftram impartimus,ubi Excellentisfimus Præfes Supremi Italiæ Senatus de noftri Regis mandato Epiftolas fcribit ad Excellentisfimum Proregem de electione, & creatione officialis.& quod ipfum publicare habeat,hoc ipfo videtur tacitè difpenfatum,& derogatum illis lit-

26 teris,& refcriptis,per quæ prohibebatur poffesfio ante præfentationem privilegii, quæ tacita derogatio,& difpenfatio æquivalet exprefse, ut legi, five ftatuto derogatum cenfeatur, ubi quomodocumque conftet de Principis voluntate,prout poft *Rebuffum, Felynum,Pedericum de Senis, & Auguftinum Barbofam, refolvit eruditisfimus Dominus Reg.Merlinus tom.*1.*controverf. forenf. cap.*71. *fub nu,*10.,*&* 11.

Sed in his cafibus benè conftat de mente noftri Domini Regis mandantis officiorum exequutionem,quæ ex inveterata obfervantia,& confuetudine fit per traditionem poffesfionis ejufdem officii, ad

ad quod fuit electus, & meritò hinc possessio improba, & illegitima reputari non debet, sed satis legitima utpotè quia non liceat recedere ab eo jure, quod diù æquum, visum est; juxta *textum in l. fin. ff. de constitut. Princip.*

3 Non me latet quod *Consiliar. Theodor. in allegatio.* 7. *in calce* firmaverit, quod mulier habens actionem pro paragio, possit instare pro coactione ad vendendum feudum, quam *Theodori* opinionem comprobatam inveni per *Horatium Montanum in repetitione leg. Imperialem numer.* 245. *liter. A.* ubi substinet posse in subsidium exequi corpus feudi pro paragio, & quod Dominus tenetur assentire alienationi ex tali causa, licet sententia condemnet possessorem in actione personali, & allegat Theoricam *Andreæ* ad quorum sententiam accidit *Card. de Luca de feudis disc.* 26. *numer.* 23. ubi dicit, quod contra successorem universalem in feudalibus datur actio personalis experienda, vel per executionem
4 teuutæ feudalis, juxta antiquam praxim, vel per coactionem ad vendendum feudum; juxta praxim hodiernam,

5 Verum ego adhuc firmiter teneo contra *Theodorum* adhærendo opinioni *Regentis de Marinis*, cui consulando, & scribendo adhæsi pro Duce, & Ducissa Soræ contra eiusdem sorores: siquidem non est in pretio habenda doctrina *Montani*, cujus maxima esset authoritas, si non esset sibi contrarius *in controv.* 23. *nu.* 3. Nec erit magnifice sentiendum de *Cardinali de Luca* dum involvit praxim antiquam cum moderna Regni Neapolitani circa coactionem ad feudum vendendum; quando Praxis de qua ipse testatur non viget amplius in Regno, nisi urgentibus, & concurrentibus aliis creditoribus cum assensu, quia alias frustratoria, & inutilis redderetur coactio semper, quod feudatarius nollet sponte feudum vendere. Nec Judex posset venditionem ordinare non existente concursu creditorum cum assensu, iuxta praxim, quam invaluisse testatur *Reg. Marcian. disputat.* 25. *numer.* 18. *lib.* 1. Accedunt tradita per *B... ottam in conclus. feud.* 1. *a numer.* 14., & in illis terminis intelligendus est *Theodorus*, qui incidenter dixit, quod in subsidium habet locum coactio.

6 Amplectenda erit contraria sententia in terminis, *Gratiæ* de qua *in pragmat.* 33. *de feudis* virtute cuius paragium relictum fœminis exclusis habet hypotecam cum assensu legis, ex quo hypotheca legalis resultat ex dictione illa super iustè animadversa per *Consiliar. de Rosa in prælud. dus feudalibus lectur.* 10. *à numer.* 11. *ad* 19.

7 Verum hoc intelligendum erit quando adest legatum pro dote, vel pro paragio, quia tunc cum feudatarius habeat assensum gratiæ ad disponendum super feudis, profecto legatum dotis consequitur hypothecam super ipsis feudis, quæ tacitè veniunt in obligatione iuxta tradita per *Afflict. in Constitutio. Regni in aliquibus nu.* 37 quem laudat idem *Conf. de Rosa num.* 16., *& in consult.* 52. *n numer.* 12. *tomo.* 1., & per *Pratum observ.* 78. *n num.* 22. *ad* 26., ubi quod omne illud; quod venit in consequentiam expressæ dispositionis tanquam quid connexum habet assensum,

8 Quæ omnia præscribunt sibi locum in terminis *Capitulorum & Gratiarum* concessarum mulieribus Neapolitanis hujus Fidelissimæ Civitatis, quæ patiuntur largam interpretationem juxta *Textum in l. fin. ubi Reg. Tap. de constitution. Princ.*, & proinde comprehendere debent legatum pro dote, vel pro paragio relictum, stante majoratis ratione à qua nedum inducitur legis comprehensio, sed extensio juxta notata in *Aut. quas actiones C. de S. Ecclesiis.*

9 Nec dicatur non esse faciendam extensionem de contractu, seu promissione dotis ad legatum, cum profecto validum sit argumentum de uno ad alterum *l. servum filii §. cum. quo chirographum. ff. de leg. primo l. pactum ubi glossa, & Din. ff de pactis* cum, in utroque casu militet eadem identitatis ratio nè mulieres remaneant indotatæ, & proinde in præsenti casu non sit extensio sed comprehensio quæ licita est in feudis, *Andr. in cap.* 1. *colum. fin. de feud. non habentibus propriam naturam, seu l. Camer. in cap. Imper. fol.* 57. *Grazarel. dec.* 57. *num.* 5.

10 Neque obstat ratio disparitatis inter legatum, & promissionem, nam in priori casu datur tacita hypotheca, & sic non datur assensus Capituli ex *Cam. in cap. Imper. car.* 55. *lit. D.* quoniam etiam ad tacitam hypothecam extendendum est capitulum ex doctrinam *Iserniæ in cap. post num.* 8. *qui success. teneant.* ubi asserit assensum trahi ad tacitum, vel subauditum, *l. sicuti ff. de servis*, & licet hoc verum asserat *Camerar.* in eo quod ab expresso pendet, ut in acquirente feudum subintelligatur hæredis persona *l. si pactum ff de probat.* secus ubi nihil fuerit expressum, tunc enim nec tacitum sequi potest. nihilominus sicuti in recipiente feudum lex subintelligit hæredem, ad quem etiam trahitur assensus, ita in recipiente dotem lex hypothecam inducit *l. unic. §. ut plenius C. de rei uxor. act.* unde sicut assensus trahitur ad personam tacitè subintellectam, ità etiam ad hypo-
11 thecam a lege inductam, cum valeat argumentum de personis ad res *l. qui furere, ff de stat. hom.* cum aliis apud *Anell. de Amato cons.* 35. *num.* 5. *& seq.* Accedit ad confirmandam *Iserniæ* Theoricam nova ratio, quod generalis dispositio loquens in expressa hypotheca trahatur etiam ad tacitam *Glos. in l. fin. queres pignor. oblig. possunt ubi Bart. in fin. verbo Bellaper. tit. ibidem*, *& Salyc. num.* 3. *Neguf. de pignor. memb.* 4. 3. *par. num.* 165.

12 Denique neq; obſtat, quod nulla obligatio detur pro legato in feudo ex *Spec. Jacob. & Capyc.* quos citat *Camer. dict. cap. Imperialem carta 15. lit. F. verſ. hic plani dicimus.* Quoniam hæc omnia habent locum non dato aſſenſu hominis, vel legis, ſecus in caſu noſtro, in quo habet locū *Cap. Neap.* dato enim aſſenſu feudum ab allodio non diſtat *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. de diff. inter feud. ex pact. & feudum hæredit. qu. 6. in fin. D. de Ponte de pot. ſt. Proregis de refut. feudi §. 8. num. 16., & 18. Anell. Amat. conſ. 35. num. 7., & 17.*

Plura addere potuiſſemus, ſed quia inter ſcribendum pervenit ad manus noſtras celebre juris reſponſum editum per conſultiſſimum prius magni nominis Advocatum, & juris feudorum Interpretem poſtmodum Præſidem S. R. C. nemini
13 ſecundum *Andream Marcheſium* qui ſcripſit pro D. Elionora Marcheſia contra creditores D. Antonii Caraſa, & nec non minus doctè, quam ſcribendi gravitate percurrit articulum actionis perſonalis competentis ſorori pro paragio ſuper feudo; & nec non tangit, an Aſſenſus *Capituli Neapolitani* præſcribat ſibi locum, nedum in tacita hypotheca legali oriente, ex promiſſione facta in cap. matrimonialibus de feudis oblicandis, ſed queque in ficta, ſeu præſumpta ſtipulatione, cap. matrimonialium; quare conſonum exiſtimavimus ejus lucubrationes eſſe poſteritati tradendas.

Juris Reſponſum Andreæ Marcheſii Præſidis S.R.C.

Super liberatione hujus depoſiti perventi ex venditione redditùum feudalium, & burgenſaticorum Terræ Mole, concurrunt D. Hippolyta, D. Joanna ſorores Carraſæ filiæ quond. Marchionis Pollignani, & ſorores D. Antonii Carraſæ, pro conſecutione earum paragii: etiam fratres Camalduleoſes creditores cum prætenſo aſſenſu dicti D. Antonii, ac Elionora Marcheſia ejus uxor pro conſecutione antephati, creditrix cum aſſenſu legali vigore *cap. Neap. 20. & 21.*

In quorum perſonarum graduatione non credo poſſe difficultari Elionoram creditricem cum aſſenſu pro antephato tam filiabus pro paragio, quam Monaſterio Camaldulenſi creditori eſſe præferendam.

14 Et quoad filias reſpectu bonorum feudalium clara eſt Juris regula; filiam fœminam in bonis feudalibus eſſe penitus incognitam, ac excluſam attento Jure communi feudorum, nec aliquam, legitimam ſuper bonis prædictis competere ei poſſe, nam cui non competit ſucceſſio ab inteſtato, nec legitima. *l. nam, & ſi parentibus, ff. de inoff. teſtam. & inſtit. de inoff. teſtam. §. 1.* & quamvis vigore *conſt. Regn. In aliquibus*, & ut de ſucceſſionibus illa fuerit admiſſa in ſubſidium maſculorū, tamen quando adeſt maſculus remanet excluſa, & tantum ei eſt per dictas conſtitutiones conſultum de paragio, prout in dictis conſtitutionibus, unde pro dicto paragio conſequendo actionem, ne-
15 que realem, neque hypothecariam habere poteſt; ſed dumtaxat conditionem ex dicta conſtitutione *in aliquibus*, quæ actio perſonalis dicitur ad *tex. in l. 1. ff. de condict. ex lege, & ibi DD.* & ex hoc aperto ore, ac ex profeſſo diſcutiendo articulum, an filia pro paragio poſſit agere contra tertium poſſeſſorem feudi paterni alienati à fratre, expreſsè *Iſern. in conſtit. in aliquibus in gloſ. in verſ. Quid ſi deſinat*, voluit non poſſe eam contra dictum poſſeſſorem alio remedio agere, niſi actione
16 revocatoria ſecundum terminos *tex. in l. omnis §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.* ac aſſignat ejus dicti rationem, quia perſonalis actio non ſequitur fundum, allegat *tex. in l. 1. § ſi hæres, ff. ad Trebell.* & quamvis poſtea alleget in contrarium, quod pro alimentis detur actio contra bona a tertio poſſeſſa, unde idem deberet dici de dote, attamen reſpondit in dote non invenire cautum poſſe contra tertium poſſeſſorem agere, prout in alimentis, & ſic remanet ratio, *l. quod ſi voluiſſet, expreſſiſſet, quia non expreſſit, noluit:* Hac *Andr.* & idem tenet *in eadem conſtitutione, in verſ. verius col. 10* bene *in verſ. videtur, col. 5.* Idem cenſuit *Napod. ſecundum jus conſtitutionibus Regni*, de quo nos loquimur, dum tractatur de bonis feudalibus, licet ſecus ipſe meticuloſè tentat dicere ſecundum jus conſuetudinarium propter verba illa, de bonis paternis, & maternis, dum aperit de quibus *in conſuetudine ſi qua moriens, in ver. de bonis, num. 17. & ſeq. lit. I.* & idem, quod ſ. pro paragio non competat, niſi perſonalis actio filiæ, vel ſorori, voluit *Afſl. in d. conſt. in aliquibus nu. 39.* alſcreos debere filiam probare fraudem alienationis, & ſic refert deciſum per S. C. *in deciſ. ſua 162. per totam*, & ibi *add. Urſill.* & ibidem & *Gram.* ubi refert additionem *Anton. de Alex. ad*
17 *Bart.* qui aſſerit per S. C. fuiſſe judicatum pro paragio contra tertios poſſeſſores agi non poſſe, & idem fuiſſe deciſum per S. C. refert ipſemet *Gram. deciſ. 90.* & idem *Afſl.* optimè *in deciſ. 76.* ubi pro paragio taxato ad inſtar legitimæ S. C. judicavit ſorori tantum perſonalem actionem competere, & eſt deciſio in propriis terminis, quod etiam voluit *Minad. conſ. 2. num. 6. Camer. in repet. cap. Imperialem fol. 13. lit. I. & fol. 14. lit. D.* & idem *in cap. 1. An agnat. num. 158. verſ. quod ſi nulla, Afſl. in conſt. fratribus num. 14. verſ. ſed quæro, Petr. de Gregor. in tract. de dote, & parag. quib. nu. 5. & 6.*

Nec dicatur, iſtam actionem perſonalem, quæ pro paragii conſecutione competit, eſſe ad inſtar in rem ſcriptæ actionis ex doctrina forſan *Camer. in repet. cap. Imperialem fol. 13. lit. A.* & propterea ſorores etiam præferandas; nam conſequentia nullo pacto poteſt fieri ſecundum veros juris terminos, ſiquidem actio in rem ſcriptam nil differt ab actione ſimplici perſonali quo ad effectum obligationis *Tex eſt expreſſus in l. 1. §. interdicta omnia ff. de interd. & extraord. cognit.* ubi Jureconſultus aſſerit, interdicta omnia licèt in rem videantur concepta, vi tamen ipſa perſonalia ſunt, & *gloſ.* ibi reſpondit, quia obligatus eſt perſonaliter, quod ſecus eſt in actione reali, ubi non perſona, ſed res obligatur, immo prout ipſemet *Camer.* docet in loco prædicto, & ſi hoc onus tranſeat adverſus poſſeſſorem in ſubſidium, ita feudatarius obligetur occaſione feudi poſſeſſi, non tamen jus aliquod diſtinctum cauſatur in feudo, *argum. tex. in l. fundus §. quamvis ff. de reb. eor.* nec ita per tranſit, ſicut de hypotheca dicitur; quæ jus inducit in re; ſed tantum perſonam feudum poſſidentem perſe-

quitur

quitur, & ideò in *fol.* 14. *lit. B.* dixit, quod sint cauti mercatores, qui dant bona militibus, ut vadant ad bellum pro Domini servitio, quia non possunt petere a judicationem; sed ex hoc tantum fructuum perceptio conceditur eis, & proinde ibi *lit. D.* subsequitur non reperiri Jure cautum, ut pro dote sororis, quæ est onus feudi, sit feudum obligatum, ad hoc allegando *Isern. & afflict. in d.*
18 *const. in. aliquibus*, quod & ipse corroborat ex *text. in c. In plauitie Sancti Martini*, ubi ordinatur, quod omnino impetretur assensus, non autem illum dixit haberi pro prestito, ergo ad causandum Jus super feudo pro paragio, assensus requiritur, ac sine assensu perspicuè patet pro onere predicto non obligari corpus feudi, si ergo realis actio, vel hypotheca pro paragii cōsequutione sorori non competit, sed tantū actio personalis contra possessorē secundum dictam opinionem *Camer.* quā à nemine inveni sequutam, sed ab omnibus cōtradictam, ut dicam inferius: sequitur, quod cum hodie velint concurrere sorores creditrices in actione personali cū Elionora creditrice in actione hypothecaria, ex tritis Juris regulis est Elionora prædicta preferenda: Nec potest pars iterum insur-
19 gere, dicendo quod cùm ratione dictorum bonorum feudalium, & burgensaticorum emptorum per Michaelem Vaiz, sit ipse obligatus personaliter ratione rei possessæ debet paragium satisfieri, ne possint sorores contra eum agere: Nam de reliquo, quod hæc prætensio respiceret personam possessoris, non autem depositatam pecuniam de cujus liberationem ad præsens tractatur, in nullo pacto possunt dictæ sorores pro paragio prælationem prætendere Elionoræ creditrici hypothecariæ cum assensu, cùm simplicē pro eo personalem habeant, tamen adhuc indubitanter insisto, etiam respectu personæ possessoris non posse sororem illam pro paragio molestare, nam cum solvendo creditoribus hypothecariis cum assensu, creditores ipsi possessori Jura sua cedant, ex juribus sibi cessis sine dubio possessor sorores excludet, licet, & ipsi creditores eas excludebant, cum talis possessor isto casu potius virtute jurium sibi cessorum pro creditore, quam possessore reputatur; nec in eo militat regula suprapofita, quod actio in rem scriptam possessorem sequatur, quia illa regula vendicat sibi locum, quando esset simplex possessor titulo emptionis, voluntariæ donationis, vel alterius, ex quo iura creditorum hypothecariorum super re empta non transferentur in eius personam, tunc etiam licèt per simplicem personalem, uti possessor non posset molestari per Personalem in rem scriptam contra eum, ratione rei possessæ datur actio personalis; sed quando creditores repræsentat, prout in casu nostro, nunquam potest possessor prædictus à sororibus pro paragio per turbari, sicuti ex dictis cessionibus, posset rem possessam defendere à creditoribus hypothecariis posterioribus, qui potentius jus habent, cum rem habeant obnoxiam, qui tamen uti simplex possessor subcumberet. Ulterius petita venia *Camerarii* opinio non potest in hoc approbari, cum omnes illi contradicant, & præcipuè *Iser.* super quo ipse se fundat, qui non solùm opinionem *Camerarii*, quod pro paragio actio personalis in rem scripta competat, non admisit; sed facto potius argumento, quia sequatur actio possessorem, sicut de in rem scriptam dicitur, apertè respondit, non teneri possessorem, etiam si dictam esset dari dotes de feudalibus bonis, & subaectit petens quomodo consulatur sororibus, & finis pro paragio respondens, quod aget contra filium, vel nepotem, & fiet executio in ejus bonis, quòd si non sit solvendo, si alienavit feudum, quod alius tenet, aget revocatoria contra eum, & sic indubitanter reiicit actionem in rem scriptam pro paragio, ac proinde sororibus consoluit revocatoria, quod non opus esset, si in rem scriptam actionem sorores haberent, & *Iserniam* in hoc sequuntur *Napod. Affl. Minad. & Petr. de Gregor.* & hanc opinionem tanquam indubitatam S. C. passim admisit, prout testantur *Affl. Gramm. & Anton. de Alex. supra alleg.* Ex his igitur lucidissimè constat de Justitia Elionoræ. Tum quia tantùm actionem personalem sorores pro paragio habent secundum veram, & communem opinionem, & proindè nō possunt præferri Elionoræ hypothecariæ cum assensu; Tum etiam quia dato, & non concesso, quod actionem haberent presonalem in rem scriptam, adhuc sunt ab Elionora præferendæ dum ex hac actione in rem scriptam, non aliud sorores possunt prætendere, nisi actionem contra possessorem, personalem tamen ratione rei possessæ, qui possessor ex juribus cessis eas excludet, remanent enim, ut cumque sint creditrices in actione personali, & propterea à creditoribus hypothecariis, & si posterioribus, exclusæ, & ideò etiam a possessore illos repræsentata ex juribus sibi cessit.

Nec insurgant iterum sorores dicentes secundum *Isern.* posse eas agere revocatoria, sicquehodie posse illas revocare debita contracta per D. Antonium, ac inter alia debitum Elionoræ uxori pro antephato, tanquam constitutum in eorum fraudem: Nam obiectio funditus corruit, siquidem sorores non agerunt hac via, & proinde non possunt de hoc expicere, *l. habebat, ff. de inst. act. Alex. cons.* 121. *num.* 6. & 7. *vol.* 1. *Affl. decis.* 60. Denuò licet vellent hoc remedio uti, ac creditum Elionoræ ad præsens revocare; non possent ex multis, & primo, quia cum debitum ex causa antephati, sit ex causa onerosa Donatio, enim propter nuptias uxori ex causa onerosa, non autem lucrativa venire dicitur, ex regula *tex. in l. unica in versiculo lucrativas, & ibi glo. Bart. num.* 5. *Jo. de Plat. Lucas de Penn. num.* 45. & 46. *C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. *Bald. in l. fin. in prin. C. de dot. promiss & Ias.* qui dicit hanc communem opinionem, asserens idem observari respectu viri in dote, quod in uxore in donatione propter nuptias *in §. item si quis in fraudem, num.* 30. & 31. *instit. de action.* & ad hoc etiam facit, quia vir non solùm dicitur habere dotes ex causa onerosa, verum si fuerit factum pactum de dote lucranda; vel adsit statutum quod, decedente muliere in matrimonio, vir lucretur dotem, tamen nunquam dicere habere dotes ex causa lucrativa, sed adhuc lucrum dicetur habere ex causa onerosa, cùm causa onerosa præcesserit idest matrimonium, prout in terminis voluit *glos. in l si donaturus, § fin. in glos. fin. in ver. dumtaxat ff. de condit. causa data*, & communiter esse sequutum voluit *Alex. ibi num.* 6. &
20 *Jas. loco præcitato num* 30. cum ergo, quod Elionoræ debetur, ut dixi, dicatur deberi ex causa onerosa, sequitur, quòd ad revocatoriam obtinendam sorores deberent probare de fraude tam in personam D. Antonii debitoris, quam in personam

sonam Elionoræ creditricis *ex reg. tex. in l. qui autem §. hoc edictum,& in l. ait Prætor. §. quod ait ff. de his quæ in fraud. cred. & in §. item si quis in fraudem inst. de actio* & ibi communiter DD.& in terminis nostræ quæstionis quod soror debeat probare de fraude adhoc ut revocare possit, voluit *Isern.* dum allegat *tex. in §. Lucius in loco præcit.* & expressè quod debeat probari fraus, voluit *Affl. & in d. const. in aliquibus num.* 39. & apertissimè voluit S. C. ex relatis per *Marinum Saxum*, quem refert *Salernus in addit. ad consuetud. si qua mulier in cap. quoniam tractat*, ubi inquit, quod in causa fratrum de Lucterii petentium paragium matri eorum debitum contra tertios possessores, referente Antonio de Jannario S. C. Præsidente, cum interventu Joannis Martialis Capycii, Antonii de Palmerio, Jo: Aloysii Attaldi, & Cicchi de Loffredo, fuisse illos tertios possessores condemnatos, qui omnes publicè declaraverunt ipsos motos fuisse ad Judicandum ex fraude in actis probata concurrente in personam utriusque tam debitoris, quam possessoris, & quod ea cessante decrevissent contrarium, & idem tradit *Jacob. Anell. de Bott. in addit. ad const. in aliquibus, incip. in isto vers.* Quæ fraus in casu nostro non solùm non fuit probata, verùm etiam nec pacto aliquo à sororibus probari poterit cùm alienatio facta ex causa dotis, vel donationis propter nuptias non dicatur fieri in fraudem ex dictis per *Napod. in consuet. Et si testator, in ver. disponere, num.* 9. tum quia communiter ab omnibus fit, tum etiã quia vix potest contrahi matrimonium, antephato non constituto, ut patet ad sensum, ac experientia docet; imo dico fortius, quod fraus non posset probari, nec considerari, & si creditum Elionoræ non procederet ex causa antephati, sed ex quamvis alia causa; Clarum est enim, quod eo tempore D. Antonius possidebat introitus hos Terræ Molæ, qui communiter æstimabantur ad minus ducat. 45. mil. cum ab eis percipiebat ducatos ter mille in circa quolibet anno, & paulò ante illosmet emisset pro ducat. 40. mille centum quinquaginta novem, cum in anno 88. sub die 9. Julii emit, & in anno 1591. de mense Aprilis matrimonium contraxit, & consequenter erat tantum in bonis ut alienario in longè majori summa non poterat dici fraudulenta, cum igitur ex dictis omnino cessset fraus, cessat etiam, & remedium revocatorium. Secundò, quia & si adesset fraus, quod omninò negatur, nec poterit unquam ex parte sororum probari, tamen jam lapsum est tempus, infra quod potuissent sorores hoc remedio revocatorio uti, cum non solùm post antephatum constitutum sit lapsus unus anus, sed viginti quo lapso, non potest creditor, & consequenter non possunt sorores creditorem hypothecarium, & sic Elionoram molestare, cum sit creditrix ex causa onerosa ad *tex. in l. 1. ff. quæ in fraud. cred. & in d. §. si quis in fraud. ubi glo Faber, Aret. Jas.* & benè *Mynsinger. num. 52. & 53. instit. de action.* & quod dictum tempus incipiat currere à die obligationis contractæ, vel alienationis, voluit *glo. in l. fin. in ver. annum C. de revocan. his quæ in fraud. cred. ex tex. in l. qui autem, §. fin. & l. ait Prætor, §. annus, ff. quæ in fraud. cred.* & licèt *Aret. in d. §. item si quis in fraudem, num.* 11. velit, quod tempus prædictum ad finem, ut currat, requiratur, quod debitor principalis esset notoriè, decoctus, tunc enim currit tempus proponendi dictam actionem revocatoriam, quæ opinio est contra *glos. & tex.* præallegatos, qui tantum simpliciter asserunt currere tempus à die alienationis nulla facta mentione decoctionis, prout considerat *Jas. in d. §. num.* 89. Tamen in casu nostro etiam secundum *Aret.* tempus est sextuplicatè lapsus, cum à die, quo fuit dictum, quòd committatur graduatio, & graduatio facta, sunt sex lapsi anni, & sic patet non solum revocatoriam non convenire, quia fraus ex omni latere cessat, sed etiam, quia tempora revocatoriæ proponendæ non largiuntur.

Tertiò, quia etiam si hoc creditum Elionoræ non esset ex causa onerosa, prout est, sed ex alia causa lucrativa, adhuc revocatoria sororibus non competeret; Clarum est enim, quod quando sumus in causis lucrativis, debet creditor probare, quod debitor alienavit, vel obligavit animo cum fraudandi, licèt non tenеatur probare fuisse possessorem, vel concreditorem fraudis participem, prout in causa onerosa *ad tex. in d. l. qui autem, §. hoc edictum ff. quæ in fraud. cred. & in d. §. item si quis in fraudem, & ibi DD.* & præcipuè *Jas. num.* 27. Sed ex supradictis lucidissimè constat, nullam etiam ex parte D. Antonii debitoris adfuisse fraudem tum respectu causæ obligationis, quæ excludit omnino fraudem, tũ respectu bonorum, quæ tunc temporis talia erant, ut penitus de fraude sororum ei non poterat oriri suspectum neque aereum. Nec omnibus supradictis posset in contrarium produci *addit. de Bottis in d. const. in aliquibus*, quæ incipit. *Notandum*, ubi prius arguit, quod sufficiat fratrem non esse solvendo, ad hoc ut revocatoria soror agere possit, aliter non probata, fraude: Nam clara est responsio, siquidem idem de *Bottis in fine* postea concludit in titulo oneroso debere probare fraudem ex parte emptoris, & in subseq. addit. quæ incip. *In isto versic.* asserit clarissimè, ad hoc ut revocatoria soror pro paragio agat, fraudem debere probare sicque ultra illum, voluit clarè *Isern. Affl.* & passim admissum fuit per S.C. prout dixi supra Denuò in eodem argumento de *Bottis*, licèt arguendo, dicit non, debere sororem probare fraudem emptoris, tamen admisit, quod omnino fraus debeat probari ex parte debitoris, quod in casu nostro non processit, & ulterius licèt exclusisset, prout apertè imò inclusit onus probandi fraudem, tamen revocatoria soror infra tempus anni à lege sibi datum, tentare debeat, quod in facto non fuit intentatum, & dum non sumus in fra annum, sed Jam, ut dixi, viginti sunt elapsi anni à die obligationis, & sex à die notoriæ decoctionis D. Antonij, non est amplius hæsitandum super hoc; unde concludendo, patet apertissime sorores, & quia posteriores, cum personalem habeant actionem, & quia revocatoria non egerunt, & tandem, quia possunt illo remedio uti, cessante omnino fraude ex parte utriusque, & quia elapsum est tempus illud remedium proponendi, omni jure ab Elionora esse præferendas, quod etiam per partem Marii Bucchi viri D. Hypolitæ fuit jam expressè confessum; nàm prævidens ex hoc non posse obtinere in paragio suæ uxori debitum, tandem præsentavit capitula confecta cum Francisco de Curte primo viro D. Hippolytæ, in quibus fuit promissum paragium liquidandum per D. Franciscum, quæ fuerunt confecta ante matrimo-

nium

nium contractum inter D. Antonium, & D. Elionoram Marchesiam, & sic ex hoc insurgit prætendens, quod & si pro paragio non haberet actionem, oili personalem vigore constitutionis, tamen hypotecariam vigore dictorum capitulorum, quæ suut Anteriora capitulorum Elionoræ.

Sed ex hoc contractu ultimo loco præsentato, nec posse Marium, ac D. Hippolytam juvari ad exclusionem Elionoræ, elarè demonstratur, siquidem dicta capitula fuerunt confecta à Marchionissa Polignani, tutrice D. Antonii pupilli, pro quo se obligavit ad paragium, & pro eo obligavit bona feudalia pupilli absque decreto Judicis, quod erat necessarium siquidem certum est in jure bona pupilli non posse per tutorem obligari absque decreto, etiam sit causa obligandi si necessaria, ut dos, donatio propter nuptias, vel æs alienum, ad *tex. in l. lex, quæ tutores, C. de adm. tut.* & ibi *Bar. & Bal. in l. nulla in fine C. de jure dot. & in cons. 108. lib. 1. cumulat. Tiraq. de retract.*
22 *lignag. §. 1. gl. 14. nu. 91*, qui voluerunt non posse pro dote restituenda uxori, vel solvenda sorori, obligari bona pupilli absq; decreto., & quod obligatio sic facta non teneat, cum ergo in capitulis, & contractu non adsit decretum, sequitur, quod dicta obligatio facta a Marchionissa uti tutrice, non teneat, & ex ea D. Hippolyta fulciri nequeat quod si dicat iterum potuisse fieri dictam obligationem hoc casu, cum absque obligatione, per constitutionem obligabatur D. Antonius dare paragium, replicatur illud non posse de jure admicti patet enim per supra allegata, vigore constitutionis non obligari D. Aotonium, nisi personaliter pro paragio unde dum ex contractu vult huic obligationi personali superaddi Hypothecariam, ad quod non erat per constitutionem obligatus, hoc non posse fieri absque decreto, ad quod affero singularem doctrinam *Jason. in l. si constante, num. 221. ff. sol. mat.* ubi tenacitèr asserit, nec allegat contradictorem, posse minorem, qui non habet curatorem, se, personaliter obligare ad *tex. in l. curatorem habens C. de in integ. rest.* & tamen iste minor personaliter obligatus non potest absq; decreto obligare bona sua immobilia, ad quod affert *text. in l. 1. ff. reb. eo. & in l. fin. C. de reb. alien. nō alien.* Ex hoc igitur apparet non ideo, quia per constitutionem erat D. Antonius obligatus personaliter potuisset obligari realiter per contractum absque decreto, & sic concludo non posse ex dicto contractu D. Hippolytam obtinere, tanquam nullo absque decreto. Ad quod etiam addo, quia sicut in paragio liquidando D. Hippolyta, vel ejus vir, non ead.t hypotheca ex supradictis, quodtanto fortius non cadit nec hypotheca, nec act.o personalis, quod interesse promisso in contractu, in quo paragium fuit liquidatum, ac etiā taxata cer-
23 ta quantitas pro interesse decurso à die promissionis paragii liquidandi usq; ad diem dicti contractus, in qua liquidatio paragii præcedit. Nam dum paragium erat liquidandum, non erat certum, immò culpa viri, ac ejusdem D. Hippolitæ non liquidatum ad cujus onus fuit commissa liquidatio, ipsa non fuit cum effectu peracta, sequitur, quod non adsit ulla mora ex parte D. Antonii, cum nesciebat quid solveret, & consequenter dicta summa docat. 800. taxata pro interesse decurso, pro paragio adhuc non liquidato, sed liquidando, ullo pacto debeatur, quando enim debitum non est liquidum, sed liquidandum, mora
24 non committitur antequam liquidetur, & declaretur certa quantitas *l. 2. C. de usur.* ita *Bal., & Alex.* quos sequitur, & secundum eos judicatum in S. R. C. refert *Affl. decis. 205.* Et hæc quo ad bona feudalia.

Quo verò ad creditum Monasterii, & Fratum Camaldulensium pariter spero à doctissimis Dominis Judicantibus illam esse præferendā, & hoc ex duplici capite. Primo, liquidem Monasterium intantum potest pretendere anterioritatem, & prælationem in dictis bonis feudalibus, inquantum esset creditor cum assensu, sed ex actis pereuntacto processu adhuc non vidi super donatione à Marchionissa Montisbelli eidem Monasterio facta de dicto credito suisse præsentactum aliquem assensum, ergo nescio quo jure possit in dicto deposito aliquid prætendere, ad quod addo fore us, quod non solum non fuit assenlus præsentatus, sed nec poterit uoquam præsentari, cum dum tractatur de Ecclesia; non de facili Rex solet assentire, immò ipsa de jure est incapax feudi, vulgatis juribus, & clarum est, quod idem judicatur de feudo, quod ipsa actione ad feudum, ut per *D Barth. de Capua in consl. Regni minoribus, & per D de Franch. in decis. 595.* & ptorex virtute pragmaticæ delli novi capi, non possit assensum præstare, quia deveniret actio ad feudum in manus mortuas, quod per *d. pragm. prohibetur.*

Nam clarum est, quod qui est inhabilis ad feudum, erit inhabilis ad actionem feudalem, & ut solius, Regis est in casibus in *d. prag. contentis*, habilitare ad feuda, ita & habilitare ad jura, & actiones feudales, comprobat optimè *Vinc. de Anna in alleg. 122. num. 7.* & hinc est quod *Andre. in consl. honores diadematis nostræ*, voluit, quod illa constitutio, quæ loquitur de feudatario habente feudum, procedat etiam in eo, qui habet actionem ad feudum, & *Cannet. in extravagat. volentes fol. 30. in vers. sed opere pretium, est*, asserit quod constitutio *consuetudinem pravam*, quæ loquitur de feudo, obtineat etiam locum in actione ad feudum, & quod in ea procedat etiam dispositio *c. Titius, si de feud. fue. controv. inter dom. & agnat.* quamvis dispositio illa sit exorbitans, voluit idem *Cannet. in d. extravag. fol. 111. num. 11.* & facit, quod eadem solleonitas, quæ requiritur in alienatione rei, requiritur etiam in alienanda actione cōpetente ad ipsam rem, idemque sicut res stabilis minorum non venditur validè absque decreto Judicis, ita & actio competens ad ipsam rem immobilem *gl. est in l. 1. C. si adversus transact.* & ibidem
25 *DD. Corn. cons. 216. vol. 4. num. 12. Alex. cons. 27. lib. 3. Tiraq. in tract. de retract. gener. §. 1. glos. 1.* & facit ad etiam, quod idem judicatur de actione rem, sicut de ipsa re ad *tex. in d. l. ad dissolvendam, C. de præd. minor.* Ex hoc igitur primo capite clare constat Camaldulense Monasterium omnia prorsus super dicto deposito carere actione.

Secundo, dato, quod afferret assensum à Rego Invictissimo nostro impetratum, adhuc tanquam posterior creditor venit excludendum, constat enim ex facta capitula matrimonialia suisse inter D. Antonium debitorem, & Elionoram confecta ante diem debiti contracti per D. Antonium cum dicto Monasterio: debitum enim fuit cōtractum à D. Antonio die 22. Maii 91. cū Joāne Vicētio Sammarco, à quo dictum Monasterium causam habet & ex

& ex cujus persona facit se hodie creditorem; Capitula verò fuerunt inter ipsos conjuges longe prius confecta, & hoc quamvis non possit percipi ex data capitulorum, percipitur tandem clarissime ex facto infrascripto indubitatn, siquidem apoca donativi fuit missa à Dom. Antonio præd. ètèElionoræ in summa ducatorum 1600. sub die 20. Maii
26 91, in qua nominat Elionoram suam conjugem, & verum est, quod ex summa prædicta, quæ correspondet doti promissæ in capitulis prædictis duc. 16000. ad rationem ducat. 10. pro centenario ut communiter fit in hac Civitate inter nobiles, & ex nominatione ibi facta, ubi Elionora conjux asseritur, perneceſſe est præsupponendum, capitula præcessisse, tanto magis, quia post capitula firmata, quod sponsus mittat sponsæ sub nomine doni; & pro dono de singulis ducat. mille in dotem promissis, duc. centum, est non solùm commune, & consuetum, sed redactum est ad necessitatem, prout refert *D. de Franch. dec. 503. num. 5.* unde cum sit sequela necessaria, præsupponit antecedens, & sic capitula præcessisse. Addo, quod ad hoc elu-
27 cidandum afferuntur tres publigationes factæ inter dictos conjuges, prima sub die 3. Maii, secunda sub die 5., & tertia sub die 16. ejusdem mensis, ubi conjuges ipsi in Ecclesia Parochiali spōsi publicantur, quæ publicationes clarum est, quod non fiunt, nisi firmatis prius capitulis matrimonialibus, & tādem affertur fides desponsationis sub die 23. ejusdē mensis Maii, unde ad minus non potest negari quin dicta capitula matrimonialia prius ejusdem diei 23. fuerint firmata, quod sufficeret pro anterioritate Elionoræ: Clarū est enim in jure, quod inter alia privilegia, quę dos habet, illud est, ut si eodem die sint duo instrumēta cōfecta, illud instrumentū mulieris prius præsumitur confectum, ex doctrina *Bal. in l. ad exactionem C. de dot. promiss.* quam sequitur cumulando *Jas. in §. fuerat, num. 70. inst. tract.* & clarissimum quoque est, quod omnia privilegia dotis sunt communicata antefato, seu donationi propter nuptias, ex *reg. tex. in leg. fin. & in auth. sed jam necesse, & in l. cum multa. C. de don. ante nupt. & not. in l. ubi adhuc. C. de jure dot.* per quæ jura fuit per S. C. decisum, quod pactum, per quod conditio dotis fit deterior, sicut non valet, sic etiam, & pactum in antefato præjudiciale, prout per *Affl. dec. 154.* sic etiam, & privilegium tacitæ stipulationis, quæ in dote habet locum, etiam in antefato procedit, ita singulariter *Bal. in l. 2. C. de bon. quæ lib.* & sequitur *Jas. in d. §. fuerat.* Et tandem, quòd dies capitulorum matrimonialium fuerit longè proprius debiti contracti cum dicta Marchionissa Montisbelli, à qua præsupponit Monasterium causā habere, apparet præclarissimè ex procuratione facta Marchionissæ matri per D. Antonium filium, ubi sub die 2. Maii 1591. dat ei potestatem, ut possit accipere ducatos quatuor mille, ad hoc ut possit mittere donativum Elionoræ uxori ex causa matrimonii cum ea jam contracti.

28 Hoc jacto fundamento, sequitur innubitata, & passim in praxi observata, & judicata conclusio, quod hypotheca, quæ competit uxori super bonis viri pro restitutione dotis, & antefati acquiritur à die firmæ capitulorum matrimonialium, prout fuisse servatum in S. R. Conf. in causa Juliæ Avighanæ cum Jo: Angelo Pisanello, referente Hectore Jesualdo in anno 1553. & in causa Hieronymi de Morra cum Virginia ejus uxore, & referente in anno 1569., & in causa creditorum Comitis Sanctæ Severinæ cum Salvatore Spinello, referente Vitello in anno 1574. refert *D. de Franch. decis. 677.* Et sic etiam fuit paucis retro diebus judicatum in R. C. C. referente D. Montoya, nunc dignissimo Regente in causa D. Portiæ Caracciolæ Thesaurariæ cum Regio Fisco, & creditoribus viri, patrocinante pro ea Doctore Julio Cæsare Caracciolo, & in specie in feudis, quod attendatur dies capitulorum pro obligationibus feudalibus, tenuit *Camer. in repet. c. Imperialem fol. 55. lit. F.* & latè *Gram. Lusit. dec. 355.* & est punctuale *cons. Fulgin cons. 216.* per totum, quod cum sit, & sit etiam indubitatum, quod capitula fuerint prius firmata, quam debitum fuerit cum authore Camaldulensium contractum, sequitur, quod Elionora tanquam anterior in dicto deposito venit præferenda, cùm assensum legalem habeat per *cap. 20. & 21.* per Regem Catholicum concessum Neapolitanis mulieribus, prout ipsa est, & apparet ex fide ejus Baptismi.

Nec obstat, quod ex parte Camaldulensium in contrarium affertur per doctrinam *Camer. in repet. c. Imperialem fol. 55. lit. H.* illud siquidem, quod dicitur de Assensu Neapolitanis mulieribus per *cap. 20., & 21.* concesso, non habere locum in hypotheca tacita legis pro dote data: super ea enim *cap. non assentire*, prætendentes forsitan in dictis capitulis obligationem feudalium non adesse, nam contrarium in illis probatur Colligitur clarè ex
29 verbis illis. *E di tutto si debbia far instrumento, con obligatione d' essi Signori matri, e figlio insolidum de' beni burgensati, e feudali, e titulati, con lo Regio assenso per li feudale, che s' obligheranno* ex quibus cum adsit promissio de obligando bona feudalia, ad evitandum circuitum, habetur pro obligatione, ita *Jo. And. in add. ad Spec. in tit. de oblig. & solut. super rub.* ubi dicit, quod ille, qui promittit se obligaturum ad decem, potest statim ad decem conveniri absque alia obligatione causa evitandi circuitum, & refert fuisse dictum *Alber. Galeot.* quod perpetuo affirmat esse menti tenendum, quia prima facie multi dicerent contrarium, & eum sequitur *Alex. in l. cum fundus §. servum tutum imprudens*, & ibi *DD. communiter, ff. si cert. pet. & Jas. in l. Dominus, qui testamento ff. de cond. ind.* latè *Dominus de Franch. in decis. 574.* ad quod facit, quod in simili dicitur per *Salyc. in l. si ut proponis, ff. de cond. ob cau.* ubi voluit quod si quis promittit donare quod tunc est donatio, quia infinitivum omne tempus concernit, ad quod potuit allegare *glo. in l. 4. §. Cato. in verb. pro te non fieri, ff. de verb. oblig.* & ad idem *Alex. cons. 28. num. 5. vol. 1*, & in specie, quod parem vim habeat dos promissa, vel constituta, dicit *Bal. in l. fin. C. de dot. promiss. Alex. in l. non tantum in pen. col. ff. de re judic.* & idem *in cons. 220. vol. 2. & in cons. 63. vol. 4. Angl. in cons. 179.* & firmat *Rovr. in decis. 183. num. 13.* Ad quod addo, quod licet per consuetudinem Neapolitanam fuerit provisum, quod ad finem lucrandi per uxorem quartam, seu antefatum, oporteat, quod sit quarta constituta, ut in *consuet. quartam autem*; ibi constituta, ubi *Napod. super d. verbo B. num. 15.* dicit debere constitui, tamen licet non sit constituta dūmodo sit promissa cōstitui, uxor eam consequitur, atque lucratur, ut per *Napod. in d. loco, n. 16. &*

16. *& ibi add.* ad hoc moventur per DD. supra relatos, quod paria sint, promissio de obligando, quod obligatio, sicque fuisse per S.C. decisum, refert ibi *Ant. de Alex. in add. quæ incipit. Sentit. & alias dec.* S. C. refert ibi *Gramm. in add. quæ incipit, Mulier etiam dota*, & quòd etiam ad evitandum circuitum, multa contra cæremonias juris civilis tolerantur. *Cassan. cons. 11. num. 67.*
30 Cum ergo hæc promissio de feudalibus obligandis pro vera obligatione habetur, ergo frustra pars, ex *Cam.* doctrina, exclusionem Elionoræ prætendit; sed dico fortius non solum promissionem de obligando in dictis capitulis adesse, sed immo apertam, & expressam obligationem feudalium, leguntur, quæso, verba illa ibi. *Si come da mò, per all'hora, contratto detto matrimonio, & è contra, insolidum constituiscono, ordinano, & donano donationis, &c. l'antifato di duc. 533. supra tutti i loro beni burgensatici, e feudali*, dictio enim *super*, Hypotecam importare, est *tex. in l. codicilli. §. 1. & §. instituto. ff. de leg. 2.* & ibi *Bart. Napod. in consuet. si qua mulier, super verb. de bonis lit. I. num. 22. & D. de Franch. decis. 714. num. 2.* si ergo adest expressa obligatio, succedit conclusio, ab eodem *Camer.* canonizato, quod assensus capituli Neapolitani habet locum ex dicta obligatione in dictis capitulis facta, prout ipse probat *d. repet. cap. Imperialem, fol. 55. lit. E. F. & S.* ubi expresse determinavit sufficere obligationem factam in capitulis matrimonialibus, ac in ea operari *cap. Neap.* dantia assensum mulieribus pro dote, & ab eo die contractus vigore capituli obligatione super feudis, quod etiam procedit in antefato perlanctione Caroli V. prout testatur *Camer.*
31 *in d. repet. fol. 53. de. lit. Q.* & ita fuisse judicatum, ut s. assensus *d. cap.* operetur super capitulis matrimonialibus a die dictorum capitulorum, refert *Lanar. cons. 18. num. 9.* licèt ipse in viro contrarium sentiat, quando vult contra tertium agere, tenens in hoc majus privilegium favere uxori petenti, quam viro, quod non discutio, quia in causa non deservit, cum simus in uxore. Nec tandem potest per partem prætendi d. capitula ei non prodesse, tanquā non firmata à D. Antonio ejus viro, sed tantum a Marchionissa matre D. Antonii, quæ nomine suo, ac D. Antonii illa promisit observare, hæc enim frivola objectio pluribus confutatur modis. Primo, siquidem apparet ex eodem instrumento Camaldulensium Marchionissam Pugliani matrem, fuisse eo tempore generalissimam procuratricem D. Antonii, dum ergo ipsamet, tam nomine suo, quam nomine D. Antonii capitula firmavit, frustra de hoc hæsitatur per partem.

Secundo, etsi non appareret, prout clarè apparet procuratio, tamen apparet ratificatio in instru-
32 mento dotali, in quo ipse solemniter ratificavit, & se obligavit, ex quo sequitur, quod proinde habetur, ac si ipsemet ab initio contraxisset, est *tex. in l. cum fundus, §. servum suum imprudens, ubi Dec. in 5. not. ff. si cert. pet. num. 13.* & facit *tex. in l. Cajus Sejus, in fin. ff. de manumiss. & in l. Pomponius, §. cum quis adminiculo, ff. de acq. poss.* ratificans etiam, & ratum habens, dicitur facti *auctor. ex rig. tex. in l. in summa §. Cassius ff. de aq. plu. arc. quem ibi not. Bal.* ad hoc, & dicit non reperiri alibi, & eum sequitur *Jas. in l. stipul. ista. §. alter. ff. de ver. obl.* & in specie, quod obligatio reconvalescit, ut à principio, cum D. Antonius ratificavit obligationem factam de bonis suis est casus *in l. si fundus. §. 1. ff. de pignor. & not. Bal. in l. 1. ff. eod.* & in terminis capitulorum matrimonialiū ratificatorum per virum in instrumento dotali est solemnis *decis. Gramm. in decis. 103. à nu. 6. usque ad 10.* Nec dicatur non posse ratificationem retrotrahi in præjudicium tertii, nam DD. supra citati hoc voluerunt expresè, dum dicunt reconvalescère à principio obligationē, & fundatur, quia ex eo probatur tunc adfuisse mandatū sicque non vi retrotrationis, sed mādati probationis hoc inducitur.

Tertiò, etsi non concederetur posse ratificationem convalescere, prout ex tunc in præjudicium tertii ex eo, quia mandatum præcessisse præsupponitur; quod expresè negatur, tamen adest alia ratificatio tacita, quæ re ipsa ex facto colligitur;
33 adest enim, apocha donativi missa a D. Antonio Elionoræ conjugi pro summa dotium in capitulis promissa, adsunt, & publigationes matrimonii, quæ omnia præsupponunt scientiam; & ratihabitionem capitulorum. Adest tandem procuratio, ubi apertè ratificat capitula, dum dicit, jam matrimonium contraxisse cum Elionora, quod non poterat verificari, nisi in capitulis matrimonialibus, quæ sponsalia dicuntur per verba de futuro, & clarum est tacitam ratificationem, sufficere ad convalidandam obligationem, sunt verba *tex. in l. Paulus ff. rem rat. haberi, ubi Paul.* respondet non tantum verbis ratum haberi posse, sed etiam actu. *Dec.* pulchra *in cons. 58. num. 1. & in cons. 367. num. 3.* & idem *in l. semper, qui non prohibet, nu. 6. ff. de reg. jur.* latè more suo colligit *Tiraqu. in tract. de const. poss. part. 3. limit. 30. num. 12.* nec potest dici ratificasse matrimonium obligationem, nam prætermitto, quòd, ut supra dixi, non aderant, nisi capitula matrimonialia, quæ dum ratificat obligationem in eis appositam, inferius dico, quod dum matrimonium certis legibus, & pactis contrahitur, non potest ratificari pro parte, & per partem non individua est enim voluntas, & non potest pro parte rescindi, & pro parte non, nam alias absque dubio Elionora non contraxisset.

Et tandem, quando non adesset procuratio, non ratificatio tacita, nec expressa, ad huc non posset per partem defectus firmæ D. Antonii obiici, nam clara est juris regula, capitula matrimonialia fingi stipulata, etiam si verè stipulatio non intercesserit favore dotis, *tex. est expressus in l. unica C. de rei uxor. act.* & ibi *Bal.* quem *Doc.* communiter sequuntur, & habetur. *Ang. in l. fuerat*, & ibi etiam per *Jas. num. 46. & 55.* asserentes ex doctr. *Bal. & Ang.* qui aut intervenit stipulatio, & tunc sumus in certo aut dubitatur si intercesserit, & præsumitur intercessisse, & aut certum est eam non intercessisse, & ea fingitur favore dotis, quæ ficta stipulatio habet vim instrumenti, & expressæ stipulationis, & ideo ita meretur exequutionem vigore instrumenti, sicut expressa, præsumitur enim, quod solemnitate facta sit *l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fidejuss. tutor.* ita *Bal.* quem refert, & sequitur *Jas. in loco præcit. num. 58.* & hæc ficta, vel præsumpta stipulatio habet locum in donatione propter nuptias, seu antefatum, prout in dote affert. *Jas. tex. expressum in l. fin. in princ. vers. vel stipulatione, vel leg. C. comm. utr. jud. & Bald. in l. 2. per illum tex. C. de bon. quæ lib. & Gramm. d. dec. 103. n. 6. & 87. & 144.* & in terminis nostris propriis, quòd
34 in hac ficta, seu præsūpta stipulatione in capitulis

matrimonialibus operetur, & sic in ipsa obtineat assensus capituli Neapolit. 20. & 21. optimè *Gram. in d. decis. 103. in locis praallegatis, juncto num. 110.*

Ex his igitur si constat Camaldulenses actione feudali carentes non posse illas exercere super hoc deposito, quod ex feudo pervenit, si apparet prioritas temporis Elionoræ, si expressè in capitulis matrimonialibus legitur feudalium obligatio. Et tandem ex omni latere, aut probatur, aut fingitur, aut præsumitur D. Antonii promissio, judicandum spero, & Camaldulensibus Elionoram præferendam fore, sicuti supra, & sororibus fuit probatum; hæc temporis angustia currenti calamo à Dominis meis corrigenda, sed non reprobanda censeo.

Andreas Marchesius.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 104.

SUMMARIUM.

1 *Remedium* canonis reintegrandæ *competit spoliatis, & in possessione turbatis.*

2 *Spoliatus de feudo, an sit restituendus si constat in promptu de defectu dominii, seu investituræ & cautela traditur per Auctorem, & nu. 3.*

4 *Remedium reintegrandæ possessionis, an cesset in hærede spoliati, & quid quando hæres proponeret remedium ex persona defuncti.*

6 *Manutentionis remedium an competat hæredi ob turbationem defuncti illatam, & quid in feudis n. 7.*

8 *Præscriptio temporis immemorabilis an competat adversus remedium spolii, & quid adversus Ecclesiam, & num. 9.*

10 *Assensus Regis supplet in Regno vicem novæ investituræ, juxta* Andreæ *Theoricam communiter receptam, & juxta tenorem verborum Privilegii Regii Assensus nu. 11. 12. 13. 14. 15.*

16 *Investitura est duplex, nimpe verbalis, & regalis juxta distinctionem* Horatii Montani,

17 *Assensus Regis, an requiratur de jure communi ad constituendam hypothecam super bonis feudalibus, 18.*

19 *Et quid fuerit immutatum, vel additum per* Constitutionem Divæ Memoriæ.

20 *Revocatio virtute* Constitutionis D. Memoriæ *an detur in hypothecaria super feudo, per quam non transfertur dominium in emptorem; & quid in actione ad feudum, seu venditione annuorum introituum facta super burgensaticis cum obligatione bonorum feudalium nu. 21.*

22 *Assensus super hypotheca bonorum feudalium; an possit omni tempore impetrari.*

23 *Regius assensus, an requiratur in venditione annui censûs facta super fructibus feudi.*

24 *Instrumentum an possit liquidari pro quantitatibus tertiarum pervenientibus ex venditione annuorum introituum facta super bonis feudalibus sine Regio assensu.*

25 *Census ad formam bullæ an possit constitui à feudatario, qui gravat suum legitimum successorem in feudalibus super pretio feudi, vel super fructibus feudi.*

22 *Assensus impetrandus super venditione annuorum introituum factu super pretio feudi, est impetrandus super speciali hypotheca.*

1 PRincipalis articulus plenissimè discussus per *D. meum Consiliarium* in presenti resolutione versatur circa remedium *Canonis reintegrandæ 3. q.* quod competit spoliatis, & in possessione turbatis unde nos aliqua ibidem, & in suis observationibus non degustata superaddenda duximus.

2 Prima nostra Conclusio erit, quod spoliatus nō erit restituendus de feudo; si constat in promptu de defectu dominii, vel investituræ, ut decisum ostendit *Reg. Reverterius decis. 13. in fine*, & decisum quoque legimus apud *Reg. Merlin. cent. 2. cap. 27. num. 48.* quamvis non discussis terminis decisionis *Revertor.* sed ex aliis principiis, unde cauti debent esse Advocati illorum, qui deducunt remedium *Canonis reintegrandæ*, ut non deducant titulum vitiosum, quia taliter detecto titulo non esset locus dicto remedio, ut advertit *D. Reg. de Marin. in observationib. ad d. dec. 13. Revert.*

4 Secunda conclusio, quod remedium reintegrandæ possessionis cessat in personam hæredis spoliati, quoties spolium fuit commissum dum testator vivebat ex quo possessio defuncti non continuatur in hæredē absque nova appræhensione juxta tradita per *Covarr.*, &c. per alios apud *Menoch. de recupir. possess. remed. 1. num.* 409. quod limitatur,
5 quando hæres proponeret remedium ex persona defuncti, & juxta hanc limitationem decisum refert *Reg. Marcian. disput. 85. lib. 2.* cujus opinionem comprobat *Reg. de Marin. in observat. ad decis. 13. Reg. Revert. à num. 5. tom. 1.*

Non minor est difficultas in interdicto retinendę possessionis, *seu uti possidetis*, quod cōpetit possessori, qui in sua possessione perturbatur num cōpetat illi manutentio ob turbationem defuncto illatam videndus est *Harpreƈt. in §. retinendæ 4. institut. à n. 16. ad 22. de interdictis tom.* 4. ubi quod non potest hæres experiri hoc interdicto ob turbationem defuncto illatam; nisi & ipse quoque turbatus fuerit ex eadem ratione, quod diversa est possessio defuncti à possessione hæredis ex *tex. in l. ad hæredes in principio ff. de acquir. vel amittend. possess.* accedit *Menoch. de retinend. possessione remed. 3. qu 6. num. 57.* & adest in terminis *decisio Afft. 145.* ubi sententia lata contra defunctum in interdicto *uti possidetis* non fuit executioni demandata contra hæredem pacificè possidentem post mortem defuncti, accedunt scripta per *Reg. Galeot. controv. lib. 1. cap. 9. à num. 32.* ubi profitentur hanc
10 *ne Capitalis*, siquidem ad instantiam ejusdem de Ambrosio, & aliorum creditorum, aderat graduatio, & discussio de anno 1612., & de anno 1696. quæ extiterat confirmata, mediante decreto Sacri Regii Consilii, & præcedentibus ripartitionibus inter Creditores, & ideò non poterat Dom.Commissarius ordinare sub die 13. Augusti, quod *fierat nova relatio per Scribam causa, tam personarum, quam bonorum*, & multo minus poterat procedi ad illius discussionem, non auditis creditoribus jam graduatis. Graduatio enim tribuit jus creditoribus æquale jus habentibus ad instar sententiæ, & proindè revocari non poterat per novam relationem,

11 & graduationem ad tradita per *Rocc. de decoctionibus notab. 15. a num.48., & per D.Consil. de Altimari de nullitatibus rub.4. qu.3. num.86., & 87. Gallupp. de concursu, & prelat. creditor. par.4. cap. 3. num.8.*

Secunda ratio decernendi, verùm enim vero si pendebat judicium avocationis, motum ad instantiam ejusdem Juliæ de Ambrosio, erat expectandus exitus dicti judicii, & interim non erat procedendum executivè ad relationem creditorum, discussionem, & venditionem bonorum jam assignatorum. Non est enim, qui nesciat judicium avoca-

12 tionis esse judicium ordinarium decidendum; prævio termino, & sententia ex traditis per *Salgad. in labirinth. creditor. 1. par. cap.10. num.75., & 36., & per Giurba; & alios apud Gallupp. in praxi S.R.C. par.4. de concursu, & prelatione creditor. cap. 9. num.9. & novissimè per Reg. Rosa in civili decretor. praxi cap.1. num.10.* ubi refert formulam decreti interponi soliti, *nempè visa supplicatione condemnetur N. ad restituendum capitale in beneficium N. cum cautione in forma.*

13 Tertia ratio freta videtur in inculcatione actorum; Siquidem uno eodemque decreto decernitur, *esse restituendum capitale, & nec non, esse vendendum*, absque notificatione primi decreti, & sic fue-

runt

runt sublata remedia appellationis, nullitatis,& restitutionis in integrum, quæ proponi poterant adversus primum decretum, juxta illud, quod scripsit *Reg Galeota in respons. fiscali 29.decis.4. num. 8.*, & per *Cafarum in specul.peregrinar.qq. cap* 33. *num.*30., *& per Reg. Capycium Latro decis.*173. *tom.*2.

14 Quarta ratio stetisse videtur in attentatis, ex quo fuit processum ad venditionem capitalis,& liberationis pretii post supplicationes porrectas de verbo faciendo, & ex consensibus præstitis pro liberatione pretii capitalis nullo remedio interposito adversus decreta domi lata ad tradita per *Reg. Merlin.controvers.62.nu.12.,& Reg.Marcian. disp. 29. nu.7. lib.1.*

Quinta ratio decidendi oritur ex aliis capitibus decreti, & signanter & illis verbis, fuit provisum, *quod respectu crediti Magnif. Francisci Aliani remaneat cum anterioritate dici celebrationis capitulorū matrimonialium de die* 12. *Ottobris* 1619. & postea immediate subdit. *Citra præjudicium jurium patrimonii circa anterioritatem, si debeat attendi data capitulorum matrimonialium, vel diei obitus viri pro quo partes informent*. Quæ verba sanè nedum implicant manifestam repugnātiam, & contradictionem cum verbis antecedentibus, & sic reddunt nullum decretum, tanquam contra *Tex.in Lubi repugnantia ff. de regul. juris*, dum satis superque sufficiebat illud,quod jam erat expressum, quod creditum dotale *graduaretur cum anterioritate à die capitulorum matrimonialium*, juxta claram,& notissimam juris dispositionem,& ideo non erant adiicienda verba illa subsequentia, destructiva omnium præcedentium,nempe,*quod Partes informarent circa anterioritatem, an à die capitulorum,vel à die mortis viri*, quando hoc non erat quęstioni subiiciendum,dum jam erat determinatum, pròut erat determinandum, nec in jure adest hęc quæstio,si debeat attendi dies obitus viri, sed solum quæstio versatur inter DD. an incipiat hypotheca dotalis à die, stipulationis capitulorum Matrimonialium,vel à die celabrationis, & consummationis matrimonii, in qua dispuᵉtatione semper prævaluit opinio quod attendatur dies capitulorum matrimonialium,ut legitur *apud D.de Franchis.decis.677. num.6.*, cujus decisionea non sunt spernendæ, sed semper præ manibus habendæ, & adsunt recentissimæ decisiones, relatæ per *Consiliarium Staibanum resol.*114., *& in suis obsrrvationibus centuria prima*, & hanc esse veram,& receptam opinionem,tam in hypotheca cōtracta ad favorem mulieris, super bonis viri,quam ad favorem viri super bonis uxoris, juxta opinionem, quam tuetur *Reg.de Marinis in observ.ad decis.*379. *Reg.Reverterii num.4.tom.2.*

Quæ conclusio procedit quoque respectu antephati, ut oriatur hypotheca à die contractus matrimonii, cum dos,& quarta, seu donatio proptèr nuptias, pari passu ambulant, *Theodorus allegatione* 13. *num.2. & 7. Cutellius de donatione contemplatione matrimonii tract.2. discursu pr. special. 13.num.30. tom.2.* unde nescio cur in eodem decreto fuerit hæsitatum, si hypotheca oriatur à die capitulorum matrimonialium, vel à die mortis viri.

Septima ratio resultat ex defectu jurisdictionis, ex quo non poterat Consiliarius Commissarius Domi decernere, esse faciendam novam relationē,

& multo minus procedere ad illius discussionem reformando primam jam executioni demandatam
17 per decreta S.R.C.& per repartitiones factas;nam omne id, quod fit per Dominos Consiliarios Domi, decernentes contra decreta S.C. est ipso jure nullum, juxta jura satis clara in *l.post sentent. C.de sentent.,& interloc.omn.judic.& in l.pr.C. quando prov.non est necesse, & in l.pr.C. de senten. quæ rescin.non possunt, & juxta ea quę in terminis scripsit Consiliarius Narcianus cons.22. num.3. tom. 2.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 113.

SUMMARIUM.

1 *Nullitates non possunt proponi adversùs duo decreta conformia Sac. Cons., vel alterius Tribunalis.*

2 *Et quid quando nullitates concernunt justitiam secundi decreti.*

3 *Et quid quando secundum decretum esset confirmatum in gradu restitutionis in integrum, nu.4.*

5 *Restitutio in integrum regulariter fundatur in læsione, & proindè non præsupponit sententiam nullam, sed læsionem inferentem*

6 *Nullitates adversùs decreta interloquutoria, vel vim diffinitivi habentia, debent proponi infrà sex dies à die intimationis, & tam per viam actionis quam exceptionis, & sic decisum refertur, nu. 7.*

8 *Nullitates non possunt proponi à litis consorte,quādo aliàs fuerunt proposita & ab alio litis consorte, dummodò non adsint alia nullitates, quæ de novo emerserint. Quamvis novissimis temporibus practicatum fuisset, nu.9.*

TRansiit finè controversia illud quod dicit *D.Consiliarius Staibanus* in principio hujus resolu-
1 tionis, nempè, quod existentibus duobus decretis conformibus, non possunt proponi nullitates primi decreti, à quo pars appellavit, vel reclamavit ex *Pragm. 4. in §. 19. de dilationibus*.

Illud tamen fuit in controversiam deductum nūm Pragmatica extendenda veniet etiam in casu,
2 ubi quis dicere vellet de nullitate secundi decreti concernentes justitiam, & fuisse per Sac. Cons. Pragmaticā extēsam testatur: *Episcopus de Afflitto in additionibus ad cap.*33. *à num.*43. *cum sequentibus*, sed idem Author extenctionem impugnat, & acutissimè ponderando verba Pragmaticæ, firmat non esse ejus verba applicabilia ad excludendas nullitates secundi decreti tàm ordinis, quàm justitiæ, nàm aliàs implicaret manifestam contradictionem posse cognosci de nullitate ordinis, & non justitiæ secundi decreti, siquidem annullato secundo decreto proptèr nullitates ordinis, restaret tantùm primum, & iterum tractari posset de illius justitia, per secundum conforme, & validum confirmaretur, nec dissensit *D.Consiliar.de Altimar. de nullitatibus rubr.5.quæst.46.à nu.8. cui placuit opinio Episcopi de Afflict.*, & cætera ejus argumenta reassumit, & nova robustiora addit.

Illud quoque fuit in controversiam deductum,

3 an remedium nullitatis competat adversus decre-
tum Sacr. Confilii, vel alterius Tribunalis con-
firmatum in gradu reftitutionis in inte-
grum.

Negativam opinionem fuftinuimus in *Animad.*
342. num. diftinguendo contra opinionem,
4 quam firmaverat *Confil. Altim. de nullitatib. rubr.*
5. par. 47. Sed nunc poft majorem deliberationem
recedendũ putamus à dicta noftra fententia non ex
rationibus animadverfis à dicto confiliario, fed ex
aliis à nobis perpenfis.

Reftitutio fiquidem in integrum non fundatur
regulariter in eadem ratione fundamentali, qua ni-
5 titur primum decretum, quia alia caufa fubeffe po-
teft ad poftulandam reftitutionem in integrum,
nempè læfionis, ut magiftraliter perpendit *Facbin.*
controv. lib. 18. cap. 18. verf. cogitant., Accedit *Sforcia*
Old. de reftitut. in integr. par. 1. qu. 35. n. 78. ubi
quod in reftitutione adeft alia ratio, nam non ar-
guit errorem Iudicis, fed partis, & *in qu. 43 nu. 25.*
ubi quod reftitutio in integrum non præfupponit
fentẽtiam nullam. Accedit in terminis ftatutorum
prohibentium dic. de nullitate exiftentibus duo-
bus fententiis conformibus, *D. de Franch. decif. 664.*
nu. 12. in fine, & 13. ubi ex *Palin. & Bart.* advertit,
quod in hoc cafu femper quod fecunda fententia
fundatur in alia caufa, non dicitur conformis pri-
mæ; quàm decifionem; non poffum non mirari,
non fuiffe ponderatam, imò neque, allegatam, à
D. Confil. de Altimari, qui alias fuit diligen-
tiffimus in allegandi Auctoribus, qui articulum
pertractant.

Subdit *D Staibenus num. 4.* quod à decretis in-
6 terloquutoriis vim diffinitivi habentibus, Nulli-
tates debent proponi infrà fex dies à die intimatio-
nis, Nos fuper addendum putamus hoc præfcri-
bere fibi locum, tàm fi nullitates proponantur per
viam actionis, quàm per viam inceptionis, ut di-
ximus in *noftra obfervat. 17. Practicar. obfervat. nu.*
34. ubi adduximus noviffimam decifionem factam
per S. Conf. in caufa Dominici Brevén., & hære-
dum Marchionis Ferdinandi Vandeni contrà Ca-
millum Marini, & fuit dictum, quod non reci-
piantur nullitates, & reftituatur depofitum, ut ex
7 actis in Banca de Neapoli, apud Scribam Auriem-
ma de hac decifione teftatur *Regen. Rofa in Civili*
Decretor. Praxi cap. 3. de decretis remedio nullita-
tum nu. 14.

Præterea animadvertere non omittimus, quod nul-
8 litates non poffunt proponi ab uno ex litis con-
fortibus, quando ab alio ex litis conforte fuerunt
femèl propofitæ, & rejectæ; *Altimar. de nullitati-*
bus rubr. 4. qu. 20 num. 38. & rubr. 8. qu. 2. à num.
4. ad 7. ubi quod tales nullitates non funt reci-
piendæ, quando par effet caufa defenfionis inter
litis confortes. Accedit *Thor. in fupplem. nullitates*
femel propofita fol. 443., & fol. 444. ubi quod re-
gulariter Nullitates femèl propofitæ, & difcuffæ
amplius proponi non poffunt, quamvis addantur
aliæ non propofitæ, dummodò non fint nullitates,
quæ de novo emerferint, & ita decifum refert per
Collaterale Confil. Ad contrarium practicatum
vidimus noviffimis temporibus in caufa inter Prin-
cipem Caftellanetæ, & Bilitiani fuper relaxatio-
ne feudi della Scanfana, in qua quamvis per Du-
cem Gravinæ litis confortem fuiffent propofitæ
nullitates actorum, quæ fuerant difcuffæ fub die
25. Martii 1632., & decifum, *non obftare, & pro-*
indè quod procedatur ad expeditionem caufæ, in
qua habetur ratio de prætenfis per partes, à quo
decreto quamvis notificato Procuratori Princi-
pis Caftellanetæ, *f. 661.* Nihilominùs poft annos
75. & fic fub die 26. Octobris 1707. fuerunt pro-
pofitæ per Principem Caftellanetæ aliæ nullita-
tes, quæ fuerunt admiffæ, & difcuffæ, ut *fol. 922.*
& 923. ex Actis penes Morvillum, & Lagum
Scribam.

ANIMADVERSIO

Ad Refolutionem 117.

SUMMARIUM.

1 *Judex, qui fe abftinuit à procedendo ex aliqua juſta cauſa non poteſt amplius intervenire, etiãſi cauſa ceſſaverit poſt effectum conſummatum.*

2 *Opinio Dom.* Rovit. *in dubium revocatur per Antonium Merenda.*

3 *Et quid diſſoluta affinitate per mortem Judicis affinis.*

4 *Judex, recuſatus in una cauſa, an poſſit ex conſenſu partium intervenire in cauſa, in qua fuit recuſatus, & in cæteris recuſantis.*

5 *Explicantur* Pragmaticæ anni 1689., & 1652. nu. 6.

7 *Legis ratione ſublata, an maneat, & vigeat ratio in eadem lege aſſignata.*

8 *Statutum recedens à jure ſpeciali, & reddens ad jus commune, eſt latiſſimè interpretandum.*

9 *Judex, qui fuit recuſatus in una cauſa an poſſit intervenire in cæteris cauſis recuſantis, donec non fuerit ſuſpicio formiter propoſita.*

10 *Suſpicio quando fuit propoſita ex cauſa conſanguinitatis, vel inimicitiæ, non poterit Judex intervenire in cæteris cauſis recuſantis, etiam de partium conſenſu.*

11 *Conſenſus partium non opitulatur in recuſatione generali.*

12 *Juriſdictio abdicatur in Judice declarato ſuſpecto, ità quod Judex definit eſſe Judex in cauſis recuſantis.*

13 *Judex inimicus reconciliatus, an poſſit intervenire.*

14 *Recuſatio Judicis ex capite inimicitiæ orientis ex lite, an, & quando admittatur.*

15 *Judicis, & teſtis inimicitia capitalis oritur quando in judicio contenditur de omnibus, vel de mediocri parte bonorum, vel de aliqua re hæreditaria.*

16 Iani Langhei *verba pro quæſtionis reſolutione afferuntur.*

17 *Recuſatio ex cauſa litis inducentis inimicitiam capitalem intelligitur de quacumque lite.*

18 *Inimicitia capitalis oritur ex cauſa, quæ tangit honorem.*

19 *Judices adjuncti non poſſunt dari in Regia Cam. prò deciſione cauſarum fiſcalium, & de ratione num. 21.*

20 *Refertur inſtantia fiſcalis* Regii Conſiliarii Franciſci de Andrea regalis Patrimonii Fiſc. Patroni, *ſervata forma cujus prodiit reſcriptum Comitis de S. Stephano, hujus Regni Proregis pro denegatione adjunctorum nu. 22.*

1 Con-

1 COncurro libentèr cum allegatis hic per *D.*
meum Consiliarium, quod Judex recusatus,
ut suspectus; & alias declaratus, vel previo decre-
tò, quod non *interveniat, vel se abstinneris* ex ali-
qua justa causa, accedente consensu partium, non
poterit ampliùs intervenire ob effectum consum-
matum, etiamsi causa cessaverit, juxta sententiam
Reg. Roviti in decis. 50., & Reg. Capycii Latro. decis.
81. quibus adhæret *D. Staiban.*, & dicitur effectus
consummatus, quoties Judex non interfuerit,
quando fuit de causa tractatum, *Cons. de Altimari*
in observat. ad cons. 10. Reg. Roviti, nu. 7. lib. 1.

2 Non nego tamen, quod opinio *Reg. Roviti* re-
fellitur per *Antonium Merenda contr. lib. 2. cap.* 28.
à num 5. *ad* 15. ubi ex pluribus subtilissimis Ar-
gumentis concludit, quod sublato, vel cessante su-
spictionis fundamentu cessare debet effectus super
eo fundatis.

Et quid dissoluta affinitate per mortem Advo-
cati Judicis affinis videnda sunt ea quæ post hac
nostra opinione contra *sese adnotavimus in adnot.*
273. num. 13.

Illud tamen examinare non erit omittendum,
4 an Judex recusatus possit ex consensu partium ho-
die intervenire in causa, in qua fuit recusatus, & in
cæteris causis recusantis, stante *Pragmat. per Co-*
mitem de S. Stefano edita sub die 2, Septemb. 1689.
per quam fuit mandatum ut *Pragm. Comitis de*
Villa Mediana, quæ est 20. sub. tit. de suspicionibus,
qua cautum est, ut Judex semel recusatus in una
causa, non censeatur suspectus in cæteris causis re-
cusatis sed remaneat sub dispositione juris com-
munis.

Diximus in *nostra practicabil. obser. 72. super*
5 *Pragmat. 14. in §. 24. de officio Secretarii à num. 1.*
ad 10., quod hodie videtur imposita necessitas re-
cusandi formiter Judicem, jam suspectum declara-
tum in una causa, ad hoc ut non possit intervenire
in cæteris causis recusantis. Nunc addendum su-
perest, quod *Regia Pragm. anni* 1689 remittendo
ad jus commune Pragmat. anni 1652. editam per
Comitem de Villa Mediana non sustulit ratio-
nem assignatam in eadem Pragmatica, quando
Judicis interventus nitebatur partis consensu,
ibi: *Ancorche per decreto siano dichiarati per*
sospetti, ò le recusazioni abiano avuto al loro effet-
to; Tuttavolta alcuni delli recusati, dopo re-
nunciano à dette sospezzioni, contentandosi, che
intervenghino, non obstanti le sospezzioni predette,
il che puole apportare gran pregiudicio alli litigan-
ti, restando il Giudice recusato in certo modo oblì-
gato alla parte recusante per detta renuncia, è con
questo par che stia in arbitrio del recusante di far
votare nelle cause il Giudice recusato, dal che an-
co nasce, che più facilmente s'inducono à proporre
recusazioni, sapendo che possono (quando li piace)
farli intervenire, non obstante dettá recusatione.

Ex quibus verbis colligitur, quod quando con-
sensus pro Judicis interventu præstatur partem
recusantem, nedum in eadem causa, in qua fuit di-
ctum, quod *Judex non interveniat*, & decretum
habuit effectum consummatum, nedum interveni-
re non poterit in eadem causa, sed in cæteris cau-
sis partis recusantis, siquidem sublata Pragmaticà
anni 1652. non censetur sublata ratio in eodem
7 statuto contenta, lege enim sublata manet, & viget
ratio legis *Scipio Gentilis de secundis nuptiis cap.*
7. vers. lege enim, fol. 40. maximè quia quando sta-
tutum recedit à jure speciali, & redit ad jus com-
8 mune est facienda legitima interpretatio etiam
contra propriam naturam, ex traditis per *Villagut.*
in tractatu de extensione legali in capite unico de
extensione legis correctoria, & pœnalis num. 72.
& 73.

Accedit, quod si Judex ille, qui extitit recusatus
9 in una causa, non intervenerit postmodum in cæ-
teris causis recusantis non poterit prætendi, quod
virtute Regiæ Pragmaticæ anni 1689. poterit in-
tervenire in aliis causis; donec non fuerit formitèr
recusatus.

Præterea accedit, quod si recusatio proposita
respicerit consanguinitatem, vel Judicis inimici-
tiam, ex qua Judex intervenire non posset in omni-
bus causis recusantis, & ita per decretum fuerit
ordinatum, tunc nullo pacto sumere potest Judicis
interventus ex consensu partium, *quia Pragmat.*
15. *in* 53. non loquitur de hoc casu, sed recusatio-
ne proposita in causa particulari, nec Prag-
matica anni 1689. comprehendit hunc casum,
sed tollit solummodo casum Pragmaticæ anni
1652. quæ est 20. *sub. tit. de suspicion.*, ut suspectus
in una causa, non sit suspectus in omnibus causis,
sed hoc remaneat disputandum in terminis juris
communis.

Rursus in recusatione generali proposita in
11 omnibus causis non potest opitulari consensus
ambarum partium, nedum ex illa ratione assigna-
ta in Pragmatica anni 1652, quam non sublatam
diximus ex subsequenti Pragmatica anni 1689.
sed ex majoritate rationis resultantis ex decreto
prohibentis Judicis interventum in omnibus cau-
sis, quæ præseferre videtur motivum recusationis
ortum habere ex causa inimicitiæ.

In quibus principiis innixa videtur decisio
Collateralis Consilii, de qua memores sumus *in*
citata observatione 72. numer. 11. & 12.

Accedit alia ratio, nempe quod Judice declara-
to suspecto, prævio decreto, quod non interveniat,
12 jurisdictio ab eo abdicatur totaliter, nec interve-
nire poterit de cōsensu recusantis, vel ambarū par-
tium, quia recusatio admissa operatur, ut Judex
esse desinat in causis recusantis, tanquam carens
omni jurisdictione ex *Maynard. decis. Tholosan. 99.*
in fin. lib. 1. Regens Rovitus cons 9. num. 12. 16. tom.
2. ubi Altimar. in observat. num 3. & 4.

Pergit ulterius *D. meus num. 21.* an Judex mo-
13 nitus reconciliatus possit in causa intervenire,
maximè quando dictū processisset de consensu par-
tis, unde cum de hoc lato calamo pertractaverim
in *observatione 383. ad singulare mei Genitoris re-*
colendæ memoriæ 388. à num. 21. ad seq. ideo ibi re-
mittimus Lectorem.

Animadvertendum superesse videtur, quod re-
cusatio ex capite inimicitiæ orientis ex lite nō ad-
14 mittitur, nisi servata forma dispositionis *Pragmat.*
15. *in §. 16. de suspitionibus*, sub illis verbis. *Ordi-*
niamo, che quando l'inimicitia sarà per causa di
lite, non sia bastante causa di sospizione se non frà
l'istessi litiganti, eccetto se la lite fusse di tanta im-
portanza, che inducesse inimicizia capitale, nel
qual caso volemo, che si ammetta la sospezione non
solo tra litiganti, mà passi ancora à quelli, che sono
immediatamente successori ab intestato de litigan-
ti in cosa, che si litiga in danno, ò in beneficio de'
quali andaria l'evento di essa lite, & ance alli pa-
renti fino al secondo grado, cosi per consanguinità,
come affinità.

Quomo-

Quomodo veniat regulanda talis capitalis ini-
micitia videndus eft, *Janus langhens Semeftr. lib.
3.cap.5. fol.160.& fol.161.* in quibus locis adver-
15 tit quod vix fieri poteft ut non intercedat capita-
lis inimicitia,ubi capitis, & famæ certamen inter-
cefferit,vel ubi de re nummaria,vel hæreditaria li-
te in judicio contendatur,& quamvis fubdat tunc
effe locum fufpictioni,cum adhuc liti,aut contro-
verfiæ, finis impofitus non fit, & cum de fortunis
omnibus,vel majori parte earum controverfia fit,
nihilominus *lit.B.& C.* folvit propofitam difficul-
tatem fubfequentibus verbis, quæ etiam defervire
poffunt ad interpretationem Regiæ Pragmaticæ
16 169. *Quod tertium accipiendum crebrius ajunt
cum de fortunis omnibus vel de majori parte con-
trovertitur, ego cum hac in re plurimum poffe jus
dicentis arbitrium crediderim,qui infpecta re, de
qua agitur extimatione perfonarum qualitate, pru-
denter difpiciet, & verifimile fit aliquem inimi-
co animo teftimonium dicturum,an id minus, ut
fic fidem habeat vel teftimonium ejus,ut fufpectum
reijciat. Vix autem apud Noftrates alicujus tefti-
monium recipitur adverfus eum,quo cum de re hæ-
reditaria,& quæ foli fit controverfiam habeat; ma-
gni fiquidem momenti res illa cenfetur,nec nifi per
raro fit, ut quamvis de ea re jurgium fuerit inter
fe ament. Ideoque,& Theophilus judicium cum pu-
pillo,vel adolefcente excufationem à tutela præftare
fcribit,non tenetur cum de omnibus bonis,aut plu-
rima parte eorum agitur, fed etiam fi de re hæredi-
taria controverfia fit. Quin,& novo jure hæc caufa
non tàm excufare, quàm omninò à Tutela arcere
videtur; Non enim vult Juftinianus illum, qui
cum pupillo litem ullam habeat ejus tutorem ef-
fe.*

Ex quibus verbis palam fit; quod dum Regia
Pragmatica admittit causã litis pro legitima cau-
fa recufationis inter ipfosmet litigantes,& excepit
17 tenuem caufam litis inducentia inimicitiam capi-
talem; non erit intelligenda de lite illa omnium
bonorum, vel majoris partis; Sed de quacumque
lite,etiam fi de fola hæreditaria re controverfia fit,
& alleget *textum inftitut. in §. judicium de excu-
fation.Tutor.& Novell.72.inftit.*

Capitalis quoque reputatur caufa, quæ tangit
honorem, & extimationem, *Parexa de inftrumen-
tor.editione tit.10.refolut.4.num.15.par.2.*

At quia Judicis recufatio affinitatem habet cũ
19 Judicibus, qui adjuguntur in Tribunalibus pro
decernendis caufis, ideò nõ abs re hic animadver-
tere exiftimavimus, quod in caufis fifcalibus ver-
tentibus in R.C.fummariè non eft confuetum da-
ri Judices adjunctos, ut fuit fervatum in anno
1691, in caufa intèr Comitem Galaffo cum Civi-
tate Luceriæ virtute inftantiæ Regii Fifcalis Re-
galis Patrimonii cujus munus tum digniffimè
fungebatur ampliffimus ille magni nominis Ad-
vocatus,poftmodum R.Conf.D.Francifcus de An-
drea, cujus inftantiæ uniformem fe reddidit D.
Prorex Comes de S. Stephann virtute refcripti
emanati fub die 21.Martii 1691.,quare nedum in-
ftantiam abeodem fic folertiffimè efformatam, fed
etiam refcriptum D.Proregis hic typis tradendum
duximus.

Tenor inftantiæ Fifcalis.

20 *Fifcus inftat fieri confultationem S. E. eidem
repræfentando hoc refcriptum fuiffe fubrepti-
tiè obtentũ, dum non fuit expreffa caufa poftquàm
plurimas dilationes conceffas in æquitate Tribuna-
lis fuiffe determinatum tractari eodem die quo
fuit exhibitum retrofcriptum, nec fuit repræfenta-
tum in ea tractari de maximo intereffe Regii Fi-
fci,ob viginti mille oblatos à Civitate. Præcipuè cum
non fit folitum concedi adjunctos in caufis, in
quibus fifcus tenet intereffe cum adfint quinque
vota, quæ in S.Conf. conftituunt duas Aulas, & in
Regia Camera rarò accidit caufas tractari cum
majori numero, cum femper unus ex Miniftris te-
neatur refidere in fecunda Aula,& fæpiffimè unus,
vel duo non interveniunt,quia in ea functi fuerint
officio fifcalis,& fi introduceretur hoc exemplũ nul-
la erit caufa, in qua non funt advocandi a S.Conf.
ficque expeditio caufarum fifcalium redderetur
impoffibilis. Die 4.Martii 1691.*

Tenor refcripti D.Proregis.

32 *CON motivo del Villeta, que de orden de S.E.
efcrivi à V.S.en primiero del corrente para-
gio, en la caufa que vierte en la Camera entre nel
Conde Galaffo, y la Cividad de Luchera aunca del
domanio, interveniesfen per adjunctos los confege-
ros D.Francifco Marchiani, y D.Rodrigo Mefia en
lugar delos Prefidiente D Cefar Nauale, y Federico
Caualieri, y no podian intervenir, por haver fido el
primero Avogado dela referida Cividad, y el fegun-
do Avogado fifcal en la mifma caufa reprefenta el
Tribunal fobre inftançia del hodierno Avogado fi-
fcal del Reg.Patrimonio, quela reprefentaçion della
parte fue furrettiçia perno haverfe expresfado à S.
E., que defpues de muchas dilaziones dadas para la
fpediçion della caufa, fe apunto tratarfe al mifmo
dia enque fe prefentò el Villeta,como tambien, que
en la caufa tiene el fifco interes confiderable per los
20.m.duc.que hà offerido la Ciu.quando non es foli-
to concederfe Adjunctos,en quellas caufas,enque el
fifco tiene interesfe majormente onefta cuidar cin-
co votante, y con efte numero mil S.C. fermen dos
ruedas, y en la Camera pauerar fe determinan las
caufas con major numero que efte pues de ordina-
rio, fuele un Prefidiente intervenir en la fegunda
rueda, y otro, o dos no interviene ter me fifcales, que
henfido auellar, ademar de fordo parti voftro efem-
plar el concordarfe los mençionados Adjunctes por-
que no havrà caufa, en que no deban darne Mini-
ftros del S.C. per Adjunctos, y la fpediçion de las
caufas fifcales, fe rendirà inpofible; Por lo que el
Tribunal fupplica à S.E. fe ferva ordinare fe deter-
mine efta caufa, e nel contos cinco votantes expre-
fados, y fenilos Adjuntos referidos, y confermando
fe S.E. cola efiftençia del Avogado Fifcal del R.Pa-
trimonio, y con la propofiçion de la Camera me mã-
da deçir à V. S. que fe defpache la preferida caufa
con lo cinco votantes, y fin los Adjunctos, que efta-
ban dodos, de dies à V. S. Palaua à 22. de Marzo
1691.*

Antonio de Reten:

Hæc

Hæc omnia habentur in processu inter Comitem Galasso, & cum Civitate Luceriæ *f.l.373. à tergo* apud Actuarium Cardamomum.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 118.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio quando fuit calumniosè proposita, an impediat cursum termini, & an succumbens in exceptione, censeatur succubuisse in cursu termini.*

2 *Judicis recusatio si non fuerit legitimè, proposita, an currat tempus ad iterum recusationem legitimè proponendam.*

3 *Hæres conventus si excipiat non esse heredem, & succumbat, an possit conficere inventarium à die quo fuit condemnatus uti heres. Referuntur decisiones S.R.C.*

4 *Inventarii conficiendi tempus, an possit à Judice prorogari, vel minui, vel abbreviari.*

5 *Judicis recusatio an possit proponi elapso tempore, quando proponitur ex causa, quod Judicis Consanguineus intervenit uti Advocatus.*

6 *Nullitas oritur ex defectu Jurisdictionis, quando lex vel statutum tollit facultatem judicandi.*

7 *Recusatio legalis nullo circumscribitur tempore.*

8 *Pragmatica prohibens, ut Judices non interveniant causis consanguineorum respexit ad affectionem, quę consideratur in Judicem, & suos consanguineos.*

HÆc *resolutio* 118. fuit elaborata in eadem causa D. Hortentiæ Brancatiæ, pro qua scripsit idem *Author* præcedenti resolutione 117., sed percurrit alios articulos, nempe circa tempus quadraginta dierum statutum ad proponendam recusationem, si debeat esse peremptorium, tanquam statutum a lege, & si currat, quando fuit disceptatum super aliqua exceptione temerariè, & calumniosè proposita, & concludit; quod tales exceptiones non impediunt cursum termini per textum singularem, quem allegat in *l. si pater tuus C. ne de statu defunctorum post quinquennium quaratur*, sed miror cur non allegaverit *textum in l. contra majores C. de inofficioso testamento, & decisionem D. de Franchis 327. num 3., & 4.*, & illam satis vulgatam *Reg. Rovit. 18.* in quibus habetur regula illa satis, superque nota, quod succumbens in exceptione proposita, videtur succumbuisse in causa termini.

Hinc fit, quod quamvis quadraginta dies statuti ad recusationis capita proponenda numerentur a die quo Judex est in Aula, vel est adjunctum cunctis Aulis causam decidi juxta *Prag. 5. in §.6. de suspicionibus official.*, si suspicionum capita proposita infra quadraginta dies non fuissent legitimè præsentata ad formam Regiæ Pragma-
2 ticæ, & pendente discussione si esset, nec ne recipienda, labatur tempus quadraginta dierum; si postmodum elapso tempore, iterum formiter, & legitimè proponantur rejicienda erunt, quia tempus incepit currere à die invalidæ recusationis, juxta rem judicatam, quam refert *Consiliarius Pratus discept. forens. cap. 51. part. 3., & practicar. observat. cap. 58. quem laudat Reg. Petra super ritu 265. nu. 4. tom. 2., & Consiliar. de Altimar. in observat. ad decis. Roviti 18. nu. 11.*, & nos quoq; memores fuimus in *nostris observationibus ad singularia nostri Genitoris 388. nu. 1.* ubi in fin. adduximus contrariam S. C. decisionem adductam ab eodem *Reg. Petra super rit. 123. num 33. tom. 1.* quibus nunc addimus *Consilium Pauli de Castra 313. nu. 5. erga finem vol. 2.* qui non fuit adductus, neque allegatus, nec à Consiliario Prato, nec à Regente Petra.

3 Ex quibus principiis descendit resolutio illius conclusionis, num hæres defuncti conventus ab aliquo creditore, si excipiat non esse hæredem, & succumbat, an possit inventarium conficere à die sententiæ, qua fuit condemnatus uti hæres, & negativè decisum demonstrat idem *Consiliar. Prato discep. forens. cap. 32. lib. 1.*, licet aliter dictam decisionem referat *Thorus in supplemento, verbo hæres fol. 261.* Verum ego observavi practicatum de anno 1644. in causa Ducis Aquatiæ, & Angelæ Carafæ cum Principe Colubrarii, quod tempus ad conficiendum inventarium non curreret lite pendente, prævio decreto interposito per q. Consiliar. de Aquino sequentis tenoris. *Procedatur ad ea, quæ incumbunt pro decisione articuli si Ill. Princeps Colubrarii hæres quond. D. Elionoræ Cicinellæ, & interim terminus non curras ad conficiendum inventarium, & quod Ill. Princeps declares si tenet, & possidet bona remansa in hæreditate qu. D. Elionoræ*, ut ex processu Banca de Martino *fol. 151.*, quæ praxis substineri potest ex traditis per *Barry de successionibus lib. 11. de additionibus, & repudiationibus tit. 8. qua observanda sint in confectione inventarii nu. 4.* ubi percurrit, an, & quomodo tempus ad conficiendum inventarium possit à Judice prorogari; vel minui
4 accedit videndus *Reg. de Marinis lib. 1. suar. resol. cap. 218.*, sed magis in terminis articuli, an possit Judex abbreviare, vel prorogare terminum statutum à lege, vel à statuto adest decisio *D. de Franch. 588.* quæ prodiit in terminis termini concessi ad petendum jus congrui, quam decisionem latius explicandum duxit *D. Reg. us Cons. Staiban. in suis observ. ad resol. 78. a nu. 15. ad 42. cent. 1.* ubi declarat dictam decisionem *D. Præs. de Franchis 588.*

Cum principalis articulus, quem percurrit *D. meus* est circa tempus proponendi recusationem: scire igitur oportet, quod Judicis recusatio potest proponi quandocunque, & sic extra tempus statutum à Rega Pragm. quando proponitur ex quo Judicis consanguineus intervenit uti Advocatus, ex quo suspicio hæc est nedum suspicio juris, sed tollit Judicibus potestatem decernendi, ut colligitur ex verbis *Prag. 5. sub. tit. de muneribus*: ubi. *Che nessuno Giudice possa votare, ne esser presente nella relatione, e discussione di qualsivoglia causa, nella quale fosse Avocato*, & quæ confirmatur *per Prag. 25. §. 3. de off S.R.C.* cujus verba sunt. *Item statuimus quod nullus Judex major, sive minor, etiam Regentes Supremi Regii Collateralis Consilii, & cujusvis alterius Tribunalis, possit votare, nec interesse relationi, & discussioni quarumvis causa*

rum

rum civilium, criminalium, sive mixtarum, nec etiam feudalium, in quibus fuerit Advocatus aliquis ejus filius, sive frater utrinq; vel ex altera latere conjunctus, consobrinus, cognatus, vel nepos, sive patruus, licet non sit ipse Commissarius causa. Et nemo Advocatus conjunctus alicui ex Judicibus in prędictis gradibus possit secretè, & occultè advocare, seu consulere in causa, in qua aliquis ex dictis Judicibus sibi in aliquo ex prędictis gradibus conjunctus judicaturus est.

5 Ex quibus verbis tollentibus Judicibus facultatem judicandi, votandi, & interessendi resultat nullitas ex defectu jurisdictionis etiam parte non opponente *Reg. de Ponte cons. 20. nu. 28. tom. 2.*, & in terminis recusationis diximus in *observat. ad Sing. 34. nu. 4. & 5.*, & proinde nullum tempus decurrere potest ad dictam legalem recusationem proponendam, ut firmat *Reg. de Marinis lib. 2. c. 114. nu. 14. 15., & 16. to. 2.*, & ratio est quia præsupposita nullitate actorum recusatio nullo
7 circumscribitur tempore, *Cavall. de Medicis cons. 164. nu. 35. vers. talis Reg. de Marinis ad Reverc. observat. 22. num 6. lib. 1. Reg. Rovit. in Pragm. 63. de officiis Procuratoris Cesar. num. 4.* de quibus memores fuimus in *nostra observat. 55. nu. 4. addendus est Petra super Ritu 265. nu. 32. tom. 3.* eadem post hæc scripta inveni in istis terminis loquentem, & verba Pragmaticæ ponderantem.

8 Accedit, quod *R. Pragm.* ideò excepit casum consanguinitatis, & Advocationis ex quo respexit ad affectionem, quæ consideratur inter Judicem, & consanguineum, sive Advocatum. Cur consideranda non erit eadem causa affectionis in Judicis consanguineo, qui patrocinium præstat, nam ubi militat eadem ratio eadem debet esse juris dispositio ad Textum.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 133.

SUMMARIUM.

1 *Remissio causa Doctoris Collegiatis, an sit facienda ad Almum Collegium Neapolitanum, & quid si Collegialis consensum prastitisse in M.C.V. tacitè prorogando illius Jurisdictionem.*
2 *Almum Collegium Neapolitanum habet jurisdictionem limitatam in Senatores.*
3 *Jurisdictio Almi Collegii concessa magno Cancellario, an censeatur cumulativè, vel privativè concessa quo ad jurisdictionem ordinariam M. C. V. nu. 4.*
5 *Refellitur opinio* D. Consiliarii Staibani.
6 *Clausula privativa, & abdicativa num spitulatio nulla concurrente possessione. Nec suffragatur habentibus jurisdictionem in officium, & in administrationem.*
7 *Jurisdictio concessa in officium semper cumulativè concessa videtur, & proindè concedens potest concurrere in cessionario.*
8 *Privilegium Baronibus concessum clausula abdicativa, vel cognoscendi* de quibus M. C. cognoscit, *an speculetur in causis Vassallorum delinquentium intus civitatem Neapolis.*
9 *M. C. V. habet preaminentiam cognoscendi de criminibus patratis intùs Civitatem. Et quid quando jurisdictio Baronis esset concessa in officium, ibidem.*
10 *Privilegium cognoscendi,* de quibus M.C. cognoscit, *an tollat praminentiam, quam habet eadem M.C. cognoscendi de delictis intùs Civitatem absque derogatione dicta praeminentia.*
11 *Possessio specialis praeminentia Baroni concessa requiritur ad hoc ut Baro remissionem obtinere potest, & an unicus actus requiritur ad interrumpendam contrariam consuetudinem.*
12 *Privilegia Baronibus concessa circà remissionem Vassallorum sunt observanda juxtà tenorem illorum sublato omni abusu denegandi remissionem, & dispensandi contrà formam Privilegiorum ex gratia concessa Baronibus in parlamento generali anni 1617., cujus tenor inferitur.*
13 *Clausula* sublata *importat decretum irritans, & inficit contrariam possessionem.*
14 *Neapolitanus qui fuit admissus ad gradum doctoratus non concurrentibus votis viva vocis suffragio, censetur reprobatus, adeò quod non erit cooptandus, nèc admittendus ad honores Almi Collegii.*
15 *Neapolitanorum privilegio, ad hoc ut quis fruatur, sufficit, quod in Civitate Neapoli sit conceptus: quamvis sit natus extrà Civitatem.*
16 *Fuit denegata remissio petita per Principem Abellinarum Magnum Cancellarium ad suum Almum Collegium Neapolitanum in causa vertente in M. C. V. inter U J. D. Pompeum de Ancona ordinarium Collegiatum ejusdem Almi Collegii, & Franciscum Fundicanum, & decretū M.C.V. denegans remissionem fuit confirmatum per S. R. Consilium de Anno 1638.*

1 RAtio decidendi, quam assignat *D. Staibanus*, ex quò Collegialis consensum præstitit in M.C., non postulando remissionem post litis contestationem, seu terminum impartitum; & quamvis hanc rationem evertere conetur, ex quò per consensum illum nullo pacto poterat inferri præjudicium Magnifico Cancellario, cui principaliter fuit concessum privilegium, nihilominùs hæc ratio mihi non placet, nèc possum cum illa concurrere, siquidem privilegium concessum à Rege Roberto Almo Collegio, quod fuit confirmatum à Carolo Secundo, & à Regina Joanna in beneficium Otthini Caraccioli de Anno 1428. non concessit
2 Magnifico Cancellario, nisi jurisdictionem limitatam in Senatores, ut monet *Regens Petra super Rit. M.C.V. 295. nu. 224. vers. contrà to. 4., & tom. 1. in proæmio Rituum nu. 9.* Quæ jurisdictio non censetur privativè, sed *cumulativè* concessa cum Tribunali M.C.Vic., quæ habet jurisditionem or-
3 dinariam in totò Regno contrà quascumque personas, quocunque titulo insignitas, & proindè non est sublata præventio, nec prorogatio jurisditionis, nèc subingreditur quæstio excitata per D. Staibanum inter Baronem, & Vassallum, quæ præscribit sibi locum in jurisdictione ei tributa vigore privilegiorum cum clausula *privativè, & limitativè* ex qua inducitur prohibitio prorogandi jurisdictionem *Capiblanc. super Prag. 3. de Baronibus nu. 106., & 107., & in cap. 37. num. 25. tom. 2.*
4 Quod secùs dicendum in præsenti specie jurisdictionis, quæ potiùs cumulativè, & non privativè concef-

concessa censetur, quoad Judicem habentem ordinariam jurisdictionem, cui non præsumitur Principem voluisse auferre ordinariam jurisdictionem ei prius concessam, ex traditis per eundem *Capiblanc.cap.29.nu.1.,& 2.tom.2.*

5 Nec adversantur firmatæ conclusioni scripta per eundem *Consiliar. in suis observationibus ad hanc resolutionem, & tradita per Reg. Sanfelic. in sua prax. judiciar. sect.23. ubi ex allegationibus insignis Fabii Marchesii*, firmat quod non obstat, nec expressa, nec tacita renunciatio privilegio Magni Cancellarii, cum privilegium sit concessũ toto ordini Collegiatorum, & ex verbis ejusdem privilegii transumptis *ibidem n.2.*, arguatur clausula *annullativa, & irritativa Actorum*, ibi quod, *judicatũ sit ipso jure nullum*. Siquidem per nos resolvuntur hæc contraria argumenta ex duplici responsione.

6 Prima, quia dicta clausula *decreti irritantis*, quando verè adesset, nullo pacto opitulatur, quando Magnus Cancellarius non existit in possessione dictarum clausularum contentarum in privilegio ex traditis per *Caravitam in R. t.205. nu.4. & per Caprib.de Baronibus super Pragm.8.par.2.nu.8. Campana de forjudicatione, resolut.13. num.3.* qui loquitur in Baronibus habentibus investituras cũ similibus clausulis.

7 Secunda, quia dictæ clausulæ præscribunt sibi locum in Baronibus habentibus jurisdictionem in dominium, & ex titulo oneroso, & nõ habentibus jurisdictionem in officium, & nullam administrationem ex maxima illa discriminis ratione quam perpendit *Cæsar. in speculo peregrinar. qq. quæst.37. à num.10.ad 13.*, quibus additur alia urgentissima ratio considerata per *Montan. de Regal.b. in verbo potestas Constituendorum Magistratuũ num.25.* ubi notabiliter advertit, quod jurisdictio concessa in officium semper cumulativè concessa censetur, & proindè concedens potest concurrere cum Concessionario, quod mirabilitèr confirmat *num.35.* ubi docet, quod jurisdictio in officium data Collegio, vel specialibus Judicibus semper cumulative tributa censetur ad ordinarium Judicem habentem generalem jurisdictionem in Civitate.

8 Hic erit examini subiiciendum, nũm Privilegiũ concessum Baronibus cum clausula *abdicativa*; vel cognoscendi de illis criminibus *de quibus M.C. cognoscit*, opituletur illis in causis Valsallorum delinquentium intus hanc Civitatem.

9 Non in dubium revocatur, vetustissima illa observantia, & præeminentia M.C.V. cognoscendi *privativè* ad quemcunque *contrà Vassallos* Judicẽ de criminibus in Civitate Neapolis patratis, hos spretam Proregis in ea residentis reverentiam, & Majestatem, ut testatur *D.de Franch.decis.129.,& 499.*, quàm, & unde quam laudabilem consuetudinem semper illibatam aspexisse Patres nostri testatur *Reg. Merlinus controvers. forensium cap.72.*, qui in fine limitat conclusionem in jurisdictione concessa in officium, quemadmodùm decisum refert in causa Casalis Turris octavæ. quam decisionem refert quoque *Reg.Sanfelic.decis.73. nu.191.* ibi: *ex quibus per M.C. fuit remissus Franciscus Surrentinus inquisitus de homicidio commisso intus Civitatem Neap. ad Curiam Turris octavæ, sub die 26. Febr.1638. ex processu in banca Staracis, in quo processu fuerunt prolata consimilia decreta remissionum in consimilibus casibus, Itemque in alio emergenti casu fuisse remissum ad Curiam Principis delinquentem in Territorio Neapolitano, ut testatur, solemnitèr examinata quæstione, egregius in orando, scribendo, ac jus dicendo Marcellus Marcianus, tunc primùm fori Princeps orator postmodum integerrimus Consiliarius in suis consiliis post hæc scripta excussis conf.58.*

10 Sed dubium versatur nũm conclusio præscribat sibi locum, quando nõ concurret Baro cum privilegio abdicativo in personas Vassallorum delinquentium extrà suum territorium, sed haberet tantum modo Privilegium cum clausula cognoscendi *de quibus sola M.C. cognoscit*, & nulli dubium esse credere talem clausulam includere etiam cognitionem cognoscendi, & coercendi crimina cõmissa intùs Civitatem, siquidem talis præeminentia non est clausula, nèc inserta in corpore juris, sed tantum est tributa M.C.V. ex antiqua ista observantia, unde si non est clausula in corpore juris civilis, vel municipalis benè sublata censetur per generalem concessionem cognoscendi de delictis, *de quibus sola M.C. cognoscit* absque speciali derogatione dictæ præeminentiæ juxtà animadversa per *Consiliar.de Palma in responsò Criminali 50. à nu. 21. cum sequentibus in impressis apud Consiliar. Pratum in calce responsorum fiscalium.*

Illud tamen difficultatis superesse videtur, quod
ad hoc, ut Baro possit remissionem obtinere, requi-
11 ritur, ut sit in possessione talis præeminentiæ, nec
sufficeret, si deduceret possessionem suæ jurisdictionis in cæteris casibus, siquidèm est justificanda specialis possessio hujus præeminentiæ tanquàm separatæ à Jurisdictione juxtà tradita *per Horatium Montanum in controvers.69. num.18. in fine*, ubi hanc conclusionem firmat his verbis. *Et ideò licèt in Privilegio adsit clausula communicativa præeminentiæ M.C. attenditur possessio, an scilicèt reperiatur Baro in hac possessione, quia hac præeminentia est ut quid separatum a jurisdictione, & ideò non sufficit docere possessionem jurisdictionis, ut dicatur esse in possessione hujus præeminentiæ.* Verùm unicus actus contrarius sufficeret ad justificandã possessionis præeminentiam, sed ad interrumpendam cõtrariam consuetudinem juxtà *Bartol.* doctrinam allegatam per *Larream in allegatione 92. à nu.5. ad 7.* ubi refert quoque *Petrum Surdum in consil.393. num.24.* referendo ejus verba, quæ sunt sequentia. *Quinimo, ubi unicus actus probatur contra allegatam consuetudinem, tunc constat consuetudinem non obstare, tom.2.*

Hodie tamèn crederem, quod Barones possent in
omnem casum obtinere virtute amplissimi Privi-
12 legii concessi Civitatì, & Baronibus Regni in
parlamento generali anni 1517. in quò in §.27. postulatur, & conceditur gratia, ut sublato omni abusu causæ omnes remittantur à Regiis Tribunalibus servato tenore Privilegiorum Baronis sublato quovis abusu, ut constat ex tenore ejusdem gratiæ, quàm hic inserendam ducimus. *Itèm considerandosi, che le Terre, e Giurisdizioni sono state concedute da S.M., e suoi Serenissimi Antecessori à Baroni di questo Regno per le loro onorati serviggi, è per altre degne ragioni; E che perciò deono ricevere detrimento senza lor colpa. Dall' altra parte vedendosi, che alcune volte in Regii Tribunali di-*

fpenfano, che le caufe ad effi fpettanti non fi rimettono à loro, difpenfando prò hac vice tantum contro alla forma de loro Privilegii; Supplica V.E. fia fervita comandare, che infallibilmente fi rimettano tutte le caufe fpettanti ad effi Baroni, fecondo i loro Privilegii, già che quando i loro Ufficiali mancaffero nel fare la giuftiza, che fi conviene, reftano fottopofti al giufto gaftigo, che riceveranno da V.E., nel qual cafo fi degnerà fare ogni condegna demonftrazione, acciochè gli errori degli Ufficiali non poffono apportar pregiudizio à Privilegii d'effi Baroni. Placet, ut Privilegia Baronibus conceffa ferventur, omni abufu ceffante.

13 Profectò claufula illa in Privilegio contenta, *ut Privilegia ferventur ceffante, feù fublato omni abufu*, importat decretum irritans, & inficit omnẽ titulum, & poffeffionem contrariam Regiorum Tribunalium, ità ut non poffint in contraria poffeffione manuteneri juxta tradita per *Poftium de manutenendo obferv.46. n.11., & decif.126.n.1.e 9.*

Cum de prerogativa Almi Collegii fuprà differuimus; hic fuperaddere exiftimavimus, quod Neapolitanus admiffus ad Doctoratum ex gratia, vel ex benignitate Almi Collegii abfquè illa prærogativa *vivæ vocis fuffragio*, quemadmodum fieri eft confuetum, cum illis qui non benè fe gerunt, non erit cooptandus ad fruendum honores ejuf-

14 dem Almi Collegii, ut advertit *Horatius Montan. controverf.30.num.8.*, & rationem affignat *Regent Galeot.controverf.52.num.7.& 8.tom. pr.controv.*, ubi quod confideratur difcrimen intèr approbatos *vivæ voce*, & approbatus fimplicitèr, qui ex confuetudine Collegii cenfentur reprobati.

Illud tandèm non omittere oportet, quod ad fruendum Neapolitanam Civilitatem, & admifsionem ad Almum Collegium fufficit, quis fit Nea-

15 poli conceptus, quàmvis fit natus extrà Civitatem, nam conceptus habetur prò nato ex *Textu in l. qui in utero ff. de ftatu homin.* docet *Angelus Scial.de foro compet. cap.18. de foro Neapolitanor. num.25.*, comprobat, & decifum refert *Confil. de Altimar.de Nullitatibus fentent.rubric.9. q.30.n. 33. tom.pr.*

ANIMADVERSIO

Ad Refolutionem 158.

SUMMARIUM.

1 *Feudatarius an poffit fubjicere Feudũ Fideicommiffo, favore defcendentium, abfque regio affenfu, quando conceffio eft in allodium.*

2 *Affenfus Regius an requiratur in conceffione Regalia facta Ecclefia in allodium, & quid in conceffione caftri habentis aliquam qualitatem feudalem.*

3 *Allodium dicitur omne illud, quod eft proprium alicujus cum libera facultate difponendi.*

4 *Regalia exiftunt fub jurifdictione concedentis.*

5 *Feudalis qualitas, an dicatur exprefsè, fi conceffio non fuerit exprefsè facta in Feudum.*

6 *Feudalis qualitas non præfumitur.*

7 *Feudi conceffio in Ecclefia poffidente Caftrum præfumitur in allodium non apparente præftatione fervitii.*

8 *Feudi poffeffio per tempus immemorabile, an præfumatur in burgenfaticum.*

9 *Et quid apparente inveftitura, cum verbis* damus, concedimus, & gratiosè largimur.

10 *Feudalis qualitas, an præfumatur in Fifcalibus functionibus, & venditionibus annuorum introituum factis fuper feudum, vel fuper fructibus feudi.*

11 *Feudales redditus, vulgo* fifcalia *in feudum fpectant ad filium Primogenitum, & pars pretii filiis Secundogenitis.*

12 *Conceffio facta Ecclefia, an cenfeatur facta in feudum, vel in allodium cum alto dominio.*

13 *Conceffio Caftri facta Ecclefia, nulla facta expreffione de fervitio præftando, num cenfeatur facta de feudo franco.*

14 *Cardinalis de Luca opinio reiicitur.*

15 *Revocatio virtute* conftitutionis D.Mæmoriæ, *an poffit fieri in alienatione feudi franchi facta abfque regio affenfu.*

16 *Affenfus regius, an requiratur in alienatione regalia feudalis, quando conceffio habet vim feudi franchi.*

17 *Jurifdictionis conceffio, an fit de regalibus.*

18 *Conceffione facta in allodium, an Jus Regiæ fuperioritatis, remaneat penes concedentem.*

19 *Caftrum an poffit poffideri in allodium, & Jurifditio in feudum.*

20 *Caftrum conceffum Ecclefia, quandò præfumatur conceffum in allodium, an in feudum conceffa dicatur Jurifdictio.*

21 *Decifio fecunda* Regentis de Ponte *declaratur cum plurimus declarationibus.*

22 *Feudum, feu caftrum conceffum Ecclefia præfumitur feudale, non exiftentibus præfumptionibus in contrarium.*

23 *Feudum fi non reperiatur defcriptum in quinternionibus, nec taxatum in cedulario, an præfumatur burgenfaticum, vel feudale.*

24 *Conceffiones factæ à Regibus Normannis, confirmata à Regibus Aragoniis, an præfumantur cum qualitate feudali.*

25 *Conceffio meri Imperii non fubintelligebatur in antiquis generalibus conceffionibus.*

26 *Conftitutio Regni*, eaque ad decus, *an extendatur ad conceffiones factas ante illius difpofitionem.*

27 *Feudo; feu caftro conceffo, an intelligatur conceffum merum, & miftum Imperium.*

PRincipalis conclufio difputata per *D. Confiliarium noftrum* eft illa, nempe fi Feudum fubjici poffit perpetuo fideicommiffo favore defcendentium, abfque Regio affenfu, & agnofcens, quod affirmativa fententia, quam tuendam fufceperat maximam patiebatur controverfiam, illam limitandam cenfuit, quando conceffio appareret facta in allodium. Sed hæc limitatio nobis parum folida vifa fuit, ex quo Regalia, & fi conceffa in allodium, non definunt effe Regalia ex veris illis principiis explicatis per *Horatium Montanum de Regalibus in princip.nu. 42. verf.fed in allodio fol. 38., & per Lanarium in additionibus ad Patrunum ad cap.1. de fucceffione Feudi nu. 57.* ubi exprefsè, firmavit, non fubftineri fideicommiffum abfque affenfu fuper Regalibus in allodium conceffis, unde nos pro firmitate propofitæ conclufionis animadvertendum duximus, quod Affenfus Regius licet non requiratur in alienatione rei in Allo-

dium

dium concessæ, vel quando præsumitur res taliter concessa quemadmodum præsumitur concessio facta Ecclesiæ juxtà decisionem factam per Regiam Cameram, quam refert *Loffred. in paraphrasi feud. cap. 1. §. hujus autem generis ex quibus causis feud. amittat. Reg. de Ponte cons. 30. num. 6. & in decis. 2. num. 29. versic.* *Reg. Rovit. cons. 26. num. 2. Reg. de Marinis ad Revert. decis. 391. num. 2.*

Nihilominus si Castrum concessum Ecclesiæ habeat annexam aliquam qualitatem feudalem nempe jurisdictionem, tunc ratione illius Regaliæ feudalis requiritur Regius Assensus, *Reg. de Ponte cons. 30. num. 11., & in decis. 2. num. 10. Reg. Marcian. qui loquitur in officiis disput. 28. nu. 16., & 17. Reg. Consiliar. Franciscus de Andreis in illa sua consultatione per me collocati in practicab. observat. 41. versic., & idem nu. 45.*, plenissimè *Horatius Montanus de Regalibus in præfationibus num. 257. fol. mihi 37.*, ubi admittendo conclusionem quod natura non expressa in concessione, sive investitura res præsumatur allodialis de jure communi, tamen hanc opinionem non sequitur in Regno, ubi Regalia non possunt alienari, donari, aut vendi, vel totaliter diminui, & proinde concludit non posse considerari naturam allodialem cum allodium dicatur illud quod est pro-
2 prium alicujus cùm libera facultate alienandi, donandi, e disponendi, ibi. *Natura igitur communis Regalium in Regno nostro esse, quod distinctam ab allodiali, ob Regis Assensum requisitum in dispositione illorum, sive quo nulla est dispositio, quia constitutio prædicta loquitur prohibitivè quo fit ut actus sit nullus, & nullus ipso jure.*

4 Et proinde *nu. 6. vers. hinc constituenda est conclusio fol. 12.* dixit quod Regalia concessa existunt sub jurisdictione concedentis prout sunt feuda, etiam si concessionarii essent personæ Ecclesiasticæ; adeoquod, quemadmodum personæ Ecclesiasticæ ratione Feudi cognoscuntur à Rege, ità cognoscuntur ratione Regalium ex natura ejusdem juxtà magis communem sententiam, quam ex *Fajard. in alleg. fiscal p. 2. alleg. 45. n. 15.* probavimus *in observat. ad singul. 85. nu 1.*

Diximus cum Montano, quod natura feudalis non expressa in concessione, sive investitura res præsumenda sit allodialis, nunc differendum superest per quæ verba expressa dicatur qualitas feudalis, vel burgensatica, & nec non quando tacita qualitas feudalis præsumatur.

5 Qualitas feudalis non dicitur expressa, nisi expresse dicatur in feudum, ut bene notat *Reg. de Ponte decis. 2. num. 9. & num. 19.* ubi loquitur in Ecclesia, quæ quamvis possideat feudum quaternatum ratione jurisditionis intelligitur in allodium, nisi expressè sit datum in feudum comprobat *Lanar. in additionib. ad Patrunum in cap. pr. de his qui feud. dar. poss. num. 83. & 84.* ubi allegat textum punctualem non allegatum à Regente de Ponte.

Ratio est illa quam assignat *Montanus de Regal. verb. potestas constituendorum Magistratuum*
6 *nu. 20. fol. 140.* Quod qualitas feudalis sapit servitutem, & ideo non præmittitur ex *cap. pr. si de feud. defunct. militis* comprobat multis laudatis *Consiliar. de Altimar. in observat.* ad *Consil. Rovit. 67. num. pr. tom. pr.*

Igitur in dubio nulla apparente investitura in Ecclesia feudum possidente concessio præsumitur
7 facta in allodium, non autem in feudum quamvis omne Castrum in Regno præsumatur feudum quaternatum, nisi apparuerit de servitio præstito per Ecclesiam directo Domino post concessionem ut post *Montanum* advertit *Reg. de Marinis in observat. ad decis. 391. Reg. Reverter. nu. 4. tom. 2. addit. Lanar. ad Patrunum in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. num 90.*

8 Ex quibus fit quod ostendente possessore Feudum possedisse per tempus immemorabile uti burgensaticum liberum, ac uti francum, & exemptum a quàcunque servitute, certè suodus habendus erit uti allodialis, ut post *Reg. de Ponte in cons. 30. & 95. lib. 1.* docet *Reg. de Marinis in observat. ad decis. Reg. Reverteris nu. 7. & 8. lib. 1.*

Idemque procedit apparente investitura, cum
9 verbis amplissimis. *Damus, concedimus, & gratiosè largimur*, quæ verba important meram concessionem in burgensaticum, dum nullum fuit reservatum dominium, nec servitium, *Reg. Rovit. decis. 72. n. 15. 16. & 17. Montan. de Regalibus 31. fol 33.* ubi loquitur de verbo *investio, & investimus.*

10 Quæ qualitas feudalis non præsumitur; sed debet expresse, & nominatim exprimi etiam in fiscalibus functionibus, & venditionibus annuorū introituum factis in feudum, & super fructibus feudi, adeoquod si venditio, sivè concessio nō fuerit expresse in feudum, annui redditus venditi essent burgensatici non autem feudales, ut constat ex *allegationibus Caroli Brancatii, & Jo: Antonii della Calce* apud *Capan. de jure relevii par. 4. qu. 6. à nu. 18. cum seqq fol. 216., & 217.*

Adeo habent feudalem naturam feudales redditus, sive annui introitus feudales quæ dicun-
11 tur *fiscalia* in secundum quod successio spectat ad primogenitū. & secundogenitis spectat pars pretii moriente Patre ab intestato, *Reg. Reverter. dec. 110. in principio, & colligitur ex alia decisione ejusdem Reverterii apud de Marinis lib. 2. cap. 85. num. 18.* Et non opponente successore in feudalibus sequestrantur, & devolvuntur ad Reg. Curiam *Reg. Rovitus cons. 76. num pr. lib. 2.*

An & quando concessio Ecclesiæ facta censeatur in feudum, vel in allodium cum regalibus muneribus, vel cum alio Domino videndus est *Cardinalis de Luca de feudis disc. 60. qui nu. 17. versic. seq.* advertit quod istæ concessiones in Regno Neapolitano sapiunt speciem allodii mixti, seù secundum quod & cum non implicet quod dominium directum, seu majus sit penes Principem Secularem, & subalternum sit merè Ecclesiasticum.

Ex supra traditis principiis descendit quod existente Castro penes Ecclesiam cum concessione
13 expressa, vel præsumpta *in allodium*, nulla facta expressione de servitio præstando censetur facta concessio feudi franchi ut notavit *Freccia de subfeudis lib. 3. de feudis quaternatis in 13. dissertat. num. 34. in fine Cardinal. de Luca de feudis disc. 11. num. 11.*

Et quod plura sunt in Regno feuda franca absque præstatione servitii videndus est *Reg. de Ponte cons. 130. num. 9. tom. 2. Bilotta in suis conclusionibus feudalibus conclus. 78.*

Quibus sic stantibus corruit illud quod asserere ausus fuit *Card. de Luca in superius citat. disc. 11.*
14 *num. 11. vers. tenentes*, nempè quod feuda utriusque Siciliæ nullum habeant expressum servitium

perfonale fed quod fervitium cenfeatur virtualitèr comprehenfum fub juramento fidelitatis; Sed
parcat mihi doctisfimus ille Vir; Siquidem fervitium fatis expresfum videtur ex claufulis in investitura contentis, & fignanter ex illa *fub contingenti feudali fervitio*.

Corruit fimiliter illud quod dixit *Marianus Freccia de fubfeudis lib.2. in limitationibus fuper conftit.diva memoria limitatione 86.num.76.fol.*
15 *mihi* 166. quod in feudo franco non fit locus revocationi virtute conftitutionis *diva memoria* ex quo tale feudum alienari poteft fine aſsenſu ſiquidem nedum eft valde controverfum fi feudum francum posfit alienari abfque afsenfu,ut conftat ex tradit. fuper *Reg.de Ponte apud Brlo&am conclus. feudali 78. nu.6.* ubi quod verior opinio fibi videtur ille, quæ requirit affenfum.

Et quando attendenda effet opinio contraria; Afsenfus femper exigeretur ratione regaliæ feu-
16 dalis quamvis concesfio efset feudi franchi maxime fi adefset jurifdictio feudo annexa, ut plene conftat ex fuperius traditis, & ex traditis per *Montanum de regalibus in præfationibus nu. 46. fol.42. verfic. ex quibus*: ubi quod in regalibus datur revocatio difpofitionis factæ fine afsenfu Regis, quemadmodum datur in feudalibus, ex conftitutione *diva memoria* accedit *Reg. de Mariuls in obfervat. ad dec.381. Reg.Reverterii num6. tom.2.*

Quod jurifdictio fit de regalibus in dubium re-
17 vocari non poteft, fiquidem jurifdictio ab ejus origine fuit penes Rempublicam à qua fuit translata in Regem, poft modum facta diftinctione Dominii multa fuerunt effecta de regalibus, & inter cætera fuit effecta jurifdictio, *ut ex cap.pr.quæ fint regal.* notavit, *Lanar. in additionibus ad Fulv. Patruum in cap.pr.de his qui feud.dar.poff. nu.82.* ubi quod regalia differunt a feudalibus uam posfunt tam in allodium quam in feudum concedi.

18 Verùm facta concesfione in *allodium* remanet penes concedentem jus fuperioritatis Regiæ, & transfertur in concesfionarium dominium particulare inferius, quod fubeft dominationi, & poteftati Regiæ, à qua dirigitur dominium inferius concesfionarii, ratione fuperioritatis majoris ut bene arguit fubtilisfimus *Montanus in citat.tractatu de regalibus nu.18 fol.*138.

19 Quibus accedit quod bene dari poteft, quod Caftrum fit allodiale, & jurifdictio feudalis, ita ut Caftrum poteft posfideri in allodium, & jurisdictio in feudum ex traditis per *Reg.Rovit. conf.67. num.*8.& 9. plenisfimè *Confiliar.de Altimar.in obfervationibus num.36.tom.pr. & Lanar. in additionibus ad Patruum in cap.pr.de his qui feud.dare poff. num.94. plene Reg. Galeota in decifione ad controverf.53.in calce controverf.artic.3.à num.pr. ad feq. tom.pr.*

20 Ex quibus principis defendi poteft; quod licet Caftrum præfumatur conceffum in allodium, quando eft penes Ecclefiam ut conftat ex fuperius firmatis, non procedit tamen hoc refpectu Jurifdictionis, quæ femper præfumitur feudalis juxta tradita per *Reg. Galeot.refponf.12. nu.289. & 290.* Jurifdictio fiquidem femper erit feudalis utcunque Ecclefiæ concesfa dicatur, ut poft *Bald. in cap.ad Audientiam de teftibus Menoch.de praf. lib.3.praf.91.num.67. Capyc. in verb feudales appellationes in fine, Fajard.allegat.23.nu.924.Ann. conf.129. nu,17. Reg Rovit.fuper Prag.3.de ordine Judic.nu.20. & in decif.5.D.Confil.Staib. refol.59. num.25.lib.1.*cum cæteris cumulatis per *Reg. de Philippis in fifcali differt.32.num.47.,& 38.*

21 Quibus fic ftantibus non obftant fcripta per *Reg.de Ponte in decif.2.nu.18., & 19.* ubi quod fi caftrum, vel Territorium erit allodiale, erit quoque tale Jurifdictio, quæ illi cohæret, quæ cenfenda erit eo modo, & forma, prout conceffum fuit maxime in Ecclefia in qua Caftrum, quod in aliis regulariter præfumitur feudum quaternatum intelligitur femper in allodium, nifi expreffe fit datum in feudum, fiquidem dictis per eundem traduntur plures refponfiones.

22 Prima refponfio traditur quod conclufio eft vera quod Caftrum præfumitur feudale in Ecclefia non exiftentibus præfumptionibus in contrarium juxta opinionem *glofa, & Ifernia in Conftitut.Juftitiarii normam de qua apud Prat. tom.3. difcept.forenf.cap.21.nu.5.*

23 Inter præfumptiones contrarias maxima illa erit fi feudum reperiatur defcriptum in quinternionibus, vel Cedulario, ut tradit *Confil.de Georgia in allegat.10.n.8.* & hæc præfumptio eft adeo potens, quod quamvis Caftrum aliquod non reperiatur ibi taxatum pro adoha, non per hoc erit burgenfaticum, fed feudale exemptum tamen, & francum a præftatione fervitii, feu adohæ ut bene arguit *Gian.in obfervat.ad decif.25.Reg.Capyc. Latr.num.6.* quos fcripfit in terminis Cafalis S. Arfenii Civitatis Cavæ, quam fententiam comprobatam legimus rebus judicatis in fupremis Tribunalibus, ut extat exemplum apud *Revitum in conf.26. tom.2,* in quo licet *D. Auctor* probare nixus fuerit feudum Torcini poffeffum ab Ecclefia effe cenfendum allodiale ex pluribus, quæ illud tale fuaderi videbantur, nempè quod non fuerit defcriptum in quinternionibus, & quod pluries fuerat alienatum, ac concefsum in emphyteufim nullo præcedente afsenfu, & pofsefsum uti allodiale fere per centum annos, nihilominus fuccubuit, & fuit declaratum *effe feudale* ut conftat apud eundem in *calce ejus confilii*, & apud *Reg. Galeotam contr.lib.11.contr.8.tom.1.*

24 Secunda præfumptio non minus refultat fi primæ concesfiones factæ à Regibus Normannis extiterunt confirmatæ ab Imperatore Federico, & ab Alphonfo Primo, & Ferdinando Primo de Aragona, quæ præcedentium concefsionum confirmatio arguit qualitatem feudalem, & jura Supremi domini efse penes concedentem, ut ex *Menoch.conf.191.num.18.& Bald.*arguit *Reg.Galeot. refponf.12. num.300. R.Tapia de conftitutionibus Princip.cap.4. nu.3. Salazar.de jure indiar. lib.2. cap.26 nu.37 Fajar.alleg.33.num.930.& 934.*

25 Infuper animadvertere oportet, quod merum imperium, quod confiftit in Jurifdictione Criminali, non veniebat antiquitùs in generalibus cōcesfionibus ex quo non erat folidum concedi, ut conftat ex traditis per *Reg.de Ponte decif.2.n.14. 18.* Quare illis temporibus fola civilis jurifdictio, quæ Bajulis locorum competebat, Baronibus concefsa intelligebatur; item caufæ criminales meri Imperii non pertinebant ad Bajulos locorum, fed refervatæ erant Juftitiariis Regionum, ut ex *Conftitut.Regni Juftitiarii nomen, & normam* bene, & fatis clarè explicat *Reg.Confil.de Rofa in prælud. feudal.lect.2.nu.13.& 14.*

26 Hinc

16 Hinc fit quod *Constitutio Regni ea quæ cum decus*, quæ confirmaret usurpationem meri Imperii fuit declarativa, & non novi juris inductiva, & proinde extenditur ad concessiones factas ante illius dispositionem, alias vana fuisset illius dispotio si ad futurum tantum habuisset locum, ut singularitèr perpendit *Camill. de Medices conf. 57. nu. 6., & 7.* quo non laudato idem sentire videtur, *Consil. de Rosa in superius citato loco lect. 2. nu. 14. versic. & hic patet.*

27 Verum hodie simplicitèr concesso Castro venit merum, & mixtum Imperium, quià post cõmunicatam Jurisdictionem criminalem Baronibus ab Alphonso Rege cum prærogativa meri Imperii, moribus est introductum fieri tales concessiones cum communicatione meri Imperii, ut post *Reg. Galeotam in decis. ad controv. 53. à num. 22. ad 23., idem Consiliar. de Rosa in citata lect. 2. nu. 16.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 164.

SUMMARIUM.

1 *Nullitate electionis pendente debet Officialis electus manuteneri in possessione, in qua reperitur num. 5.*

2 *Et quid si nullitas sit circa formam electionis.*

3 *Et quid si protestatio nullitatis electionis fuerit facta tempore actus possessionis refertur casus disputatus in S.R.C.*

4 *Electio procurata mediante pecunia redditur ipso jure nulla, & nu. 6.*

7 *Electio subsecuta non facta numeratione votantium juxta numerum suffragiorum est nulla, electio nulla non potest per subsequentem consensum ratificari.*

8 *Officialis electus si reperiatur inquisitus non potest exercere munus.*

9 *Possessio non suffragatur, si non fuerit præstitum juramentum ante possessum, & nu.*

10 *Prorex non nititur cepisse possessionem postquam ingressus fuerit Civitatem, sed postquam præstiterit juramentum.*

11 *Possessio an habeatur pro capta per Sindicum, qui interfuit in locatione Gabellarum Universitatis.*

1 PRincipalis articulus disputatus in hac resolutione versatur circa validitatem electionis, & an acquiratur quasi possessio officii facta protestatione nullitatis tempore electionis. Unde animadvertendum, & differendum duximus, quod pendente nullitate, vel appellatione ab electione, debet interim Officialis electus conservari, & manuteneri in possessione administrationis, quoties nullitas fuit proposita post adeptam possessionem ex *textu in l. Imperatores in fine ff. de decurion. D. de Franchis decis. 264. 419. nu. 1. & decis. 605. Amichin. de prævent. cap. 2. rub. 1, nu. 95. Rovit. ad Pragm. 2. nu 43. de administr. Univ. Reg. Tetra super Ritu M.C.V. 2. nu. 59.* plenissimè *Reg. Matthæu de Regimine Regni Valentiæ cap. 4. §. 4. à nu. 4. ad* 20., ubi limitat conclusionem in duobus casibus.

2 Primus est, quando opponitur defectus electionis circa substantialia formæ ipsius.

3 Secundus casus quando tempore adeptæ possessionis Adversarius protestatur de nullitate electionis appellando ab illa, quia tunc admictitur appellatio quoad utrunque effectum, & interdicitur interim administratio, prout sic decisum demonstrat; sed quia articulus iste fuit priscis temporibus acerrime disputatus in S.C. ad instantiam particularium Civitatis Melficti contra Pirrum Antonium Lanza Sindicum electum, & Sac. Cons. fuit in decernendo, *quod audiantur partes super nullitate, seù validitate electionis*, & postmodum in gradu reclamationis incidit votorum paritas, & inter nullitates propositas dicebatur,
4 quod electio erat subsecuta mediante pecunia, & nec non quod persona electa reperiebatur inquisita de mandato homicidii, & adversus prætensam possessionem obiiciebatur, quod Electus non præstiterat juramentum in Ecclesia juxta fordinem Proregis, & proinde haberi perinde, quasi nullam cæpisset possessionem; Quare existimavimus, ut ea quæ in d. causa fuerunt allegata pro parte Civitatis contra Sindicum hic Tipis mandarentur, cum non reperiantur alibi impressa.

Jus, & factum pro particularibus Civitatis Melficti contra Pirrum Antonium Lanza Sindicum.

5 Decretum S. R. Consilii, quo provisum est in causa Pirri Antonii Lanzæ Sindici Electi in Civitate Melficti, quod *audiantur Partes infra quatuor dies, super nullitate, seu validitate electionis*, fuit ritè, & rectè latum, & debet omninò confirmari in causa reclamationis: regula enim est notissima, & millies practicata, & decisa per Sac. Consilium quod quando dicitur de Nullitate electionis alicujus Officialis electi ante possessionem per eum captam, Electus non potest exercere, & procedere in causa nullitatum, & partes audiuntur super eis, dato termino in causa Nullitatum, *decisio est Domini Præsidis* 419. & sunt infiniti processus, & hoc ordine processit Sacrum Consilium in hac causa, quæ conclusio eo magis procedit in hac causa, cum non solum fuit dictum de nullitatate, sed fuerunt propositæ eisdem actis apparentis, adeo quod causa principalis decidi potest, & declarari electionem nullam, & inter alias nullitates duæ sunt præcipuè.

6 Prima quia dictus Electus pecunia electionem procuravit, ut ex informatione constat quo casu electio, ex Juris communis dispositione est nulla, *ex tex. in l. pr. ff. ad l. Juliam de ambitu*, qui loquitur in municipio Optimè *Vasqu. de success. progressu lib. 2. §. 17., requisit. 22. num. 13.* ubi disputat in fortiori casu, in cive, qui præcibus obtinuerat in civitate sua honorem, & imputabatur de ambitu & disputat articulum, quando internerit pecunia, & decidit incidere, *in l. Juliam de ambitu*, reprobata opinione, si sit electa persona digna non potest enim dici persona digna quæ pecunia honorẽ sibi occupat in Civitate, & est omnino videndus, Præterea Sindicus, seù Administra-

tor

tor Civitatis æquiparatur tutori, *l. Præfes C. de tranfact.* & ibi notat *Gloff.Cin.*, & *Bald.* fed tutores, non folum removentur, fed puniuntur, qui nummis datis, tutelæ munus occuparunt, *tex. in l. prima §. folent ff. de off. Præfect. Urbis; §. fi quis præfens inftit. de fufpect. tutor.*; Ultimo adeft *Regia Pragmatica Caroli Quinti tit. de adminiftrat. Univerf.* quæ mandat fieri electiones liberè, & non poteft dici fieri liberè, quod fit data pecunia.

7 Secunda Nullitas eft, nam in electione non fuit facta jufta collatio numeri ad nummorum fuffragiorum datorum pro dicta electione, nam numerantur centum viginti quinque fuffragia, quæ dabantur in electione dicti Pirri Antonii, & poftea reperiuntur centum triginta, & fic majora, *tex. eft follemnis in cap. in genefi legitur extr. de elect.*, & ibi notat *Hoftienf.*; *Jo: And.* & *Abb.*

Nec obftat dicere, quod electio dicti Sindici fit confirmata ex confenfu fubfequenti civium, qui fecerunt conclufionem, nam electio nulla non poteft per fubfequentem confenfum ratificari, tex. eft optimus *in c. auditis extr. de elect.* & ibi notant *Abbas*, & *fcribentes*.

8 Tertio eft confiderandum circa perfonam Electi, quod reperitur inquifitus de mandato homicidii, & de jure non poteft exercere munera, *l. 1. C. de reat. lib.* 10. Et adeo ifte ambivit dictum officium, quod per duos menfes ante tempus electionis procuravit provifiones D. Commiffario, quod poffit eligi in dicto officio Sindicatus; quis enim eidem revelavit, quod effet eligendus in Sindicum? nifi ambitus dicti officii? Unde ex hoc, ut fufpectus deberet removeri; quando haberet poffeffionem cum adeo fe ingefferit.

Nec dubitari poteft dictum Pirrum Antonium nullam habuiffe poffeffionem dicti officii.

9 Primo quia adeft ordo S.E., quod Adminiftratores dictæ Civitatis non poffint exercere eorum officium, nifi prius præftiterint juramenta in Ecclefia in die 1. Septembris proximi, ex quo nova electio fit in die 25. menfis Augufti proximi præcedentis.

Secundo quia virtute dicti ordinis folitum eft in dicta Civitate præftari juramenta, & fignanter per Sindicos, antequam capiant poffeffionem dicti officii, & id inviolabiliter fervatur, ut per innumeras fcripturas præfentatas apparet.

Tertio quia quando per Officialem, feu Adminiftratorem eft præftandum Juramentum, non poteft dici nunquam cœpiffe poffeffionem officii, nifi prius præftito juramento, eft doctrina *Baldi in l. nec quicquam, §. meminiffe in fine ff. de off. Proconf. Aug. in §. jusjurandum in auth., ut lud fin quoq. fuff.* de-

10 cid t *D. de Franchis decif.* 395. *n.* 4. in illuftriffimo Prorege, quod etiam fi intraverit Civitatem, non dicitur cœpiffe poffeffionem nifi prius præftiterit juramentum.

Quarto quia in dicto die primo Settembris fuit datum juramentum Sindico populi, confocio dicti Pirri Antonii Lanzæ Sindici electi ex parte nobilium, & dicto Pirro Antonio fuit denegatum, ut per fcripturas præfentatas.

Quinto hoc evidentius apparet, nam idem Sindicus Populi in ultimo die Augufti petiit in die fequenti dari poffeffionem dicti officii ab Officialibus dictæ Civitatis, & fuit oblata excepta perfona dicti Pirri Antonii ut ex fcripturis præfentatis.

11 Nec obftat dicere quod dictus Pirrus Antonius habuerit poffeffionem dicti officii ex eo quod fub die 26., & 28. menfis Augufti intervenerit in venditionibus Gabellarum, nam ille interventus fit pro fe informando de negotiis Univerfitatis, & de Gabellis vendendis anno fuæ adminiftrationis, & quod fit verum apparet ratione invincibili, nam adminiftratio veterum aliorum Officialium dictæ Civitatis finit in die ultimo Augufti, & adminiftratio nouorum Officialium incipit à die 1. Septembris. Ita fuit declaratum in S.C. per fententiam, ut teftatur *Dom. de Franchis in d. decif.* 419. *in fin.* fi ergo adminiftratio veterum non fuit ante primum diem Septembris quomodo poteft dici novos Adminiftratores pro anno fequenti habere pofseffionem officii, veteribus Officialibus, & Adminiftratoribus adhuc in pofseffione exiftentibus?

Præterea dictus Sindicus Populi confocius dicti Pirri Antonii, etiam intervenerat in venditione Gabellarum, & tamen in ultimo die Augufti petiit Poffeffionem folitam dari in 1. die Settembris, quod eidem confignetur, & fic confitetur non habuiffe poffeffionem dicti officii, ex dicto interventu.

Ex quibus fequitur, quod dictus findicus non habuerit poffeffionem, debent partes audiri fuper nullitatibus, & confirmari decretum à S. C. primo loco latum non obftante paritate votorum dicti Sacri Confilii in caufa reclamationis.

ANIMADVERSIO.

Ad Refolutionem 167., & 169.

SUMMARIUM.

1 **Reg. Ioannes Francifcus Marcianus** *debitis condecoratur laudibus.*

2 *Nullitatis Judicium non impedit inftrumenti exequutionem.*

3 *Nullitates refpicientes nullitatem laudi non poffunt impedire exequutionem inftrumenti virtute cujus fuit laudum acceptatum.*

4 *Judicium exequutivum liquidationis Inftrumenti præfcribitur fpatio viginti annorum, & jus exequutivum fpatio triginta annorum num.* 5.

6 *Via exequutiva experiri poteft per intereffe virtualiter, & per interpetrationem debitum licet expreffe non fuerit deductum in pactum.*

7 *Intereffe quod debetur principaliter, ut fors producit aliud intereffe.*

8 *Intereffe lucri ceffantis quotiefcumq; non eft fucceffivum, fed frequentatum in regione, taffari ab initio poteft in mutuo juxta veriorem opinionem.*

9 *Intereffe damni emergentis parit aliud intereffe.*

10 *Exceptio vis, & violentia non inducitur ex coactione facta per Dom. Proregem ad compromittendam litem, quæ diu duravit inter Magnates, num.* 11. 12. 13.

14 *Proteftatio, quæ non fuit facta in continenti, fed poft quinque menfes non juvat.*

15 *Metus arguatur fi Princeps non admiferit partem ad dicendum de nullitate laudi.*

16 *Metus vis, & violentia an præfumantur, quando laudum fuerit acceptatum circa ea quæ erūt*

impo

impossibilia ad observandum.
17 *Laudum nullum respectu unius, an valeat respectu alterius.*
18 *Exceptio redditionis computorum non impedit exactionem dotium.*
19 *Interesse semper venit in Judicio negotiorum gestorum, & familiæ erciscundæ.*
20 *Interesse liquidatum de jumenti minimis nō excedentibus summam ducat. centum debetur quando summę licet minimæ simul unitæ excedunt summam ducatorum centum.*
21 *Hæres obligatus proprio nomine tenetur ad observantiam obligationis, quando percepit fructus hæreditatis.*
22 *Judicis mandatum factum justa existente causa non inducit justum metum.*
23 *Executio instrumenti, vel exequutionis laudi non potest impediri per viam nullitatis, quando fuit captum exequi.*
24 *Instrumenti exequutio ob nullitatis allegationem impedita non potest contra existentem in possessione, sive quasi utendi, instrumento.*
25 *Nullitas potius operatur à principio quam ex post facto ad resolvendam possessionem & exequutionem captam.*

1 AGit *Dominus meus Consiliarius* de nullitatibus, quæ proponi solent adversus laudi exequutionem, et acceptationem, et an laudum sit exequendum non obstantibus nullitatibus oppositis, cumque de his, & similibus juris articulis fuerit acerrime disceptatum in S. Consil. in celebri causa agitata in præcedenti sæculo inter Ducissam Hadriæ, & Principissam Scillæ D. Ioannam Ruffo, in qua signantèr fuit in controversiam deductum, an possit tractari de executione instrumenti super acceptatione laudi, nisi prius discussis nullitatibus jam priùs oppositis quantum discussioni pars acquieverat, & monitiones super discussione fieri fecerat. At nec non fuit in dubium revocatum; dùm nullitates priùs oppositæ adversùs laudum cum aliis additis potuissent opponi, & discuti per viam exceptionis adversùs exequutionē decretorum interpositorum vigore pacti executivi adjecti in instrumento acceptationis laudi, quod jam fuerat ceptum exequi; & pro Ducissa Hadriæ strenue puguaverit partes ejus tuendo celeberrimus nec juris Consultus, & magni nominis Advocatus Reg. Ioannes Franciscus Marcianus, sat nobis erit, ut compendium ejus præclarissimi responsi, quod nou dùm publicam lucem aspexit, hic Typis subiiciamus, ad hoc ut cernatur, qua doctrina quò ingenio, & quò facili, & non contemnendo stylo, scripserit, & cuncta argumenta in contrarium excitata refellerit.

Responsum R. Jo: Fracisci Marciani.

Adversus decreta lata in beneficium Ducissæ Hadriæ, contra Principissam Scillæ circa solutionem duc. 108. mil. capitalis cum interesse vigore pacti exequutivi ad evitandam executionem plura opponuntur per partem ejusdem Principissæ, quibus breviter occurritur.

Primò opponitur, quod non potest tractari de executione instrumenti, nisi prius discussis nullitatibus jamdudum oppositis, quarum discussioni Ducissa acquievit, & monitiones super illarum discussione fieri fecit; stante etiam decreto Collateral. Consil.

2 Sed respondetur; quod hæc judicia sunt diversa, nam judicium nullitatum fuit principaliter intentatum per Principissam, nec potest impedire exequutionem instrumenti, sicut non impedivit liquidationem, cum non sit in partium potestate per viam nullitatum principaliter viam eludere exequutivam, *l. si quis rem ff. de recep. arbitr., & Gaurb. decis. Sicil. 100. num. 3. cum aliis in allegationibus num. 1.* nec Collaterale Consilium hoc determinavit.

Et propterea ante omnia videndum est an nullitates propositæ possint impedire exequutionem instrumenti, & in hoc distinguendum, nam quædam nullitates, & exceptiones respiciunt nullitatē laudi, quædam verò nullitatem instrumenti. Quę respiciunt nullitatem laudi, non obstant, nec possunt impedire exequutionem instrumenti: nam cū laudum, sive arbitramentum fuerit nedum tacitè, sed expressè semel, & bis mediantibus publicis instrumentis cum juramento acceptatum, etiam quod laudum esset nullum, quod expressè nega-

3 tur, nihilominus illa nullitas non possit impedire exequutionem stante prædictis acceptationibus, nam valet arbitramentum in vim pacti, & transactionis ad notata per *Gloss. in l. 2. ubi Bart. & cæteri C. comm. utriusque judic. Affl. in dec. 117. in fin. ubi Ursill. & cæteri allegati in alleg. n. 2. & 3.* præcipuè cum fuerint arbitratores à quorum arbitramento regulariter non appellatur, ut per *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 14. num. 1. & seq.*

Aliæ vero exceptiones, quæ respiciunt instrumentum; quædam opponuntur adversùs ordinem, & exequutionem instrumenti; quædam vero adversus justitiam illius.

Prima igitur exceptio, quæ respicit ordinem, & exequutionem instrumenti est, quia præsupponit non posse agi via exequutiva post 19. annos à die stipulationis instrumenti decursos cum jus exequutivum præscribatur spatio decem annorum.

4 Sed hæc prima exceptio non obstat, nam aut hoc judicium exequutivum regulatur à judicio liquidationis instrumenti via ritus, & habemus ritum 167. quo expressè decernitur hoc jus liquidandi non præscribi nisi spatio 30. annorum; ubi *Carav. & cæteri* hoc notant, aut non dependet ab illo, ut dixit *Carav. in 6 quæst. num. 32.*, & tunc jus exequutivum nō præscribitur nisi spatio 30. annorum, quia tanto tempore præscribitur officium Judicis nobile, *Affl. decis. 225.* optimè *Gom. in l. 63.*

5 *Tauri nu. 1.* & omninò videndus *Asev. d. lib. 2. recopil. tit. 15. lib. 6 num. 1. & Dom. Consil. Carleval. de judiciis disp. 2 quæst. 5. num. 362. & quæst. 65., & Alii in allegat. nu. 5., & 6.* stante præcipuè interruptione per citatiouem, ut per *Asev. ubi supra num. 39.*

Secundo opponitur, quod non possit agi via exequutiva pro interesse decurso post biennium, quia nō fuit illud expressè deductum in facto, sed venit ex interpretatione, ut per *de Franch. in de cis. 325.*

Respondetur, quod nedum venit ex interpretatione, & virtualiter, sed expressè, nam non dicitur pendente dilatione bienuii correspondeat ad interesse duc. 7. pro centum, quo casu posset disputari; sed dicitur pendente satisfactione, unde cum impotret conditionem, non sequuta satisfactione, semper debetur interesse etiam ultra biennium, ita in puncto dixit *Scc. jun. in cons. 66. vol. 2. in princ.*

princ., & fequitur *Eugen.in conf.18.num.36.lib.2.* & *Anton. Fab. in fuo Codice titulo de ufuris diff.* 1.

6 Et quatenus virtualiter,& per interpretationem veniret hoc intereffe, adhuc agi poterit via executiva, ut per *Alex. in l. juris gentium §. fin. in pn. de pa&.* cum aliis notatis per *Gratian.difc. forenf.c.37.nu.44.,& bene in cap.323.nu 9.& feq. & cap.444 a nu.45.* nec obftat *de Franchis*,quia fundatur in *Ritu Magn.Cur.* qui loquitur de tenore,& quod venit virtualiter, non dicitur de tenore, ut ipfe fatetur, licet prædicti *DD.*contrarium etiam teneant, vide latiùs in *allegationibus num.*10. & 11.

Contra verò juftitiam inftrumenti opponitur primo,quod non debeatur hoc intereffe duc.152. mil.quia eft intereffe alterius intereffa, quo nullo jure debetur.

Sed negatur effe intereffe alterius intereffe nã illi duc.152. mil.ad quos fuit Principiffa condemnata pro intereffe capitalis duc.139 m. fuit principaliter deductum in contractu non tanquam intereffe,fed tanquam fors, nam Principiffa fe obligavit ad totam quantitatem ducat.368. mil. inter quos erant inclufi prædicti duc.153.mil. quos pro faciliori commoditate promifit folvere infra biennium,& interim pendente fatisfactione correfpondere ad rationem feptem pro centum, & ideò cum illud intereffe non petatur ut intereffe, nec accefforie, fed principaliter uti fors in contractu dedu-

7 ctum,benè producit aliud intereffe, *Rain.conf.55. fub.num.18.,& 20.lib.2.per text.*ubi *Gloff.in l. focium qui, ff. pro focio,*& in terminis *Cavalcan. decif.21.nu.30.verf. & nifi lib.1.*ibidem *Rovin. conf. 103.num.4.ad fin.lib.1. Honded. conf.50. num.20, lib.1.* cum aliis adductis in *allegationibus nu.12., & feq.*

8 Nec refert, quod non poffit intereffe lucri ceffantis ab initio taxari, cum contrarium fit verius etiam in mutuo,quotiefcumque non eft exceffivũ, fed verifimile & frequentatum in regione, ut poft *H.ft.in cap.falubriter,& in cap.naviganti,de ufur. Covar.Guttier.,*& alios refert *Gratian. in cap.387. num.1.Bonacin.de contract.difput.3. quæft.3. part. 4.nu.12.,& 13.* cum aliis in *allegationibus nu.15., & 16.*

9 Præcipuè cum hoc intereffe non fit lucri ceffantis,fed damni emergentis, cum de prædictis quantitatibus folvendis per Principiffam fuerint factæ nõnullæ ceffiones per Duciffã fuis creditoribus ad majorem rationem pro fumma duc.62.mil. qui ob fatisfactionem non fequutam damnum maximum intulerunt Duciffæ,unde cum fuerit ex præfentationibus horum inftrumentorum probatum hoc damnum emergens,ex *Seraphin. decif.935. in fin., & Barbof. in to.2.par.1.in princ.nu.44. & 48. fol. matr.* nulli dubium effe poterit, quin debeatur hoc intereffe.

10 Secunda exceptio, quæ contra juftitiam inftrumenti opponitur, fundatur in prætenfa vi, & violentia, quam dicit illatam per Ducem Ofsunæ.

11 Sed nihil penitus obftat, nam compromiffum fuit per Principiffam petitum, & tractatum, fatis ante adventum Ducis Ofsunæ, ut ex ejus Epiftolis colligitur *fol.3.4.,& 5.cum feqq.* quinimò ipfamet certiorem fecit de hoc tractatu Ducem Ofsunæ poft ejus adventum,cum ita conveniens ei videbatur, & in ejus manus configuavit nominationẽ quinti arbitri, ut ex ejus Epiftola fub die 3. Augufti 1616. *fol.*16.,& cum ageretur inter primos Regni proceres, & magna res,ita conveniens erat,quinimò fi Prorex ita mandafset bene quod fuum erat peregifset, nam poteft Princeps cogere fubditos ad compromittendum,quando lis diu inter magnates durayit,ut in cafu noftro ita *Afflict. in decif.149.num.5.,& 6.de Ponte decif.33. & cæteri in allegationibus, num.*20. unde nulla ex his poterit colligi vis,& violentia.

12 Nec obftant chirographa Ducis Ofsunæ directa arbitris,ut expeditionem feftinarent, nam tantum abeft, ut inducant violentiam ut potius fecundare voluifse videatur voluntatem Principiffæ, quæ voluit ut compromifsum finiretur infra menfem, ut ex ejus Epiftola *fol.*14. & 15. & ex compromifso *fol.* . . & nihilominus ultra 18. menfes in longum protrahebatur.

13 In ftipulatione autem tum primi laudi tum fecundi,nulla allegatur,nec probatur violentia,imò nec fumus,neq; fufpicio quæ fi adfuifset, poterat Principifsa fe proteftari de hac afserta violentia, fed quia neque de illa poterat fomniari, quietè illud acceptavit, & pecuniam non modicam pro folvenda trigefima mutuavit, & fimul Romam cum Ducifsa,& Duce profecti funt.

14 Neque obftat proteftatio, quæ producitur nam non fuit facta incontinenti, fed quinto poft menfe tempore folutionis faciendæ, quæ non juvat, ut per *de Franch.in decif.119.num.15.*

Ita etiam parum obftat gravamen oblatum per Deputatos hujus fideliffimæ Civitatis, quia illud fuit procuratum à Fabritio Villano Procuratore, & affine Principifsæ,& uno ex Deputatis Civitatis, neque fufficit fuifse oblatum gravamen, nifi fuerit probatum,ultra quod fubreptitium ex omni fui parte apparet.

15 Neque ultimo loco juvat fides Secretarii Salazar, nam ex illa non colligitur violentia in actu ftipulationis,ut requirebatur, & licet noluerit admittere Principifsam deindè tempore folutionis ad dicendum de nullitate laudi, benè egit,nam cũ jam acceptaverat etiam fub verbo dato S. E. non poterat amplius remiffionem petere, ut dicit in puncto *Caftell.de donat.contempl. matrim. tract.1. difcurf.2.par.6.nu.169. fol.273.* & facit *tex.in l.3. ff.à quib.provoc.non licent,cum aliis in allegationibus num.24.*

Videns autem Pars hanc exceptionem nullo modo fubfiftere, voluit illam corroborare ex fubfequentibus fub prætextu, quod acceptaverit nonnulla,quæ non debebat;ex quibus præfumi afserit per vim acceptafse.

Sed hoc Partus affumptum nullo modo procedere poterit nam ultra, quod fi hoc procederet, nunquam haberet locum communis doctrina *Gloff.& DD.in l.2.C.com. utriufq. judic.* cum aliis adductis fuperius, quod etiam laudum nullum poteft à Patribus acceptari, & valet in vim pacti, & tranfactionis,illa etiam, quæ à parte ponuntur ad oftendendum hanc violentiam, nedum illam indicant, quin potius Principiffam inducere poterant ad acceptandum.

16 Hæc autem, quæ per Partem allegantur fuiffe per Principiffam acceptata, fundantur, primo in eo, quod acceptaverit id,quod erat impoffibile ad obfervandum, nam promifit ftatim folvere duc.

139.

139.mil.capitalis & erat impossibile illos invenire, sed factum non ita se habet, nam per primum laudum jam fuerat condemnata ad prædictam quantitatem, & erant elapsi quinque menses, & proinde non potest dici fuisse condemnatam ad impossibile, sicut neque solvit nisi quinto post mense.

Secundo, quia in compromisso fuerat expressè conventum, ut non possent arbitri immutare, quod erat decisum per S.Cons. & nihilominus arbitri nonnulla mutarunt, nam cum esset liquidatus valor burgensaticorum in duc. 381. mil. ut ex decreto S.C. *fol.*286. *vol.*3. nihilominus per arbitros in 5.capite laudi *fol.* . . . fuerunt deductæ nonnullæ partitæ a patrimonio burgensatico, & aggregatæ ad patrimonium feudale, & signanter partita duc.14000.

Sed replicatur dupliciter. Primo, quia in dicto decreto S.C.*erat* riservata potestas addendi, & diminuendi, *ut fol.*286.*in* 3.*vol.cont.* Secundo, quia hæc deductio à patrimonio burgensatico ad feudale fuit utilè ipsi Principissæ, unde potius allectio ad acceptandum; quàm violentia inducta colligitur.

Item asserit in eodem decreto S.C.*fol.*186. fuisse decisum spectare ad Principissam tertiam partem burgensaticorum, undè præsumitur fuisse decisum illam spectare una cum fructibus à die mortis Principis pars, & proinde dum arbitri fructus dictæ tertiæ partis per triennium à die mortis Principis usque ad diem matrimonij divisêrunt, ut per duos annos competerent Principissæ, & per alium annum Ducissæ fecerunt contra decretum S.C.

Sed respondetur, quod nunquam fuit hoc decisum per S. C. sed tantummodo spectare tertiam partem, nihil loquendo de fructibus, nec à quo tempore, sed fuit deinde hoc disceptatum in S.C. prætendens Ducissa illos non competere Principissæ nisi a die purificatæ conditionis, ut latà fundavit *D.Reg.Rov scribendo in hac causa in cons.*33. *lib.*1. & ideo quod Sac..Cons. non determinavit hoc arbitrati sunt arbitratores, idcircò non fuit contra decretum, nec potest ex hoc colligi præsumptio metus.

Item opponit, quod arbitri determinarunt contra decreta S. C. respectu Comitis Sinopolis, uti hæredis quond.D.Marcelli Ruffi, ut in *cap.*26. *fol.* 38. *àter.* modificando annuam promissionem duc.1000.in annuis duc.800.contra decretum, & sententiam S.C.ut legitur *fol.*149.

Sed respondetur, quod in compromisso respectu Comitis, fuit dictum, ut possent arbitri determinare omnes controversias non decisas per S. C. unde cum pendebat reclamatio à prædicta sententia, & decreto, non poterat dici controversia decisa; prætcrea hæc modificatio fuit etiam ad favorem Principissæ, unde non potest ex ea colligi præsumptio violentiæ.

Cæterum quatenus esset nullum laudum respectu Comitis, quod negatur valebit tamen respectu Principissæ tam vigore pacti appositi in compromisso, *fol.*61. *àter.* quam etiam de jure laudum enim licet nullum in una re, valeat in alia, *Socc. cons.*121. *num.*5. *lib.*3. & nullum respectu unius, valeat respectu alterius, ut per *Cancer.lib.*2. *var.cap.*18.*num.*79.*& seq.*cum aliis in *allegationibus num.*31.

Et ex hoc reiiciuntur alia, quæ opponuntur respectu Comitis, quod fuit laudum prolatum tempore mortis Comitis, & quod non potesat compromitti de jure, & de facto; nam ultra, quod adest decretum S.C. tàm super compromisso, quàm super acceptatione, ex quo cessarent omnes oppositiones, ut in allegationibus *num.*33. stante deinde acceptatione laudi per Principissam non potest opponere nullitates respectu Comitis.

Quarto opposuit, quod fuit gravata per laudum, in partita Principissæ Acquavivæ respectu dotium, antephati, & usufructus duc.20.mil.sub pretextu, quod fuit condemnatum ad solvendum interesse annatarum prædictarum cum non deberentur, tum quia non fuit interpellata per Principissam Aquavivam, & obstabat ei exceptio redditionis computorum administrationis tutelæ, tum etiam quia respectu usufructus non præstiterat cautionem.

Sed respondetur, quod in nihilo fuit gravata, nam Principissa dum esset tutrix Ducissæ filiæ nihil petiit, sed sibi ipsi quolibet anno satisfecit, ut licitum ei erat, ad *text.in l.quotiet*, *§. sicut autem*, *ff. de admin. tutor.* & proinde non erat necessaria interpellatio; neque obstabat exceptio redditionis computorum, nam ultra, quod non impediebatur exactio dotium, ut *per de Franch. in decis.*642. *& alios in allegat.num.*35.*&* 36. neque ipsa poterat
18 petere computum, cum Principissa Acquaviva non fuerit ejus tutrix, sed Ducissæ filiæ, quæ obtulit ipsa dare computa pro ejus matre, ut ex ejus comparitione, *fol.*103. *vol.*3. & proinde arbitri declarantur Ducissam debitricem Principissæ Ruffæ in duc.21425. ex causa exactionis factæ per Principissam matrem ex tertia parte burgensaticorum tàm ante, quam post matrimonium, *fol.*36.*in fin. cap.*18.

Neque tenebatur præstare cautionem, dùm illa non fuit petita, & proinde interim fecit fructus suos, ut per *text.in l.hac edictali*, *§.is illud*, *cum §. fin.C.de secund. nupt. cum aliis adductit num.*38. *&* 39.

Quinto, fuit oppositum, quod nullum debetur interesse, ex quo numquam fuit ipsa in mora; dum ignorabat quantitatem, pro qua debeat contribuere.

Sed respondetur, quod sivè loquamur in judicio negotiorum gestorum, sive loquamur in judicio familiæ ercifcundæ, semper venit interesse, ad *text.*
19 *in l.at qui natura*, *§.non tantum*, *ff. de negot.gest.* *& in l.& in contraria*, *ff.de usur.* *& l. sive pro fratre*, *C.de negot.gest.* *& l. non solum*, *ff. famil. ercifcund.* *& l.bis consequenter*, *§.Celsus*, *ff.eod.cum alijs num.*40.*& seq.*

Undè cum statim defuncto Principe, creditores urgerent, & super bonis burgensaticis satisfactionem peterent Ducissa provocavit Principissam judicio familiæ ercifcundæ super contributo in anno 1588. undè hæc provocatio generalis constituit Principissam in mora respectu omnium, & nulli dubium esse poterit, quin debeatur hoc interesse, precipue cum fuerit damni emergentis, cum Ducissa venditionē annuorum introituum fecerit pro solvendis creditoribus hæreditariis, & bona propria fuerint illis assignata cum ejus maximo detrimento, unde non mirum si fuit condemnata ad interesse tam modicum habito respectu ad lu-

crum immensũ, quod fecit Principissa, & Princeps D. Vincentius de pecunia, quæ ad creditores spectabat, ut latius habetur in allegationibus *num. 42. & 43.*

Sexto opposuit, qood per arbitros in 8. capite *fol. 33. àter.* fuit condemnata ad contribuendum pro doc. 54. mil. donatis per q. Principem D. Fabritium pro cootemplatione matrimonij initi cum comitissa Nicoteræ: & quod pro eis bis contribuit.

Sed respondetur, quod rectè fuit condemnata ad contribuendum; nam donatio illa fuit facta cum qualitate hæreditaria, undè rectè processit cõtributio, ut legitur in donatione *fol. 482. at. lit. A. & 583. lit. B. in 3. volum.* ultra quod de jure debebat etiam contribuere, ut latius in allegationibus *num. 44.*

Quoad secundum negatur, quod bis contribuerit pro prædictis ducat. 54. mil. sed semel, nam cum fuisset condemnata ad contribuendũ pro tota summa duc. 54. mil. quando deinde in satisfactionem illius fuerunt assignata quædam corpore hæreditaria, & pro restaotibus ducat. 10300. fuit dictum, quod unaquæque pars contribueret pro sua rata, fuit tanquam æs alienum solvendum ab utraque, undè non potest dici bis contribuisse pro eadem re, sed semel tum alias non contribueret pro tota summa duc. 54. mil. sed tanto minus.

Alia exceptio opposita per partem in secunda exceptione ex capite injustitiæ nõ procedit in facto, nam cum interesse debitum Ducissæ excederet summam debitam Principissæ nedum ex causa interesse, sed etiam capitalis; benè fuit processum in bilancio excomputaodo duc. 111. mil. ob interesse debitum Ducissæ.

20 Tertia exceptio in 3. capite, quod fuit liquidatum interesse de summis minimis, non obstat, nam unitis prædictis summis licet minimis longè excedebant summam ducat. 100. unde beoe ex prædictis unitis debetur interesse.

Ad opposita autem in 4. 5. & 6. io capite fuit superius satisfactum, ita etiam ad contenta in 8. capite, nam illum processit particulari ratione, ut legitur in 13. capite laudi, & latius in *alleg. n. 49* Sic etiam ad opposita io 9. capite, nam illud, ut superius diximus continebat favorem Principissæ, quæ erat debitrix D. Marcelli Ruffi.

Contenta in 10. capite non militaot in facto, nam tota quantitas duc. 50. mil. depositata per principissam fuit liberata creditoribus ipsius Ducissæ, non autem creditoribus hæreditariis, unde benè fuit ei excomputata in interesse debito, imò debebat excomputari in causa alimentorum:

Item quod dicitur io 11. capite oon fundatur.

21 Ad 12. caput respondetur, quod non debet pars mirari, quod Principissa se obligaverit proprio nomine, nam cum perceperit fructus hæreditatis tenebatur pro illis proprio nomine.

Ad 13. fuit supra satisfactum.

Et 14. non obstat, nam appretium fuit petitum ab ipsa Principissa, ut legitur *fol. 76. at.* & illo facto ipsamet reclamavit, *at fol. 94. at. in 4. proc. t. vol.*

Cæteris verò capitibus fuit responsum superius undè cum non obstet opposita per partem omninò debet exequi instrumentum contra Principissam hæredem vigore pacti, non obstantibus nullitatibus, & exceptionibus oppositis, quæ instrumenti exequutionem impedire non valent.

Quod præcipuè procedit, quia jam fuit ceptum exequi ex multis. Primo, quia bis meditantibus publicis instrumentis laudum acceptavit, quinimò lato primo laudo, cum jam esset defunctus Comes Sinopoli filius ipsamet Principissa petiit in S.C. dari curatorem ad acceptandum laudum, & compromissum, uodè fuit acceptatio in judicio, Secundo, quia solutiones fecit noonullarum magnarum quantitatum, & licet illas fecerit viribus præturæ compulsa stante quod fuerat

22 citata super tenore instrumenti, attamen mandatũ Judicis de solvẽdo justa existente causa emanatum non inducit justum metum, *l. si mulier. ff. de eo, quod met. caus.* & per *Castr. in l. emere, C. de jure delib.*

Tertiu, quia nullitatum exceptioni fuit cum juramento renunciatum, uode exequutio non poterit retardari, ut in *alleg. nu. 56.*

23 Quarto quia fuit cœptum exequi servata forma laudi vigori decretorum S. C., quo casu non potest amplius dici de nullitate ad finem impediendi exequutionem ut post alios refert *Mandos. de inhibitioat qu. 49. nu. 2., & 3. Giarb. decis. 100. num. 8. Scacc. de appellationib. concl. 5. num. 20.*

24 Qua igitur ratione prætendi poterit instrumẽti exequutionem ob nullitatis allegationem esse impediendam, dum non solum illud cœptum fuit exequi, sed quidem magna ex parte nedum solutione, sed etiam judiciali decisione, exequutionem penè perfectam habuerit? Cum sanè certum sit in jure, quod si quis fuerit in possessione vel quasi utendi instrumento eo casu per viam nullitatis illius executio impediri nequaquam possit ut post *Jo. de Amicis in cons. 150. Berrous cons. 189. lib. 3. Bursat. cons. 74.* aliosque relatos per *Lancellot. de attentat. cap. 17. num. 150.* nullitas enim

25 potentius operatur a principio ad impediendam quam ex post facto ad resolvendam possessionem, & exequutionem cœptam, ut notatur in *d. l. si vir. ff. de acquir. possess.*, ubi *Socc. col. 3. Ossasc. decis 34. nu. 8.* ex quibus omninò esse confirmanda decreta Magnifici Commissarii non obstantibus nullitatibus oppositis per partem tamquam parum refragantibus per doctissimos, & pissimos Judices decernendum fore existimo.

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 170., & 171

SUMMARIUM.

1 *Interesse vitæ, & militiæ non debetur à die mortis Patris, & referuntur decisiones; & stylus judicandi nu. 2.*

3 *Vita, & militia taxatur ad instar legitimæ, & refertur praxis taxationis.*

4 *Filius Primogenitus, an teneatur ad præstandam vitam, & militiam, si ei non supersit, ut possit vivere.*

5 *Filius secundogenitus pro vita, & militia an habeat actionem super corpore Feudi, itaut possit cogere Primogenitum ad Feudum vendendum, vel dandum in solutum.*

6 *Vita, & militia an debeatur fratri secundogenito, qui habuit a Patre donationem, vel legatum,*

tum, vel obtinuit Prælaturam.
7 *Et quid si legatum fuerit relictum in compensa-*
tionem vitæ, & militiæ.
8 *Vita, & militia, an extinguatur per mortem se-*
cundogeniti quando fuit aliquid relictum cer-
tum, & extimatum.
9 *Vita, & militia, an extinguatur in beneficium*
Primogeniti, vel confiscatur Fisco acquisita per
rebellionem filii secundogeniti.
10 *Pars pretii debita filiis secundogenitis in feudis*
novis, quomodo sit taxanda.
11 *Feudi novi pretium an debeatur secundogenitis*
patre moriente ab intestato.

CONtra conclusiones firmatas per *D. Consilia-*
rium Staibanum in his duabus resolutioni-
bus insurrexit *D.Consil.de Rosa in contr. 29.*, qui
cum decertandi fortitudine prosternit ejus opi-
nionem refellendo omnia argumenta, in contra-
rium adducta, ut legitur *nu.98.*, *& 99.*, *& 100.*
ubi refert omnes res judicatas, per quas semper
fuit habitum pro constanti interesse vitæ, & mi-
2 litiæ, non deberi à die mortis, & sic decisum quo-
que extitisse testatur in eadem causa, in qua scrip-
sit *D.Staibanus*, adeoquod concludit temerarium
esse contrarium attentare contra autoritatem tan-
tarum rerum judicatarum, ex quibus est indu-
ctus stylus ità judicandi. Audiantur quæso ejus
verba. *Cæterum si omissis DD. authoritatibus,*
qui multoties, aut causa, quam defendunt, aut
propter affectui inserviunt, ad res decisas in no-
stro Sacro Cons. respicere velimus, cujus quanta sit
authoritas, nemo est, qui nesciat, videbimus
semper pro nostra opinione fuisse judicatum. Pri-
mò, ità fuit decisum in illamet causa in qua
scripsit Reg.Consiliarius Staibanus, nempe D. Lu-
cretiæ Petrarola cum Comite Palmerici, in qua
in anno 1643., ubi ipse Staibanus scripsit d. reso-
lut. 171. referente doctissimo qu. Reg. Consiliario,
postea S.C. Præside Andrea Marchesio fuit decisum
non deberi interesse à die mortis comitis Patris,
salva provisione facienda, an debeat a die petitio-
nis, idem quoque fuit decisum, referente eodem
Domino Marchesio in causa montis mortuorum,
cum Alexandro de Matthæis sub die 28 Junii 1642.
cujus decreti verba refert D. Reg.de Marinis tom.
2.cap.246.in fine, ubi ait fuisse latum per modum
legis; fuit enim dictum per S.C. declaratum est,
non deberi interesse vitæ, & militiæ à die mortis,
salva provisione facienda à die litis contestatæ, quæ
decreta processerunt per veros juris terminos ex
suprà deductis: Tertiò in fortioribus terminis
idem fuit decisum sub die 9. Aprilis 1642. refe-
rente quoad. doctissimo Reg.Consiliario, & postmo-
dum dignissimo S.C. Præside D. Francisco Merlino,
cujus memoria semper erit immortalis, ut ipse
testatur tom.2.cap.10.sub num.26. Dixi in fortio-
ribus terminis, nam in illa facti specie fuerat fi-
lia à matre legata certa quantitas ducatorum
octo mille pro vita, & militia, quo casu videba-
tur admitti posse prætensio interesse, ut ipse Mer-
lin.notavit num.25., & tamen S.C.judicavit non
deberi interesse, quare ex tot decisionibus nedum
videtur inductus stylus judicandi, sed hæc opinio
adeò comprobata, ut temerarium sit contra tanti
Supremi Tribunalis authoritatem contrarium at-
tentare.
3 Scire igitur oportet, quod vita, & militia ad
instar legitimæ taxatur nempe primogenitus ca-
pit ante partem medietatem fructuum feudi, tan-
quam æs alienum ratione servitii, & alia medie-
tas dividitur æqualiter inter filios computata per-
sona primogeniti, ut per doctrinam *Reg.Rovits in*
Prag. 25. de feud. voluit *Gallap. par.3. cap.4. nu.*
65. & hanc opinionem probavit *Consiliar. de Rosa*
consult.28.a nu.21.cum seqq., & quamvis opi-
nionem *Reg.Rovits* rejiciendam putaverit *Capanus*
de vita, & militia, qu.6.nu.22. & 23. tamen *Ca-*
pan.cit.loco vers. ex quibus in finem dicit, quod
opinio *Reg.Rovits* substineri potest ex æquitate,
dum non est à mente *Isernie* aliena.

Adeo est vera hæc vitæ, & militiæ taxatio,
4 quod Filius primogenitus post supra traditam li-
quidationem, si viderit ei non superesse, nec re-
manere tantum, ut possit vivere uti Feudatarius,
non tenebitur ad præstandam vitam, & militiam
in solidum, sed in quantum facere potest dedu-
cto ne egeat, ut post *Frecc.de subfeud.authoritat.*
34.Capan.de vita, & militia, qu.40. num.4. acce-
dit *Cons.de Rosa consult.28.num.41.*

Accedit, quod in taxanda vita, & militia non
5 habetur in consideratione corpus feudi, cum se-
cundogenitus nullam actionem habeat super cor-
pore feudi, ut laudatis exteris, & Regnicolis pro-
bat *Consiliar.de Rosa consult.29.a num.24.cum seq.*
qui allegat *Capan de vita, & militia quæst.40. nu.*
17. dicentem pro vita, & militia non posse feu-
dum directè vendi, & assignari in solutum, & si
fuerit de facto assignatum, sustinebitur assigna-
tio durante vita secundogeniti, quam opinionem
probat idem *Rosa cons.28.num.19.*

Insuper enim advertendum erit, quod vita, &
6 militia debetur fratri secundogenito in feudis an-
tiquis, non obstante donatione, legato, vel hæ-
redis institutione facta per Patrem in beneficium
Secundogeniti, ut ex *Afflicto, & Intrigliol. Reg.*
de Marinis resol.Juris tom. 2. cap.45. num. 7. ubi
advertit, quod tunc per Prælaturam, vel Bene-
ficium obtentum à secundogenito, excluditur à
vita, & militia, quando beneficium illud colla-
tum extitisset à secundogenito ad fratris Primo-
geniti instantiam, quia præsumitur hoc fecisse,
ut ab onere vitæ, & militiæ se eximeret, juxta
DD.per eum allegatos.

Fallit secundò, quando fuit expressè per Pa-
trem relictum legatum in compensationem vitæ,
& militiæ, quia tunc cessat disputatio *Afflict. de-*
7 *cis.138.num.5.in fine*, quem sequitur *Reg. Rovit.*
super Prag.25.de feudis num.16.

Restat animadvertendum, an vita, & militia
8 extinguatur per mortem secundogeniti, cui fuit
relictum aliquid certum, & extimatum, & an
extinguatur per rebellionem ejusdem Filii secun-
dogeniti, vel acquiratur in beneficium Regii Fi-
sci, durante vita naturali rebellis. Respectu pri-
mi dubii negativè resolvit *Reg.Merlin.cent.2. cap.*
10.nu.6.& 7. Respectu secundi dubii fuit deci-
sum contra fiscum ad favorem filii primogeniti
apud *Reverter.decis.80.* quamvis de dicta decisio-
ne dubitet de *Marin.in observat.5.num.5.* Sed pro
opinione *Reverterii* stare videtur *Bottiller de suc-*
cessione Theorem.110.num.38.& 39.

Quomodo taxanda veniat pars pretii, quæ
10 spectat secundogenitis in feudo novo, viden-
dus est *Reg.Capyc.latro consultat.25.à num.15.lib.*
1. ubi refert duas contrarias opiniones, & primam

F 2 dicit

dicit esse veram, & habere pro se res judicatas, secundam vero esse magis communiter receptam, tamen in causa, in qua ipse scripsit *in cit. consult.* fuit decisum partem pretii deberi, habito respectu ad tempus emptionis feudi, interesse verò à die mortis communis Patris ad rationem ducat. sex pro centenario. Accedit *Bottelier. de success. theorem. 109. n. 37. 38. & 39.*

Postremo animadvertere non erit omittendum, quod feudi novi pretium non erit præ-
11 standum filiis secundogenitis, nisi patre moriente ab intestato, vel filiis omnibus æqualiter institutis in Allodio *Reg. de Marinis in observat. ad decis. 160. Reg. Revertertii à num. 3. ad 7. & decis. 471. num. 5. tom. 2. & lib. 2. resolut. cap. 85.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 172.

SUMMARIUM.

1 *Primogenita maritata ad hoc ut excludatur à successione feudi à filia secundogenita, quæ circumstantiæ requirantur.*

2 *Cautela, quæ adhibenda sit ad tollendam difficultatem in proposita specie, & traditur formulam cautelæ, quæ fuit in praxi deducta in pluribus facti contingentiis.*

3 *Refutatio, seu donatio facta per Patrem filio primogenito contemplatione matrimonii, cum clausula* ex nunc, pro tunc, *vel reservato usufructu, si indigeat assensu Proregis.*

4. *Et quid si donatio contemplatione matrimonii fuerit facta in beneficium filii secundogeniti.*

5 *Assensus an requiratur de jure communi in donatione facta per patrem in favorem filii primogeniti.*

6 *Assensus, an requiratur in substitutionibus super feudis factis in beneficium immediate vocatorum per legem investitura num. 7.*

8 *Opinio Authoris in proposita specie refertur.*

9 *Assensus requiritur in obligatione, seu donatione quantitatis facienda per Patrem in beneficium filii primogeniti.*

10 Consiliarius Amatus Danio *debitis laudibus condecoratur.*

11 *Facti series proponitur nu. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27.*

28 *Renunciare unusquisque potest juribus suis.*

29 *Renunciatio hæreditatis delatæ bonorum feudalium, non tamen aditæ, non indiget Regio assensu, & derogatione.*

30 *Revocatio virtute constitutionis* divæ memoriæ *non habet locum in repudiatione, seu renunciatione hæreditatis Feudalis facta per filium post mortem patris, ut operiat locum præ ...*

31 *Cedens omnia jura competentia super hæreditate delata, an videatur hæreditatem adire.*

32 *Renunciatio hæreditatis non dicitur alienatio, nu. 33.*

34 *Assensus Apostolic. an requiratur in cessione, seu renunciatione juris Ecclesiæ delati, non tamen acceptati, nisi in actu cessionis ad finem renunciandi n. 35.*

36 *Acquisitio momentanea non est in consideratione, & quid quando acquisitio resultaret ex duobus actibus separatis, & distinctis.*

37 *Renunciatio in præsenti specie non fuit translativa, sed abdicativa, seu potius abstentio, seu repudiatio nu. 38. 39. & 40.*

41 *Pactum de non petendo, & de non succedendo importat simplicem abstentionem, seu repudiationem.*

42 *Hæres ex testamento non potest adire hæreditatem ab intestato.*

43 *Hæres rogatus restituere hæreditatem, si simpliciter restituat ex sola restitutione non videtur se immiscuisse. Nec potest allegare hæreditatis aditionem ille qui passus fuit dari Curatorem hæreditati jacenti.*

44 *Renuncians hæreditati adire eam non videtur.*

45 *Repudians hæreditatem donationis causa an videatur eam acquirere, nu. 46.*

47 *Et quando adsint verba repugnantia.*

48 *Aditio hæreditatis in renunciationibus quando subintelligatur.*

49 *Testamentum nullum ob filii præteritionem, an confirmetur, si filius bonis Patris se abstineat, vel ejus voluntatem qualicumque modo agnoverit.*

50 *Legatum acceptans virtute testamenti, an videatur testamentum confirmare, quamvis in eo fuisset institutus remotior agnatus.*

51 Pragmatica quarta de feudis *interpetratur num. 52.*

53 *Assensus quamvis non possit præstari per Proregem super institutione, seu testamento, virtute cujus fuerat ad successionem feudalem vocatus Agnatus extra terminos constitutionis Regni, bene præstari potest super renunciatione facienda per filiam.*

54 *Assensus Proregis an sufficiat quando feudatarius vult donare feudum filio secundogenito n. 55.*

56 *Assensus Proregis an sufficiat quando non agitur de hæredis institutione super feudis, sed legato, vel alia dispositione facta per actum ultimæ voluntatis, num. 57.*

58 *Assensus, an possit præstari per Proregem super renunciatione feudorum Titulatorum, & u.*

59 *Pragmatica verba sunt intelligenda in propria significatione, & non extendenda præter casus expressos nu. 66*

60 *Alienationis verbum contentum in Regia Pragmatica intelligantur, de vera, & propria alienatione per quam transfertur dominium, & possessio, nu. 61. 62. & 67.*

61 *Pactum de non petendo hæreditatem, an videatur transferre dominium.*

63 *Promittens non movere controversiam super feudo suo existente apud alium non dicitur alienare, vel distrahere.*

64 *Donans, vel renuncians, & transferens jura feudalia, an corpora feudalia transtulisse, & alienasse videatur.*

65 *Statutum prohibens venditionem rei suæ in exteros, non habet locum in eo, qui habet actionem ad rem.*

68 *Appellatione bonorum veniunt jura, & actiones nu. 69.*

70 *Actio feudum judicatur, prout, & ipsum feudum.*

71 *Assensus prohibiens à Proregibus præstari, super dispositionib. factis à carentibus successore, intelligitur de dispositionibus importantibus translationem dominii, non autem de actionibus, seu cessionibus actionis hypothecariæ super feudis,*

72 *Assensus Proregis an sufficiat, quando feudatarius alienare cupiens haberet legitimum successorem*

sorem de prole desperatum.

73 *Et quid si feudatarius haberet successorem in potentia, utpotè Clericum beneficiatum qui potuisset dimittere habitum, & in feudo succedere.*

74 *Pragmatica prohibens alienationem feudatariis carentibus successoribus, an intelligatur in feudis acquirendis.*

75 *Donatio cum clausula* ex nunc pro tunc *sequuta morte, an importet reservationem fructuum.*

76 *Assensus Proregis, qui praestari non potest super alienationibus feudorum faciendis per exteros, an procedat in cessione jurium, & actionum.*

77 Et *quid in venditione facta ab extero feudatario in beneficium legitimi successoris.*

78 *Pragmaticae restringentes Proregibus potestatem assentiendi sunt restringenda & interpetranda, ne quanto minus potestatem laedant.*

79 Pragmatica 4., & pragmatica 46. de feudis *declarantur, & interpretantur, & demostratur, quod non licet de una ad aliam argumentum sumere nu.* 80. 81.

82 *Assensus concessus super obligatione feudorum titulatorum; concessus intelligitur super qualibet specie alienationis impropriè, nempe cessionis, & translationis jurium.*

83 *Assensus praestari potest per Proregem super qualibuscumque alienationibus feudorum titulatorum exceptis venditionibus, ex quibus dominium de uno in alium transfertur; & declaratur* pragmatica 4. & 17. de feudis.

84 *Et quid quando feudum titulatum alienatur absque titulo.*

85 *Pragmatica prohibens Proregibus assensum praestare alienationibus feudorum titulatorum intelligitur de venditionibus transferentibus dominium feudi titulati, non autem in translativis, seu abdicativis renunciationibus, & cessionibus jurium, & actionum, quae dicuntur impropriae, & fictae alienationes nu.* 86. 87. 88. 89. 90. & 91.

92 *Legis interpretatio exequenda, quam consuetudo admisit, nec ab ea erit recedendum.*

93 *Assensus Proregis debet firmus remanere etiam si fuerit praestitus in casibus in quibus praestari non poterat, ne subditi decipiantur sub clypeo publicae fidei.*

94 Pragmatica 4., & 33. de feudis *explicantur & applicantur in proposita specie, nu* 95. 96., & *nu.* 97.

98 *Verbum* disponere, *an comprehendat tam actum ultimae voluntatis, quam inter vivos.*

99 Gratia Pragmaticae 33. *ad hoc ut habeat locum debent concurrere tres qualitates in masculum de familia in quem dirigitur dispositio.*

100 *Patruus an succedat in feudis nu.* 101.

102 *Et quid si consensum praestiterint super dispositione feudorum facta in remotiorem Agnati, nu.* 103.

104 *Foeminis exclusis, an exclusus censeatur masculus ex foemina in terminis gratiae, num.* 105.

106 *Masculus ex foemina non dicitur Agnatus, nec de familia.*

107 *Nepos ex sorore an praeferatur Patruo, vel à contra successione Avita in feudalibus.*

108 *Feudorum successione in aequalitate lineae primo natus praeferri debet posteriori nu.* 109.

110 *Frater patruelis, masculus ex masculo descendens fuit admissus ad successionem feudi ex gratia, de qua in* Pragm. 18. de feudis *num.* 111. 112.

113 *Assensus intelligitur praestitus virtute gratia in renunciationibus factis à filiabus foeminis in masculorum beneficium.*

114 *Feudatarius, & si non expresserit velle uti beneficio gratiae censetur ea usus ad finem conservandi agnationem.*

115 *Disponendi facultatem habens ex jure communi, & ex jure speciali, si non disponat ex jure speciali, & actus sustineri non possit, praesumitur disposuisse secundum jus speciale ad hoc ut actus valeat.*

116 *Renunciatio non trahitur ad jura ignorata, & incogitata.*

117 *Juris ignorantiam allegare num possit filia adversus renunciationem paternae haereditatis ratificatam cum juramento; & num habeat in integrum restitutionem num.* 118. 119. 120. 121. 122. 123. & *nu.* 124.

125 *Mulier, quae non confecit inventarium infra legitima tempora; an restituatur adversus solemnitates omissas.*

126 *Renunciatio facta cum juramento substinetur, quamvis mulier certiorata non fuerit de juribus renunciatis.*

127 *Juramenti vinculum extenditur ad incogitata.*

128 *Renunciatio ratificata novum producit contractum post triennium.*

129 *Renunciatio generalis non restringitur ad specificata, quando ratio recti sermonis restrictionem non patitur.*

130 *Renunciatio geminatè facta dicitur specifica, & specialissima, & trahit ad incogitata, nu.* 131., & 132.

133 *Renunciatio sine causa an sit nulla, vel saltem restringenda, nu.* 134.

135 *Renunciatio per viam donationis, quae emissa censetur masculorum, & agnationis favore non rescinditur ob enormissimam laesionem, vel ob causa defectum.*

136 *Renunciationes nihilo accepto a filia, quae est aliunde dives sustinentur secundum morem Regionis.*

137 *Renunciatio facta cum juramento, confirmata, non potest rescindi ob laesionem, & si enormissimam.*

138 *Renunciatio haereditatis paternae delatae: vel deferendae facta geminate à filia minori, an possit rescindi ob gravissimam laesionem.*

139 *Metus reverentialis, an sat sit ad annullandam donationem post septemnii silentium.*

140 *Renunciatione, seu repudiatione an dimittatur haereditas, quando renunciatio fuit nulla, & irrita n.* 141.

142 Gratia Pragm. 33. de feudis *an consideret omnem masculum de familia, vel solum masculum illum proximiorem successurum, si foemina non extaret.*

143 *Familiae appellatione qui veniant a n.* 215. *usque ad* 216.

144 *Foeminae & nati ex foeminis, an sint de familia, qui neque consanguinei, neque agnati sunt, nu.* 145.

146 *Familiae agnationis, & cognationis jura an possint concurrere in una eademque persona.*

147 Gratia Pragmaticae 33., *quae exigit ut masculus sit*

fit agnatus, & defcendens de familia, nō fufficit, ut fit agnatus defcendens ex linea collaterali, cum exigatur ut ambo copulativè concurrant.

148 Fœmina, quæ funt à fucceffione exclufa favore agnationis, & familiæ fi nupferint in familia an præferri debeant mafculis ex mafculis proximioribus.

146 Mafculus ex fœmina nupta in familia eft cognatus, ex quo dici nequit ex patris linea, & agnatione.

150 Teftatoris mens femper attendenda erit ex præfumpta ejus voluntate, quam ità explicaffet fi interrogatus fuiffet, procedit in ultimis voluntatibus non in difpofitionibus fuper feudalibus, in quibus teftator etiam expreffè volens nihil præter feudum difponere, & inducere poteft nu. 151. 152.

153 Expenditur Thefaur. quæft. 100. lib. 1. qq. forenf.

154 Explicatur communis Doctorum opinio.

155 Verba de domo, & agnatione an reftringantur ad præcedentia verba.

156 Argumentum non licet fumere à fideicommiffo ad feudum, quando adeft diverfa ratio inter unum, & alterum.

157 Decifiones in caufa familiæ de S. Severino Caetanorum, & Ducis Montis Leonis declarantur.

178 Renunciatio realis per pactum de non petendo, & per aquilianam ftipulationem nedum excludit renunciantem, fed ejus filios venientes, ex propria perfona, matre prædefuncta.

159 Filia renuntians accepta dote cum juramento excluditur etiam fi concurrat cum remotioribus agnatis.

160 Gratiæ Progm. 33. de feudis, & caufa finali ceffante, ejus conceffio ceffare debet.

161 Renunciatio Juris deferendi, five jam delati valida eft abfque affenfu.

162 Affenfus Domini non requiritur in renunciatione, feu refutatione facta à Primogenito in beneficium fororis cum confenfu fecundogeniti immediatè fuccefforis.

163 Refutatio, ceffio, & renunciatio facta à filio primogenito Patri in utilitatem fratrum, fine affenfu fieri non poteft nu. 164.

365 Refutatio feudorum eatenus permittitur abfque affenfu quatenus fiat in proximiorem ratione fanguinis, qui debebat neceffario fuccedere, fecus fi fient in remotiorem, qui non debebat neceffario fuccedere, fed efficiatur fucceffor ratione gratiæ, & privilegii.

166 Refutatio in agnatum proximiorem ad hoc ut valeat abfque affenfu, an requiratur proximitas ad invicem inter refutantem, & refutatarium

167 Renunciatio, vel repudiatio vana, & incertæ fpeciei facta ab illo, qui nullum jus certum ad fucceffionem habebat, an fubftineatur.

168 Feudi alienatio, five difpofitio facta abfque affenfu non eft nulla ipfo jure, fed manet in fufpenfo, donec alienans revocaverit, vel Dominus fuo affenfu confirmaverit.

169 Gratia poftulata per Civitatem in anno 1615. & denegata in anno 1622. interpetratur, num. 170.

171 Fœminis exclufis ad hoc ut bona conferventur in familia, femper filii mafculi, ex eifdem fœminis exclufi cenfeantur, & multo magis fi mater mafculi vivit,

192 Gratia quæ continet duo capita: unum quo permittit fœminas excludere; & alterum exclufionis mafculorum de familia, an extendatur ad mafculos ex fœminis, qui non funt fœminæ, neque de familia.

173 Refertur decifio S. R. C. quæ prodiit junctis Aulis fub die 16. Maii 1665.

PLura dubia excitantur in hac refolutione quæ fuit elaborata in caufa Principis Collis cum D. Laudonia de Summa Principiffa Foreni.

Primum verfatur dubium, an filia primogenita maritata, & dotata à Padre, an & cum quibus circumftantiis excludatur à filia fecundogenita in capillo à fucceffione feudorum, quam quæftionem, fatis fuperque examini fubjecimus erit in obfervationibus noftris ad fingulare 158. noftri Genitoris, ubi plures tradidimus, diftinctiones, & num. 3. diximus, quod difficultas emerfit, quando Pater dotan-
1 do fororem de paragio refervaverit fucceffionem in beneficium ipfius primogenitæ dotatæ immediatè fucceffuræ, ad quam tollendam difficultatem diximus fuiffe excogitatam cautelam illam paciscendi in capitulis matrimonialibus, nempe quod filia primogenita nuptui tradita poffit fuccedere in bonis feudalibus, mafculis deficientibus non obftante fuperfiftentia fororum in capillis, adjecto pacto, quod renunciatio habeatur pro non facta, & dotatio refolvantur in donationem, ut patet ex te-
2 nore cautelæ, ibidem allatæ, & teftati fuimus ita vidiffe practicatum in capitulis matrimonialibus initis inter Principem Bifiniani, cum Comite Converfani, qui nupfit cum D. Aurora à Sancto Severino filia Principis primogenita, & poftmodū in fecundis nuptiis, ad quas tranfivit eadem D. Aurora filia primogenita cum Duce Lautenzani, quam cautelam prius tradiderat infignis Jur. Con. Camillus de Medicis in conf. 61. edito in caufa D. Joannæ de Capua filiæ primogenitæ, & tali cautela prius ufus fuerat Confultiffimus, & magni nominis Advocatus Fabius Marchefius, qui interfuit in præbendo Confilium fuper Capitulis matrimonialibus ejufdem D. Joannæ, qui poftmodum confulendo teftamentum confirmavit eandem cautelam inftituendo tam Primogenitam, quam filiã fecundogenitam, fed conditionaliter refpiciendo cafum illum, ut fi pactum non teneret, & fecundogenita reperiretur non maritata, vel de Jure ad D. Joannam fucceffio fpectaret uti primogenitam, tunc & in eum cafum Hæres univerfalis inftituta, cenferetur revocata inftitutione in perfonam fecundogenitam juxta terminos decifionis alias facta in caufæ fucceffionis ftatus Amatricis de qua apud Reg. de Ponte conf. 20. num. 20. & 21. quam cautelam Nos quoque confulendo in praxim deduximus anno præterito in capitulis matrimonialibus initis inter D. Aloyfium Vitilium Marchionem Auletæ cum D. Nicoleo Parifani Marchione Caggiani, cui fuit nuptui tradita D. Emmanuel Erbetta filia unica Primogenita dicti Marchionis dell' Auletta, & D. Donichæ Colcinelli Caftriotæ Scanderbergh.

Secundum dubium, quod revocatur ad exa-
3 men à num. 46. ad 57. an in refutatione, feu donatione feudi facta per Patrem filio primogenito immediatè fucceffuro in feudo cū claufula ex nunc pro tunc, vel refervato dominio, vel ufufructu indigeat

digest assensu Domini Proregis ad cujus dubii resolutionem ultra ea, quæ duximus in *observat. ad singularia nostri Genitoris recolendæ memoriæ observat.* 169. & 170. *num.* 2. superaddendum superest, quod Assensus Proregis sufficit in donationibus feudorum faciendis per Patrem filiis in contractu matrimonii, etiamsi donatio fiat *reservato dominio, vel usufructu Pragmat.* 7. *de feudis*. Verum, quod hæc Pragmatica procedat dumtaxat, quando donatio fieret filio primogenito successuro immediatè in feudo declaravit *Fabius Anna consf.* 41. *in fine*, qui quamvis nullam allegaverit rationem, nec Doctoris Authoritatem, tamen hoc comprobari ex dictis Gratiis, & Capitulis firmavit *Reg. Revitus super dicta Pragmat.* 7. *num.* 1. & 2.

4 Quæ *Anna* opinio adeo vera est, quod si Pater fecerit donationem feudi in beneficium filii secundogeniti contemplatione matrimonij, non poterit D. Prorex assensum super donationem præstare, maximè primogenito se opponente juxta allegationem *Jo. Vincentii Cavalcrij* apud *Reg. de Marinis alleg.* 28. *nu.* 3. *allegat. diversor. tom.* 3. de qua Nos memores fuimus in *nostra animad.* 166. *num.* 5.

5 Quibus accedit quod attento jure communi nō requiritur assensus in donatione feudi, quam facit Pater in beneficium primogeniti, quia lex est illa, quæ præstat Assensum ex juribus satis apertis in *cap.* 1. §. *si libellum de alienat. feud. patr.*, & *in capit.* 1. *de vass. decrep. ætatis*, cum aliis juribus concordantibus apud Feudistas, & signantèr apud *Reg. de Ponte in tract. de Potest. Proregis tit.* 8. §. 1. *num.* 22. & apud *Nos in observat. ad singul. nostri Genitoris* 162., & 163. *num.* 2. Accedit decisio allata per *Franc. de Amicis de his, qui feud. dar. poss. fol.* 249. *num.* 9. & 10.

6 Hinc fit, quod *Horatius Montanus de Regalib. in* §. *fin. num.* 12. *versic. Adverto tamen fol.* 246. admisit hanc conclusionem, etiam in substitutionibus faciendis super feudis firmando quod ubi substitutio concurreret cum legibus, & natura feudi, quod substineretur etiam sine assensu Proregis ex *in Consf. Hac edictali*, & *Andrea ibidem* & *Vincent. de Anna in Consf. Div. Memor. num.* 134. & Nos memores fuimus de *Montano in observat. ad sing.* 162. & 163. *num.* 1. *a. in fin.* Hanc Montani opinionem sustinuit quoque in terminis, *Prag.* 4. *de feudis R. Tap. in commentar.* super *dict. Prag. num.* 33. *versic. substitutio lib.* 6. *Iuris Regni* ubi ita loquitur. *Hoc intelligendum esset, quando substitutus non est proximior, & immediatè succcessurus in feudo, & qui admittuntur ad successionem secundum investituram, quia tunc est ad instar refutationis.*

7 Et quamvis ab hac sententia dissentire videatur *Lanar. in addition. ad Patr. in cap.* 1. *de Natura successionis feud. nu.* 54., & 55., & plenius *Reg. Consil. Amatus in Consult.* per eum edita pro creditoribus Paridis Pinelli per nos impressa in *decis.* 5. *selectar. Iuris feudal conclusf. à nu.* 48. *ad* 57. ubi nedùm refellit argumēta contraria Cōsiliarij Raetani; sed conclusionem illam, in qua idem in sua Consultatione fuit inni xus, nempè, quod per acceptationem Testamenti factam per immediatam successionem substinebatur substitutio in vim pacti juxtà sententiam *Consiliarii Rocchi de affictis in* 6. *casu* §. 6. *n.* 194. *fol.* 230.

8 Nihilominùs ego firmiter crederem, quod opinio *Montani*, & *Reg. Tap.* transeat sine controversia attenta *Pragmat.* 34. *de feudis*, per quam permittitur feudatariis, quod quilibet eorum possit fundare Majoratus in suis feudis infra terminos successionis permissæ. Ergo censetur permissa substitutio in beneficio vocatorum ex investitura, qui sunt intra terminos successionis permissæ, semper quod ejusdem successionis ordo non invertitur.

9 Limitatur principalis conclusio in obligatione bonorum feudalium facienda per Patrem in beneficium filii primogeniti immediati successoris, vel in donatione quantitatis facienda in beneficium ejusdem, quæ quamvis fiat in Capitulis Matrimonialibus in causam emancipationis; vel alimentorum, non potest fieri absque Regio Assensu juxtà determinationem factam in Collaterali Consilio accedente voto Regiorum Consiliariorum, de qua apud *D. Reverterium decis.* 244., ubi in fine assignat decidendi rationem, & discrimen, ex quo dispositio juris communis se restringit ad contractus per quos utile dominium transfertur, & proinde non potest extendi ad hypothecam, vel alienationem etiam concurrente eadem, vel majori ratione Sed contradicunt scripta per *Reg. de Ponte de potest. Proreg. de refutat. feudi tit.* 8. §. 1. *nu.* 17. *vers. ergo*, & *num.* 17. *versic. sic igitur*, ubi substinet, quod quilibet contractus est permissus cum proximo successuro absque alio Assensu, & hanc opinionem veram esse profitetur etiam in terminis *Consiliar. Diva Memoria.*

Tertium dubium, quod fuit in controversiam deductum cum maxima discussione in hac causa Principis Colis quamvis nōn degustatum invenerim a D. Consiliario in eo cōsulit num potuisset Princeps in ultimis vigore *Gratiæ contentæ in Pragmatica* 33. *de feudis*, condere testamentum, & instituere universalem hæredem in feudalibus fratrem tertiumgenitum exclusa filia tertiogenita existente in Capillis tempore mortis eidem legando competentem dotem, quæ cum eadē dote postmodùm nupsit in familia, & amplissimā renuncia-

10 vit omnibus feudis etiam Titulatis prævio Proregis Assensu. At quia de hoc, & cæteris aliis juris articulis deputatis latissimè disseruit doctissimus, ac nunquàm satis laudatus *Consiliar. Amatus Danio*, in quodam suo responso pro Principe Colis, abstulit nobis laborem reassumendi omnia argumenta ab utraque parte allata, cum satis superque pateant ex lectura ejusdem Consultationis, quod hic Typis vulgare decrevimus tanquam elaboratum à tanto Iuris Consulto in scribendi gravitate, & doctrinæ, soliditate, cui titulus adscribitur.

Iuris

Juris Refponfum pro D.Nicolao Maria de Summa Juniore Principe Collis, contrà D.Laudoniam de Summa Principiffam Foreni.

FACTI SERIES.

CUpiens Nicolaus Maria de Summa fenior Prin-
ceps Collis, ipfius bona præfertim feudalia, &
11 titulis infignita, in ejus Nobili antiquiffima fa-
milia (cujus anteceffores Sereniffimis retro Regi-
bus infervientes illa acquifierunt) quoad poffibi-
le fuerit confervari, filios mafculos non habens, fed
tres tantum fœminas, *D. Hypolitam* nempè pri-
mogenitam Duciffam Fragneti, extra familiam
nuptam, & dotatam, quæ in beneficium ipfius
Patris ampliffimè renunciaverat, *D. Beatricem* fe-
cundogenitam, quam ad eundem familiæ confer-
vationis finem, Francifco de Summa ipfius Prin-
cipis germano fratri nuptui tradidit, ea tamen pa-
riter dotata, ut prima, amplioribus claufulis re-
nunciavit, ac *D. Laudoniam* tertiogenitam tem-
pore mortis ipfius Principis innuptam, ac in capil-
lis exiftentem. Habens etiam mafculos de eadem
12 ejus familia de Summa ex linea tamen Collate-
rali, *Fabritium*, *Francifcum*, & *D. Nicolaum
Mariam* juniorem, *Fabritium*, nempè *Marchio-
nem Circelli* ipfius germanum fratrem fecundoge-
nitum decrepitæ ætatis, & pariter de mafculina
prole defperatum, *Francifcum* vero, quem dixi
fratrem tertiogenitum dicto Fabritio minorem,
qui tamen d. D. Beatricem ipfius Principis Nico-
lai Mariæ feniores aliam fecundogenitam in Uxo-
rem habebat; Dictumque tandem *D. Nicolaum
Mariam* juniorem, tunc infantem, ex dicto Fran-
cifco, & D. Beatrice, tunc viventibus, procreatum,
hodiernum Principem Collis (qui Nepos erat di-
13 cti Principis Nicolai Mariæ fenioris, tum ex dicto
Francifco fratre, tùm et ā ex D.Beatrice filia, attē-
ta tamen linea defcendenti, tāquam ex D.Beatrice
ortus, non de familia dicti Principis Nicolai Ma-
riæ fenioris dicebatur, nec ei Agnatus erat, fed
Cognatus; contemplata vero linea dicti Francifci
Genitoris, de familia dicebatur etiam dicti Prin-
cipis Nicolai Mariæ ex linea tamen Collaterali,
eique Agnatus erat, fed pofterior gradu dicto
Francifco). His fic ftantibus, ac peritiffimis Con-
fultus Iureconfultis, de facultate, quæ per hujus
Neapolitani Regni feudatarios, non ad alium fi-
nem, nifi confervationis feudorum in propriis fa-
milijs fuerat impetrata, quod quifque ex eis quo-
cumque actu, tam inter vivos, quam in ultima
voluntate licitè ad libitū de feudis difponat in be-
neficium illius mafculi, de difponentis familia, qui
fi fœminæ proximiores exiftentes non extarent,
fuccederet, ut ex gratia regiftrata in volumine
Pragmaticarum. *Pragmat.33.de feudis.* In ultimis
14 conftitutus dictus, nempe, Princeps Nicolaus
Maria fenior, die 8. Aprilis 1649. folemne condi-
dit Teftamentum, in quo, integro dictæ faculta-
tis, feu Gratiæ feudatarijs Regni conceffæ, infer-
to tenore, eaque non minus re, quam verbis ex-
prefsè ufus, (cum confenfu dicti Fabritii ejus fra-
tris fecundogeniti, fe etiam tamquam de prole ma-
fculina defperatum, de medio tollentis, mediante
publico declarationis dicti confenfus, Inftrumen-
to immediatè, poft paucas horas fequenti die 9.
Aprelis, ftipulato) univerfalem hæredem dictum
Francifcum fratrem tertiogenitum inftituit, in
ejufque beneficius etiam de feudis, præfertim titu-
latis, difpofuit, fœminis exclufis, & præcipuè d.
D. Laudonia tertiogenita in capillis adhuc tunc
exiftente, congruam tamen dotem non minorem,
quàm aliis dederat ducatorum vinginti quatuor
15 mille, de paragio, & ultrà paragium, eidem D.
Laudoniæ reliquit, pro omni, & toto eo, quod il-
la, de, & fuper ejus hereditate prætendere poffet,
cum conditione, quod ampliffimè renunciaret.
16 Dicto verò D. Nicolao Mariæ Iuniori, tum ex
fratre, tum etiam ex filia ipfius teftatoris nepoti,
quem in feudis poft Francifci Patris obitum, fi illi
fuperftes fuiffet, fciebat fucceffurum, illo ex tunc
contemplato, fructus interim totius hæreditatis,
tùm burgenfaticorum, tùm feudalium ufque ad
illius ætatem annuorum viginti multiplicandos re-
liquit, quinimò nonnulla mobilia, & argentea
magni valoris vēdi juffit, & pretium in extinctio-
nem æris alieni converti, eo expreffo, ut deinde
d.D. Nicolaus Maria, cui etiam cætera argentea,
& mobilia prælegavit, ditior remaneret ibi: *acciò
poi D. Nicolò Maria de Summa refti più opulente.*

Quo Teftamento condito immediatè, intra pau-
17 cas horas die fequenti, publico fequuto actu fu-
periùs relato, quo mediante, dictus Fabritius Mar-
chio Circelli, declarans ejus, & dicti Principis ani-
mum, & voluntatem, confervandi illius feuda in
eorum familia de Summa, vigore prædictæ gratiæ,
ad hoc, ut dicta eorum voluntas fuum fortiretur
effectum, exprefsè confentijt cuilibet difpofitio-
ni feudorum, per dictum Principem Nicolaum
Mariam fratrem primogenitum factæ, feù faciendæ
ad beneficium proximioris de familia, exclufo ipfo
Marchione, fe ipfum de medio tollens, his nem-
pè verbis, *Et acciò la volontà tanto di effo Signor
Marchefe, come del detto Signor Principe, habbiano
il fuo dovuto effetto per la fucceffione delle cofe feu-
dali folamente, nella linea mafculina in virtù del-
la d. gratia della præfata Maeftà fpontè coram nobis
non vi dolo &c. & omni modo meliori via &c. priùs,
& ante omnia in totum fe abdicando de medio, fe
contenta, e dà il fuo confentimento, affenzo, e vo-
luntà, quatenus opus eft, à qualfivoglia difpofitione,
tanto fatta, come facienda di detto Signor Principe
del Colle fuo fratello à beneficio di quella perfona del-
la linea mafcolina di Cafa de Somma più proffima al
detto Signor Principe, toltane la perfona di effo Si-
gnor Marchefe, in virtù della fudetta gratia concef-
fa dalla præfata Maeftà Cattolica delli beni feudali
folamente, che poffiede detto Signor Principe, e nel
modo, e forma, che le viene permeffo, cofti come effo
Signor Marchefe non vi foffe per il mezzo, attefo que-
fta è ftata; & è la fua determinata voluntà*, ut le-
18 gitur in dicto Inftrumento in proceff.exhib.*f.* 139.
& at. Dictus Princeps Nicolaus Maria Senior me-
diantibus codicillis de die decima ejufdem menfis
Aprilis 1649. dictum Teftamentum, & omnia in

eo con-

eo contenta, ratificavit, & confirmavit his ver-
bis additis *maggiormente stante il consenso, seù re-
pudiatione fatta dal Signor Fabritio di Somma
Marchese di Circello mio fratello à 9. del detto mese
per mano del medesimo Notar Pietro Antonio, al
quale in tutto, e per tutto mi riferisco, &c.* ut legi-
tur *fol.142. lit.A.*

His dispositionibus defuncto d. Principe Nico-
19 lao Maria Seniore, earum vigore fuit interposi-
tum decretum præambuli per magnam Curiam
Vicariæ, quo fuit declaratus, seù confirmatus di-
ctus Franciscus hæres universalis ex Testamento
in Burgensaticis, & feudalibus dicti quond. Prin-
cipis Nicolai Mariç servata forma dicti Testamenti
idemque Franciscus adivit dictam hæreditatē, con-
fecit Inventarium, solvit Relevium Regiæ Curiæ,
de feudis etiam titulatis fuit investitus, & posses-
sionem bonorum omnium obtinuit, ac per octen-
nium, quo supervixit, pacificè, & quietè conti-
nuavit possidere, sciente patiente, & non contradi-
cente, quinimò approbante dicta D. Laudonia, quæ
amplius de anno 1650. ab eodem Francisco Pa-
20 truo, successore Principe Collis, tanquam univer-
sali herede ex Testamento dicti Principis Nicolai
Mariç se maritare fecit, Virumque habuit, dignis-
simum, quo meliorem, nec Natalibus, nec divitiis
& nec animi, nec corporis dotibus, optare non
poterat, D. Franciscum nempè Caracciolum Prin-
cipem Foreni, cui, & ab eodem Francisco de Sum-
ma pariter, uti Principe Collis, & tanquam hære-
de dicti quond. Principis Nicolai Mariæ, ex Testa-
mento, & vigore dicti decreti præambuli, & non
aliter, in Capitulis matrimonialibus, ipsa Laudo-
nia interveniente, fuit promissa, & deindè soluta
dos in dicto testamento relicta, servata forma Le-
gati in eisdem Capitulis, de verbo ad verbum in-
serti, cum conditionibus in eo contentis, sicquè
indubiè redditur; quod ipsa sciens, & patiens, ac
expressè re, & Verbis consentiens à patris hærede
ex Testamento de dote in eo sibi relicta, fuit do-
tata & quod dictum dotis Legatum, quæ dotatio
fuit, pro omni, & totò eo, quod in, & super Paterna
hæreditate prętēdere posset, acceptavit; verum etiā
21 promissa, & facta in eisdem Capitulis quietatione,
ad beneficium Paternæ hæreditatis per Aquilia-
nam stipulationem de omni, & quacumque aliâ
prætensione, factaque etiam renunciatione dicto
Principi Francisco de Summa universali hæredi in
amplissima forma, & cum amplissimis clausulis,
etiam de Juribus ad eam fortè spectantibus, tan-
quam filiam tempore mortis Patris in capillis re-
mansam; id post contractum matrimonium, tra-
ducta dicta D. Laudonia ad domum Viri, in ea-
dem viri domo, & cum illius expresso consensu ad-
implevit, vocans se ipsam de dicta dote esse be-
ne contentam, & de omni jure satisfactam, & pro-
indè Paternam hæreditatem quietavit, & liberavit,
& pro executione ejusdem Paternæ dispositionis,
ac etiam ex mera ejus voluntate, & ex certa scien-
tia, etiam de juribus ei fortasse competētibus tan-
quam filiæ in capillis remansæ in domo Patris, am-
plissimè in beneficium ejusdem Francisci cum ju-
ramento renunciavit, dictamque paternam dispo-
sitionem expressè, approbavit, seque ipsam ab om-
22 ni jure exclusit. Super quibus omnibus, respectu
feudalium per Dominum tunc hujus Regni Pro-
regem, ejusque Collateralē Consilium, mediante
Privilegio in forma Regiæ Cancellariæ expedito,
Regius Assensus fuit impetratus.

LIS DE QUA AGITUR.

23 Nihilominus prædictis etiam ratificatis, tùm
ob Septennii cursum, dictæ quoq. D. Lau-
doniæ silentium, & patientiam à die dicti matri-
monij, & renunciationis, tùm per exactionem in-
tegræ dotis eiusque interesse) statim mortuo dicto
Francisco, hærede superstite d. D. Nicolao Maria
Juniore illius filio Primogenito, petijt d. D. Lau-
donia in Sacro Consilio, feuda post Principis Ni-
colai Mariæ Senioris obitum in ejus hæreditate re-
mansa, ipsi relaxari ad se ipsam autumans ex Re-
gni *Constitutione, ut de successionibus* ab intestato
spectare tanquam filiam in domo Patris in capillis
remansam, non obstante, nec dispositione de eis-
dem feudis per dictum Principem Nicolaum Ma-
riam Seniorem ut supra facta, nec dicta ipsius D.
Laudoniæ renunciatione. Non quidem dicti Prin-
cipis Nicolai Mariç dispositione, tanquam ob assen-
sus defectum nulla, & invalida respectu feuda-
lium, non opitulante Gratia, nam illa non in quē-
libet masculum de familia in gradu successibili
feudorum dispositionem permittit, sed in eum tan-
tum proximiorem de familia, qui succederet si fœ-
minæ non extarent, ac si masculus proximior de
familia semotis fœminis, in feudis successurus, non
dictus Franciscus Frater tertiogenitus, fuisset, sed
D. Nicolaus Maria Junior d. Francisci filius hodier-
nus Princepes Collis, uti de linea descendenti or-
tus nempè ex D. Beatrice filia, licet vivente, nu-
pta cum dicto Francisco de familia vel in ejus de-
fectum Fabritius Marchio Circelli frater secundo-
genitus esset judicādus. uterque enim Franciscum
precedebat, ille ratione lineæ descendentis semper
præferendæ, cum licet, ex fœmina ex ea tamen
nupta in familia descendebat ille vero ratione æta-
tis pariter in eodem gradu præferendæ, non ob-
stante consensu abdicative per illum præstito, tan-
quam nullo sine assensu, & post testamentum pro-
lato, proindè cum dispositio non fuerit facta in di-
ctum D. Nicolaum Mariam, quem masculum
fuisse proximiorem, Doctissimus Adversarius in-
geniosè profitetur; & cui ex tenore Gratiæ ait,
quod illa fuisset permissa, nec in dictum Fabritiū,
qui etiam; semota persona d. D. Nicolai Mariæ
Junioris, ætate præcedebat dictum Franciscum, &
nulliter sine assensu, & post fratris testamentum
conditum ille consentiit, quibus addit, in hac
specie, quod possit masculus institui, quem alii in
gradu; vel ratione primogeniture præcederent,
& excludi masculos ex fœminis, fuisse de an. 1617.
petitam novam gratiam concedi, eamque de anno
1622. denegatam. Meritò inst tutionem contra
formam gratiæ, ut supra concessæ & non serva-
to illius tenore, ac consequenter difformis ab ea,
& ab assensu, illius vigore præstito, nullam voca-
re existimat, & invalidam; Renunciationem verò
ipsius D. Laudoniæ pariter nullam ait, tum ex de-
fectu Regii assensus, quem necessarium ad illam
validandam supponit, nec opitulari illum à Pro-
rege præstitum, cum de ejus potestate in casu isto
ex tenore *Prag. 4. de feudis in 4., & 9. capite* di-
sputet, tùm etiam ob dolum, & læsionem, quam
in dicta renunciatione contineri asserit, ac quia si-
ne causa, & Juris ab ipsa renunciante ignorāti.
24 His tamen non refragantibus, novam istam, &
adhuc fortasse inauditā litem, & prætentionē, qua

dictus Pupillus quinq; ab hinc annis, & propriè à die obitus d.Francifci Patris impiè, ac injuftè, vexatur, vanam prorfus, & temerariam puto, quod licet ex iis, quæ in facto ponderavi ab Adverfariis non valentibus negare, pro veris confeffa, & ex iis etiam quæ in Jure, pro tenui mea facultate voce excitavit, Dominis Senatoribus, fatis antea noviffima, indubiè reddi exftimem, non tamen pigebit in fcriptis etiam oftendere; omnibus ad tria reductis capita, ex quorum quolibet, fatis fuperque dictam D.Laudoniam à prætenfa feudorum relaxatione excludi patebit.

Epitome argumentorum, de quibus in præfenti refponfa agetur.

25 EO, primo, pofito, quod de renunciatione agam per ipfam D.Laudoniam facta, quam validam fuiffe, & effe demonftrabo, non obftante Regii affenfus defectu, tum quia illa, eo nō indigebat, tùm etiam ad majorem cautelam, quia duplici affenfu fuit roborata, altero fcilicet per Proregem cui prohibitionem de qua in *Prag.4. de Feudis in 4., & 9. capite* ab Adverfario confideratam, non obftitiſse, indubitabile reddam, altero verò ex eadem Gratia in *prag.33 de Feudis*, de qua principaliter agimus, in ejus enim, ad cafum dictæ Renunciationis, applicatione, omne fcrupulum fubmonebo. Nec læfionem, metum, dolumque allegatum, Jurifque renunciati affectatam ignorantiam, tum ex facto, tum ex jure obicem facere, præter neceffitatem patefactam.

26 Altero verò, & fecundo capite, quo feudorum difpofitionem per dictum Principem Nicolaum Mariam Seniorem in beneficium dicti Francifci fratris factam non obftante exiftentia (nec dicti D. Nicolai Maria Junioris ex filia nepotis, licet in familia nupta, nec dicti Fabritii, qui ætate Francifcum præcedebat) validam fuiffe, & fervata forma Gratiæ, oftendam; Dictum namque D. Nicolaum Mariam Juniorem uti defcendentem ex filia nupta in familia, nec mafculum fecundum fubjectam materiam, neç de familia fuiffe dicendum, nec in confideratione habendum in terminis Gratiæ, de qua agimus, permittentis feudorum difpofitionem in mafculum de familia proximiorem, qui fuccederet, fi fœminæ non adeffent Uti, verò filium dicti Francifci nullatenus illi fuiffe præferendum; Ex perfona verò Fabritii, licet d.Francifco ætate maioris, nec minus oppugnandam dictam difpofitionem ftante præfertim confenfu, & abdicatione ejufdem Fabritii fe de medio tolentis, quem quidem confenfum abdicativum, validum fuiffe, dictamque difpofitionem confirmaffe; Nec *novam gratiam*, quam de anno 1642. fuiffe denegatam afferitur in hoc cafu in prima Gratia comprehenfo fuiffe petitam, nec denegatam, quinimmò & illa, dictam difpofitionem potius confirmari, quam oppugnari poſse, clarum reddam.

27 Poftremò, tandem, & tertio Capite, illud ad fatietatem agam, quod etiam femota validitate, tùm dictæ difpofitionis Principis Nicolai Mariæ ad beneficium dicti Principis Francifci, tum etiam renunciationis præfatæ per Dom. Laudoniam eidem Principi Francifco emiffæ; Attamen, nec minus dictam D. Laudoniam ad feuda prædicta amplius venire poffe, tanquam ab ejus fucceffione exclufam tùm ex difpofitione §. *præterea, quibus mod.feud.amit.* ftante, quod ipfa cōfenfit, prædictum Francifcum Agnatum, quem vocat remotiorem, de ejfdem feudis inveftiri, tùm etiam ex eadem, qua potitur Regni *Conftitutione, ut de fucceffionibus*, ftante dote à Patre relicta, per ipfam nuptiarum tempore, acceptata. Eo non omiffo, Quinimmò pro Coronide refervato, & à principio, & in omni parte confiderato, quod ifte D. Nicolaus Maria Junior hodiernus Princeps & dictorum feudorum, de quibus agitur, Poffeffor, is eft, idem ille mafculus, in quem Adverfarius pugnat, difpofitionem ex tenore Gratiæ fieri debuiffe, & cui etiam Princeps Nicolaus Maria voluit conferre, & nedum tacitè, verum etiam expreſsè, & virtualiter, ejus contulit hæreditatem, adeò quod affirmare poffum, illum habere pro fe expreffam Teftatoris voluntatem, & difpofitionem in ejus beneficium ex Gratia juxtà partis affertionem cōvalidatam, & habere etiam ejufdem Gratiæ, finem, fimul, &, effectum.

CAPUT PRIMUM.

De renunciatione D.Laudoniæ non invalidanda, nec refcindenda.

QUoniam agnofcens Adverfarius, ex ampliffima renunciatione per dictam D. facta, hæreditatis præfertim Paternæ, illam excludi quilibet
28 enim Juribus fuis renunciare poteft, ut notatur *in l. pen. ubi DD. C. de pactis*, & in *l. pactum 46. in fine ff. de pactis*, cum fimilibus per *Glof. & DD.* & ut verbis tex. utar, *remittentibus actiones fuas non eft regreffus dandus l. quæritur, §. fi venditor. ff. de ædit. edict.* ut etiam de jure feudorum notatur in *cap. 1. §. præterea, quib. mod feud. amitt.*, & in *cap. 1. §. fi quis decefferit, ver. Titius, fi de feud. milit. fuer. controverf. inter Dominum, & Agnat.* & fcribunt paffim DD. Hunc fcopulum, ad quem omnem D. Laudoniæ prætentionem frangere, videt evitare cupiens, dictæ renunciationis nullitatem, & invaliditatem, tùm ob defectum Regii affēfus, tùm etiam ob læfionē, metum, ac dolum, Jurifque renunciati ignorantiam oftendere nititur. At ego fequentibus articulis diftinctim occurram.

Primo, Regium affenfum in dicta renunciatione non fuiffe neceffarium.

Secundo quatenus d.renunciatio Regio affenfu indiguiffet, illum fuper ea per D. Regni Proregem, validè fuiffe præftitum & fufficientem effe, non obftante, nec *quarto*, nec *nono* capite *Prag.4. de feudis.*

Tertio, renunciationem prædictam affenfu etiā fuæ Catholicæ Majeftatis cenferi munitam, de qua in *Prag.33. de feudis.* ubi ex gratia generaliter, regius affenfus fuit conceffus fuper omnibus, feudorum difpofitionibus in beneficium mafculi de familia.

Quarto, nec prætextu ignorantiæ juris renunciati, nec quafi factam five caufa nec cæteris oppofitis, nempe, de læfione, dolo, ac metu; tum ex facto, tùm ex Jure, dictam Renunciationem, nec annullandam, nec refcindendam effe.

ARTI.

ARTICULUS SECUNDUS.

Regium Assensum in dicta renunciatione non fuisse necessarium.

29 RE nunciationem hæreditatis, licet delatæ, nõ
tamen aditæ, cum illa nonnisi simplex ab-
stentio, & repudiatio fuerit, in pactum deducta,
Regio assensu, respectu feudalium, non indigere,
Juris est indubitati, nec adversarius negat, quippe
prohibita alienatione non intelligitur prohibita
hæreditatis repudiatio, in terminis *Afflict. in Im-
perialem in princ. num.* 30., quæ repudiatio, neque
contractus, neque distractus est *Baldus in l. si ma-
jor in fin. C. de dolo*, quamobrem scribit *Frecc. de sub-
feud. lib. 2. in limit. 24. ad constit. Constitutionem
Divæ memoriæ num.* 73. Quod filius, qui post mor-
tem Patris declarat se nolle succedere, ut aperiat
locum proximiori, talem declarationem, & repu-
diationem, non poterit revocare, authoritate dictæ
Constitutionis, *& ratio*, ipse inquit, *est in promptu,
quia antequam in feudo succedat non est Dominus*
30 *feudi, vel possessor, ideò non dicitur alienare feu-
dum*, & quod non sentit *Andr. in cap. 1. §. & si li-
bellus. 3. col. de alien. feud. pat.* nam se tantum à
loco avocat in quo erat proximior, nec dicitur de
feudo disponere, quod nondum est ei quæsitum, li-
cet possit ad illud admitti, si velit, & ità *num.* 74.
refert in S. C. decisum; Atque ut scribit *Reg. Salernit.
decis. 24. num. 7.* delata successione Agnato proxi-
miori, si ille proximior vellet renunciare successio-
nem, nemo dubitabit, id sine assensu fieri posse, &
sequens in gradu succederet, non ex persona re-
nunciantis, sed ex persona propria, remoto obsta-
culo proximioris.

Tota igitur vis est adhibenda in eo respuendo
argumento, quo Adversarius utitur, supponens
renunciationem, de qua agimus, non simplicem
fuisse repudiationem, & abstentionem (cujus spe-
ciem ipse affirmat assensu Regio non indigere),
sed cessionem, importasse, translativam dictæ hæ-
reditatis delatæ, quia cedens omnia Jura inclusa
hæreditate delata, videtur prius eandem hæredita-
tem adire, & deinde renunciare, ad vulgatum, *tex.*
31 *in l. si Avia 6. C. de Jur. deliber. cum concord.* eo ma-
gis in casu, de quo agimus, cum dicta renuncia-
tio non fuerit simpliciter facta, nec ad beneficium
successoris ab intestato, sed Patruo, quem extra-
neum Adversarius ipse vocat), & non ab intesta-
to successorem; nec aliquo modo hæredem futu-
rum, nisi per dictam renunciationem. Proindè, cum
illa importaverit feudorum alienationem, nullam
fuisse, sine Regio Assensu, tanquam à jure inter-
dictam ad vulgatam *l. Imperialem, de prohib. feud.
alien. per Frider.* & hujus Regni *Constitut. Consti-
tutionem Divæ Memoriæ*, strenuè pugnat.

Dupliciter tamen respondeo, eo in facto sup-
posito, quod est indubitatum, Paternam hæredita-
tem, quam ex matre Adversarii D. Laudoniæ dela-
tam fingimus, non antea, nec alioquin ab illa adi-
tam fuisse ejusq; feudorum dominiū acquisitū, nisi,
ut Adversarius asserit, in ipso actu renunciationis,
ea juris fictione, qua, cum quis in alium jus suum
trasferre velit, videatur prius adire, & acquirere, &
deindè renunciare, juxta ea quæ notarunt *DD. in
l. si Avia.* Alius enim aditionis actus, quo dici pos-
sit, jus delatum ante renunciationem, dictam Lau-
doniam, acquisivisse, nullatenus nec præsumptio-
ne, potest allegari.

Hoc igitur posito.

Respondetur primo, adquisitionem momentaneam ad finem transferendi non esse in consideratione.

DIco primo, quod hujusmodi aditio, & acquisitio,
tanquam necessarium antecedens, in terminis
translativæ cessionis, juri fictione præsumpta, fuis-
set tantum ad finem ipsius cessionis, & renuncia-
tionis, & ad finem cedendi, & renunciandi jus de-
latum, nullatenus tamen ad effectum retentionis
ejusdem Juris. Ideò talis renunciatio, & si include-
ret dictam aditionem, & acquisitionem, quæ non
aliter: quàm momentanea esset pro validitate ces-
sionis, seù renunciationis, juxtà dictum *text. in*
32 *leg. si Avia* 6. nullatenus tamen alienatio dicere-
tur juris quæsiti, ut in proprijs terminis reoun-
ciationis hæreditatis delatæ post alios probarunt
Præs. de Franch. decis. 14. *Gratianus cap.* 132. *à nu.*
25. *& cap.* 568. *nu.* 64. *& decis.* Marchiæ 17. *Cancer.
variar. resolut. par. 3 cap. 15 num. 162. Præs. Merlin.
controvers. forens. tom. 1. cap. 6. num. 12. Fontanella
de pact. nupt. tom. 2. claus. 4. glosa 4. par. 1. num. 125.
cum seq.* Actus enim momentaneus non est in
consideratione, ut ex *tex. in l. fin. §. fin. C. de bon. quæ
liberis, l. qui sic solvit ff. de solutionib.* tradunt DD.
communiter post *Bald. in d. l. final. §. fin* idque exor-
nat *Caldas in leg. si Curatorem ver. lasis num.* 155.
C. de in integr. restitut. & novissimè *Franchis, Gra-
tianus, Merlinus, & Fontanell. locis superius cita-
tis*, quasi quod non versum, nec factum dicatur,
quod non durat, *Gratian. & Fontanell.* eisdem lo-
cis per *tex. in cap. unde, de verb. significat.* & in *l. 1.
§. versum ff. de in rem verso.*

Idque adeò verum est, ut ex tali aditione ad
finem cedendi facta, non probari, nec dici taliter
cedentem, & renunciantem hæredem esse, scripsit
Mascardus de probat. tom. 1. concl 44. *num.* 14. nec
ad onera hæreditaria teneri, & solutionem æris
alieni obligari, censuerunt *Paul. de Castr. cons.* 252.
num. 2. Cravett. consil. 200. *sub num. 2. Cancer. præ-
cit. cap. 15. num.* 162.

Proinde, cum talis momentanea acquisitio, in
ipso actu renunciationis intellectu aliter, ut supra
33 præsumpta, non debeat esse in consideratione;
meritò ipsa renunciatio non dicitur alienatio; adeo
quod, debitori permittitur etiam in præjudicium
ejus creditorum, non obstante illo momentaneo
actu aditionis, & acquisitionis, ut post *Gratian.*
& alios, quos cit. probat *Fontanell. loc. cit. nu.* 126.
in fine, illam repudiationi æquiparans, his verbis.
*Sicuti pura repudiatio; cum idem in effectu ipsa
sint.*

Undè habemus, quod Assensus Apostolicus,
34 aliæque solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ
à *Constit. Paul.* requisitæ, non sunt necessariæ in
cessione, seù renunciationis Juris Ecclesiæ delati,
non tamen acceptati, nisi in ipso actu renunciatio-
nis, & cessionis ad finem renunciandi, vel ceden-
di, ut ex vulgato *Cons. Soccin. Senior.* 53. *num.* 27.

lib.4.verf.fed ad hoc refponderem, tradunt *DD.fuperius citati*, & præfertim *Pref. de Franch.citat. dec.14.*quibus addo *Cardinal.Put.decif. Rot. Rom. 519.lib.2.*& *Peguera.decif.145.num.3.* quem citat & fequitur *Fontanell. loco citat.nu.127.* Sic etiam folemnitas à ftatuto requifitæ pro validandis alienationibus, quod tales folemnitates non requirantur in renunciatione hæreditatis, licet aditionem fupponat, latè, multis fimilibus adductis, probat *Gratian. præcitato cap.132. à num.25. & cap.568.num.64.cum fequent. & decif. Marchia 17. num.28.* ac in tranfactione cum dimiffione rerum per aditione acquifitarum latè etiam *Roland. præcit.conf.15.num.34.lib.1.*

Et quamvis aliqui, contra differere, conati fuerint, attamen hæc fententia verior eft, & magis communiter recepta, etiam in quampluribus aliis fimilibus fpeciebus, ut videri poterit apud DD.quos *Roland.& Gratian. aliique fuperius ci-*
35 *tati* referunt, & quod melius, hæc eadem fententia fuit authoritate rerum judicatarum canonizata per *Rot. Roman.* ut apud *Cardinal Put. d. decif. 519.*& *Grat.loc.citatis*, per *Senatum Cathal.* teftatur *Peguera d.decif.145.& Fontanell.citat. gloff.9. num.127.*& per *noftrum S.C.*tefte *Domino Praf.de Franch.d.decif.14.*ubi refert judicatum, validam fuiffe ceffionem, & donationem, Juris delati, & acquifiti, per Clericos Regulares factam abfque Affenfu Sedis Apoftolicæ alias requifito in alienationibus rerum Ecclefiæ, *quia*, ut ipfe ait *num. 25.quamvis quando quis cedit, videatur per prius acquirere, & poftea cedere, nihilominus cum ceffio non fit principaliter ordinata ad adeundum, & acquirendum, fed potiùs ad renunciandum, illa acquifitio momentanea non eft in confideratione, & debet haberi perinde, ac fi renunciaffet Jus non incorporatum*, & allegat *Soccin. dict. conf.53.* & *Fanuc.in tract.de lucr.dot.in textu, ibi, vir lucratur nu.17. & 18. in parvis fol.351*, dicentem fic fuiffe decifum per *Rotam*.

Quod, maximè, locum habet, quando acquifitio
36 non refultat, nifi ex actu, quo fit ad renunciandum, prout in noftra fpecie, quicquid aliud dicendum effet, quando fuiffent duo actus feparati, unus ab altero diftinctus, ut fi quis primo actu adiffet deindè vero per alium actum feparatum, & diftinctum, ceffiffet, ut declarant *Fanuc. & Gratian. loc. cit. ex qua diftinctione* inquit idem *Præfid. de Franch. dict. decif.14 fub num.26.in fine, omnia contraria tolluntur, quia proceditur data incorporatione, & acquifitione facta ad finem acquirendi, non autem renunciandi*, ut in cafu de quo agimus.

Cum igitur dicta intellectualis aditio, & acquifitio, quæ non in actu antecedenti, à renunciatione feparato, & diftincto, fed, ut Adverfarius afferit, non aliter, nifi in ipfo eodem actu renunciationis, & ceffionis, facta præfumitur, nullatenùs, nifi momentanea fuerit, & non ad finem cedendi, & renunciandi, fed ad ceffionem, & renunciationem convalidandam; & proindè in confideratione effe non debeat; adeò quod ipfa ceffio, & renunciatio, etiam translativa facta, non dicatur alienatio, nec requifitis convalidandæ alienationis fubjaceat, Porrò remanet in terminis fimplicis abftentionis, feu repudiationis; atque ità, ex fuperius adductis, & per Adverfarium conceffis, nullatenus Regio Affenfu illam indiguiffe, illiufque defectu non obftante, validam fuiffe, dicendum putarem.

Refpondetur, fecundò, in hujus renunciationis fpecie, nec momentaneam adquifitionem effe præfumendam.

SEd meliùs, & veriùs, dico fecundò renunciationem, de qua ego, fcilicet refpectu paternæ hære-
37 ditatis, hoc eft dicti Principis Nicolai Mariæ Senioris, nullatenùs potuiffe importare illam tacitã, & intellectualem aditionem, & acquifitionem, nec minùs momentaneam; quinimmò aditioni prorsùs, & omninò, illam repugnare, & fimplicẽ tantummodò repudiationem, & abftentionem fuiffe, nullo Regio affenfu, ut præmifi, indigentem.

In facto enim dubitari non potuit, quia tam in
38 tabulis nuptialibus dictæ D. Laudoniæ, in quibus, ab ipfa, & Principe Foreni Sponfo, renunciatio fuit promiffa, & ex tunc ipfa renunciavit quam etiam in inftrumento, poft fecutum matrimonium de eifdem capitulis anteà confecti, conventis, & fubfcriptis, ftipulatio, & in alio etiam inftrumento, quo eadem D. Laudonia traducta ad domum Viri cum illius confenfu dictam renunciationem ratificavit; & de novo fecit. Dictus Francifcus de Summa non nifi, uti univerfalis, & Teftamentarius hæres dicti q. Principis Nicolai Mariæ fratris, & tanquam Princeps Collis intervenit, his nempè, & fimilibus verbis. *Francefco de Somma Principe del Colle herede univerfale cum b.i. & inventarii del qu. D. Nicolò Maria de Somma Principe del Colle fuo fratello per teftamento, e confirmato per la Gran Corte della Vicaria in virtù di decreto di preambulo di quella, ficome nella banca di Ferdinando interveniente, all'infrafcritto, hereditario nomine quo fupra.* Is itaque nuptui tradidit dictam D. Laudoniam, & hæreditario nomine d.quondam Principis Nicolai Mariæ, dotem ab eo illi relictam, in eodem teftamento, quo dictus Francifcus hæres fuerat inftitutus, promifit, inferto in eifdem Capitulis matrimonialibus, tenore legati, quo pro dote prædicta ducatos 24.m. Teftator reliquerat, eo adjecto; *Nelli quali la inftituifco particolare herede, & per ogni parte, portione, legitima, paragio, e lor fupplemento, e d'ogn' altra raggione, che li fpetta, ò potrebbe fpettare per l'avvenire fopra la mia heredità, con che à tempo dell' affignamento, che fe li farà, debbia cautelarne il mio herede per cautela à configlio del fuo Savio.* Et ipfa D. Laudonia non tantum nupti fe tradere à Patruo, uti univerfali hærede prædicto, paffa eft, dotemque hæreditario nomine ab eo accepit, ac Collis Principem nuncupavit; verum etiam in obfequium Paternæ voluntatis (cujus difpofitionem, & agnovit, & probavit,) Paternam hæreditatem, ut teftator jufferat, in ampla forma etiam ab eo, quod prætendere potuiffet, uti exiftens in capillo, & filia, Patri fuperftes, quietavit, & liberavit, his verbis. *Promette, come dotata di paragio, & libero il paragio, de' fuoi beni paterni, e materni, e doti materne quietare la detta heredità del detto quondam Signor Principe fuo Padre, come ex nunc pro tunc quieta delli detti ducati 24.m. lafciatoli, come di fopra, & d'ogni par-*

ti

te,portione,legitima,paragio, e loro supplemento,che le competono,e potriano competere per l'avvenire,sopra tutti li suoi beni paterni,materni, doti, raggioni dotali,materne,fraterne,sororie,zierne, averne, burgensatiche,e feudali, e titulati per qualsivoglia titulo per detto quondam Signor Principe suo Padre acquistati per Aquilianam stipulationem, particolarmente per causa d'esser rimasta sola in capillo à tempo della morte del detto qu. Signor Principe suo Padre , non ostante qualsivoglia legge commune,ò municipale, che forse facesse à suo beneficio , alla quale con giuramento renuncia . Et deindè, in beneficium patrui hæredis instituti , renunciavit,his sequentibus verbis. *E di più cederà,e renunciarà,etiam cum juramento, e per patto di non dimandare,e di non succedere , & anco donerà , per titolo di donatione irrevocabile trà vivi , come ex nunc pro tunc,cede,renuncia,e dona al det.Signore moderno Principe del Col:e suo zio , & alli suoi heredi, & successori qualsivoglia in perpetuum, ogni raggione,attione, parte portione, legitima, paragio, loro supplemento,& tutte altre raggioni,che al presente li competono, e possono competere per l'avvenire sopra tutti , e qualsivogliano beni burgensatichi, feudali,e titulati di qualsivogliano titolo,presenti,e futuri, raggioni, heredità, successioni paterne, materne,doti,raggioni dotali,fraterne, sororie, zierne, &c.*

39 Ex his igitur , in facto indubitatis , evidenter constat,renunciationem de qua tractatur, salti respectu paternæ hæreditatis,simplicem fuisse,& abdicativam,nullatenùs verò translativam, quæ aditionem , & acquisitionem , tanquam necessarium antecedens ad cessionem translativam convalidandam,includeret ; dicta namque paternæ hæreditatis, renunciatio abdicativa inducitur , tum ex legati acceptatione, dū illud pro omni parte,portione, legitima,& paragio,omniq;alio jure , quod super hereditate pretendere poterat,loquebatur,tùm etiam ex quietatione eidem paternæ hæreditati,ut supra facta , nec dum de prædictis ducatis 24. m. legatis,verum etiam de omni parte,portione legitima,paragio,& aliis juribus forte competentibus, etiam super bonis feudalibus , & titulatis dicti quondam Principis Nicolai Mariæ Patris per Aquilianam stipulationem , & præcipuè ex causa *d'esser remasta in capello à tempo della morte di detto Signor Principe suo Padre, non ostante qualsivoglia lege cosi commune,come muncipale,che forse facesse à suo beneficio , alla quale con giuramento renuncia , &c.* Ex qua legati acceptatione , & quietatione modo prædicto concepta , dictam paternam hæreditatem repudiatam, & abdicativè renunciatam fuisse,non autem translativè cessam,ex cessione,quę nec minùs momentaneam aditionem, & acquisitionem,pro cessione validanda induceret, verba ipsa demonstrant non translativa , sed abdi-
40 cativa, seu abstentionem tantum importantia , & licet in seq.clausula , seu capitulo. *E di più cederà,e renunciarà.* verba adsit , quæ ut inquit *Bald. cons. 403.num.4. lib.1. videntur implicita de renunciatione ad translationem* , & apta non tantum comprehendere simplicem renunciationem , & abstentionem,seu repudiationem,ex illis verbis. *Cederà, e renunciarà con giuramēto,e per patto di non dimādare,e di succedere* , sed etiam translationem, quæ aditionem necessario supponat,ex sequentibus verbis , *& anco donarà per titolo di donatione irrevocabile trà vivi*, attamen dicta renunciatio paternæ hæreditatis dicta clausula , *e di più cederà e renunciarà*,& verbis in ea sequentibus , nullatenùs includi fatendum est,cum eadem prædicta hæreditas paterna antecedentèr fuerat jam renunciata , & repudiata , tum ex legati acceptatione, tum etiam ex dicta quietatione eidem hæreditati , ut supra facta , adeò quod potius ad majorem cautelam in dicta sequenti clausula , seu capitulo , *e di più cederà,e renunciarà* , fuerint Jura paternæ hæreditatis descripta, quam ex necessitate , non tamen sub illis verbis , *& anco donerà per titolo di donatione irrevocabile trà vivi* . (quæ translativa videntur,& aditionem,licet momentaneam,supponunt) fuerunt dicta jura paternæ hereditatis comprehensa,sed tantum sub illis , *di più cederà, e renunciarà , etiam con giuramento , e per patto di nō dimandare,e di non succedere*,quę nō nisi simplicem renunciationem,& abstentionem,seù repudiationem important singula singulis referendo , ut
41 dicit *Præsid.de Franch.decis.*105.*nu.*3., & alii inferius citandi.

Quod , ut magis de jure remaneat comprobatum, dico per principia juris notissima, impossibile esse,ut ullo modo renunciatio dictæ D. Laudoniæ,respectu hæreditatis paternæ:aditionem,& per consequens Jurium translationum induxerit , sed magis abstentionem , & repudiationem importaverit ; nam si ipsius jura testamentum , & in successione Patris intestati , fundata esse prætenduntur , quomodo ab intestato successionem adivisse illam præsumi, & fingi poterit, & postmodum per renunciationem transtulisse;quando ipsa Patruum uti hæredem scriptum agnovit , & cum hac qualitate illum,& cum ipsa , & cum ejus vita contrahere permisit , & coscolit? Nonnè omni juris rationi repugnat , ut ab intestato adeatur hæreditas ejus , qui ex testamento hæredem habet , ut *not. instit. de successiou. ab intestato in principio ?* vel nonnè juris regula scriptum est , quod jus nostrum non patitur eumdem in Paganis , & testatum,& intestatum decessisse, earumque rerum naturalitèr inter se pugna est testatus , & intestatus. *l.Julius nostrum 7.ff.de reg jur.?* vel quomodo ipsa eamdem hæreditatem adivit ab intestato , si illam veluti alteram personam pro ducatis 24. m. ex patris testamento ei in dotis causam debitis, & à patruo hærede promissis , atque solutis quietavit , & liberavit ? nonnè si illam adivisset , unam & eandem personam , hæres, & hæreditas repræsentaret *l.heres 22. ff. de usucap.* , & ideò absurdum esset, quod eadem,ac una persona,& creditor, & debitor sit, ac quod solvat, ut debitor, & ut creditor quietet,& liberet ad *l.sicuum 95 § aditio, & l.sicut.75. ff.de solut. & l. 7. C. de pact.* , vel nonnè statim ex ipsa receptatione dotis in testamento ei relictæ satis declaravit , & fassa est se nullum jus ab intestato prætendere velle, ac principiu acquisitionis ex capite intestati obstitisse , nullumque ex sua persona jus in Patruum , quem uti hæredem scriptum agnoscebat , transferre voluisse , sed tantùm jus suum, si quod habebat abdicare , seque de medio tollere?

Hæc igitur renunciatio aditionem,& per conse-
43 quens jurium translationem non induxit , quoniam ut in eisdem terminis additionis , inquit *Ulpian.in leg.si.quis 21.ff.de acquir.vel omitt. hered. admissum contraria voluntate declarat*,& si in

ter-

termiois, *l. Ita tamen §. si Pater ff. ad S. C. Trebell.* Si filius rogatus hæreditatem restituere, restituat simpliciter, nec aliter se immisceat, ex sola restitutione non videtur, se immiscu sse, quia ut *ibidem* inquit *glass. Nam fit eo animo, sed magis animo contrario, ut hæres non sit*, & post *Paul. in eod. §. si Pater*, notat *Alex. num. 4. & Cardinal Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 10. nu. 1. & tit. 12. num. 17. in fine*, Ac si ut scribit, *Ant. Fab. in C. lib. 7. tit. 59. definit. 17. in fine.* Cum quis passus est dari Curatorem hæreditati, quasi vacanti, non potest subiodè hæreditatis aditionem allegare, vel ad illam redire.

Quare noo idem multò magis dicemus in hac specie, in qua nullo modo D. Laudonia hæreditati paternæ se immiscuisse dici potest, sed omnia ejus gesta ad id respexerunt, ut alium hæredem, & quidem ex testamento agnosceret, & se ipsam
44 abstineret ? eò magis cum regulariter renuncians hæreditati, etiamsi ob id pretium accipiat, adire eam non videatur, sed potius amittere, *text. in l. fuit quæstionis ff. de acquir. vel amitt. hæred.* notat *Mātic. d. lib. 12. tit. 12. num. 17. in princ.* Et magis ad hanc speciem, quam ad illam, de qua ipsi loquuntur, conveniant. quæ scribunt. *Surd. cons. 133. num. 7. lib. 1. & Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 15. de renunciat. nu.* 202. & 206. Scilicet quomodo dici posset renunciantem dominium à se abdicare, vel in alium transferre velle, cum renunciando fateatur, nullum jus habere in re, cui renunciavit *ex glo.* quam allegant *in l. si maritus, §. si negaverit ff. ad l. Jul. de adult.*

Quod si denuò dicatur aditionem, & transla-
45 tionem jurium necessariò intelligendam in hujusmodi D. Laudoniæ renunciatione, quoniam in ea usa fuit donationis verbo, & ideò necessariò suppooit voluotatem, animumque adeundi hæreditatem, quam dotat ex *dict. leg. si Avia C. de jur. deliber.*

Respondetur primo, juris rationi noo refra-
46 gari, ut quis donationis causam hæreditatem repudiet, vel ab ea se abstineat, probat enim hoc *text. in l. si sponsus 5. §. si maritus ff. de donat. inter vir. & uxor.* His verbis. *si maritus hæres institutus repudiat hæreditatem donationis causa, Julianus, scripsit lib. septimo decimo digestorum, donationem valere, neque enim pauperior fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit*, ex quibus constat, quod qui donationis causa hæreditatem repudiat, & non acquirit: hoc est non adit, & de patrimo suo non deponit, idest nihil transfert.

Respondetur etiam, & secundo, quod genera-
47 liter quoties in instrumentis renunciationum sunt verba repugnantia, scilicet quia aliquibus abdicatio, seu repudiatio induci videtur, & aliis donatio, & jurium tranalatio, sunt semper singula singulis referenda, Verba nempe abdicationis ad id, qund repudiatum est, translationis vero, & donationis, ad ea quæ donata, & translata, sunt reddenda, optimè *Corneus cons. 147. sub nu. 2. vol. 1. & cons. 11. col. 3. & 206. col. 8. vol. 3. Præsid. de Franch. decis. 105. num. 3. & Hartmun. Pistor. lib. 2. quæst 5. num. 51. & 52.*

Et ideò, cum in nostra specie donatio, & Jurium translatio, nullo modo ex his, quæ diximus, intelligi possit de hæreditate Priocipis Nicolai Mariæ senioris partis D. Laudoniæ renunciantis, consequens est, ut ad alias successiones, & hæreditates; Patruorum, scilicet, Amitarum, Avunculorum, Matercerarum, Sororum, & aliorum, quibus similiter ipsa renunciavit, referautur.

Accedat, quod in renuociationibus aditio sub-
48 intelligitur quoties ex necessitate requiritur, pro actus validtiate, ac cessione, & translatione Juriū, quæ si non acquisivisset, transferre, quis non posset, secus verò si necessaria non sit ad validitatem actus, quemadmodum post alios declarat *Surd. cons. 244. num. 19. lib. 2.* ut in oostra specie, in qua non tantum aditio non est ex necessitate subintelligenda, quod immò si illa præsumeretur, esset cootra omne illud, quod D. Laudonia agere voluit, & egit, scilicet, ut quod ad suam persooam, suaque jura pertinebat, Patris Testamentum robur obtineret, & Patruus hæres institutus hæreditatem eo eodem testamentu haberet, renuncians, & abdicans, ob hunc finem, omne Jus ad ipsam spectans, ac pertinens; & propterea cum io quacunque dispositione, & præsertim in renuociatione, attendendum sit, quod putemus, partes voluisse, ut post *Riminal Sin. cons. 96. nu.* 10. & alios passim scribit *Cancer. d. par. 3. cap. 15. nu. 263.* Certè si velimus attendere id, quod D. Laudooia tunc voluit, tantum abest, quod ab intestato adivisse, præsumendum sit, quod immò non aliud gestum ab ipsa apparet, nisi, ut Patruum uti hæredem scriptum à Patre agnosceret, seque ab illa hæreditate, dote etiam juxta formam testamenti recepta, abstineret, & ità locum faceret ei, qui successurus erat ooo ex renunciantis, sed ex propria persooa, remoto obstaculo ipsius D. Laudoniæ.

Sed antea quam ad ulteriora progrediar, fas erit ostendere, me non illud hùc usque egisse, ut probarem, ob renunciationem, qua D. Laudonia se à paterna hæreditate abstinuit, Patris testamentū, si ob institutionem remotioris Adgnati nullum fuisset, validitatem accepisse, sed dumtaxat, ut patefacerem id, quod per dictam reounciatiooem gestum fuit, non posse aliter interpretari, aut intelligi, quam quod ipsa D. Laudonia jus suum abdicare, seque de medio tollere voluerit, quodque omni Juris rationi refragatur, & repugnat, ut intestati parenti Jura agnovisse, & in Patruū per renunciationem transferre voluisse videatur quando omnes ipsius actus, & gesta non aliud respexisse videntur, nisi, ut Patrem testatum decessisse, & Patruum hæredem institutum probarent. Cæterum, licèt Jure civili testamentum, quod ob filii præteritionem, nullum esset, confirmetur; si
49 filius bonis se Patris abstineat, *l. filio præterito*, & ibi latè *Bart. in 3. part. num. 25. ff. de lib. & posthum.* quoniam per abstentionem ille, qui nullum dicere potest, approbare videtur, & ideò confirmatur; quemadmodum; & in eo, qui inofficiosi querelam habet, si voluntatem Testatoris qualicumque modo agnoverit, Jura disposuerunt *l. penult. in fine, & l. fin. ff. de inoffic. testam* quæ approbatio, ut *Bartol. loc. citato num.* 28. declarat, vel fit expressè, vel tacitè, expressè faciendo aliquem actum, per quem inducatur abstentio ab hæredi-
50 tate paterna, tacitè verò, petendo Legatum ex testamento, quorum utrumque D. Laudonia fecit, nàm & renunciavit paternæ successioni, & cum Patruo, uti hærede testamentario, & ita a M. C. V. declarato, contrahere non recusavit, ac

dotem

dotem sibi in testamento relictam acceptavit, & cum ea nupsit, ac proindè non immeritò dici posset, per abstentionem ejus, quæ testamentum ob institutionem remotioris Agnati sine Domini assensu, nullum dicere poterat, testamentum ipsum fuisse confirmatum, ut etiam de jure feudorum probari posset *c.1. §.præterea quib.mod.feud.amit.* ibi; *si ille, ad quem feudum per successionem jure obvenire debet, consenseris eos investire, ad quos secundum rectum morem non pertinet, nullo modo ad eum repetendum regressum habet*; maximè cum simus in jure delato, ut etiam fatetur *Anna in capit.1.de vassallo decrepita atatis n.272.* Novi tamen, quod in ista specie (si omnia, quæ contra validitatem testamenti ex adverso dicuntur, pro concessis admittere velim, ut interim donec de testamenti validitate scribere inceperim, citra veri præjudicium, supponendum statui) hæc D.Laudoniæ abstentio non sufficeret pro testamenti confirmationi, quoniam, ut adversarius contendit, etiam remota ipsa Laudonia, adessent alii Agnati proximiores Francisci instituto, & ideo eum dixesim per renunciationem D. Laudoniæ nihil aliud actum, nisi, ut ipsa à Paterna hæreditate abstineret, seque de medio tolleret, itaut nullum jus ex ejus persona traslatum in Patruum videatur, utrique hinc consequitur per hanc abstentionem locum fieri, proximiori Agnato immediatè post D.Laudoniam sequenti, qui similiter testamentum nullum dicere valeret: de qua re hic, & nunc disputare nolo, cum satis, superque sit, quod D.Laudoniæ renunciatio, & abstentio in sui præjudicium, etiam sine assensu valeat, quemadmodum sine difficultate *DD.* admittunt, quodque ipsa illam revocare ampliùs non possit, ut etiam videtur sentire *Andreas in cap. 1. sub nu.1. de eo, qui finem fecit Agnato*, ibi, *nam, & si consentiisses tu Titius investiri Sejum, non haberes regressum, de catera multo magis quando refutasses*, & de primogenito renunciante in beneficium tertiogeniti quod licet in præjudicium secundogeniti renunciatio non valeat, valeat tamen in sui præjudicium, scribit post alios *Tiraquell. de jure primogenitura quæst.27.& in tract. lignagier. §. 11. numer.14. & Joannes de Lignano consil. 77. inter Consilia Alberti Bruni.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Regium assensum, quatenus necessarium pro validanda renunciatione, validè fuisse à Domino Prorege præstitum, illumq; sufficientem esse, non obstante nec quarto, nec nono capite pragmaticæ quartæ de feudis.

51 QUamvis autem assensus, ut satis probasse censeo, necessarius non fuerit, non tamen defuit; quinimò dicta renunciatio duplici assensu munitur, tum illo per Dominum Proregem præstito (de cujus validitate, non obstante opposito potestatis defectu, in præsenti agam) tunc etiam, & alio Regiæ Majestatis (de quo in sequenti.)

Et quidem de assensu per Dominum Proregem præstito dubitari non potest, cum constet ex privilegio in forma Regiæ Cancellariæ in actis exhibito, omni solemnitate roborato cum inserto tenore dictæ renunciationis, & totius Instrumenti capitulorum matrimonialium, ut in processu *fol. 53. per totum fol.61.*

Nec quod ille sufficiens sit, præsertim ratione
52 potestatis Dom.Proregis, controverti posse videbatur: certum est enim Regni hujus Proregibus ex *pragmat.4.de feudis* de die 17. Octubris 1531. potestatem, paulò ante eis interdictam, assentiendi, inconsulta S. M. super feudorum alienationibus, restitutam fuisse, & generaliter concessum, ut Regis vice, & nomine possint, & valeant, *& quibuscunque alienationibus, venditionibus, & obligationibus* bonorum feudalium assentiri *his tantum exceptis*, quæ *novem capitibus* in eadem *pragmatica* insertis exprimuntur: cum ergo in nullo ex dictis novem capitibus exceptis istius renunciationis species legatur, meritò sub generali facultate, & potestate generaliter concessa assentiendi *quibuscunque alienationibus, venditionibus, & obligationibus*, assensum istum fuisse expressè permissum, affirmandum esse dicebam; nam huic potestati, nisi in expressis non intelligitur derogatum, ex notissima juris regula, de qua *in l.sancimus 20. C.de testam.* & in *l. pracipimus. C.de appellat.* expressè in terminis hujus pragmaticæ, hujusque potestatis notat *D.Reg.de Ponte de potest. Proreg.tit.6. §.1.num.30.*

Quoniam verò ex dictis *novem capitibus*, ut supra exceptis, *duobus* tantùm, *quarto* nempe, & *nono*, istius renunciationis speciem contineri, ex adverso contenditur: unde facili modo asseveratur tanquam in casu *eadem pragmatica* Proregi prohibito, Regique reservato, assensum per Proregem præstitum non sufficere, sed Regium fuisse necessarium. Ideò meum erit, ad hoc obstaculum tollendum (figmentis ex adverso propositis nil refragantibus) id, quod dixi confirmare, nullo ex dictis *novem capitibus* istius renunciationis speciem contineri, quod cum quo ad septem sine difficultate, etiam penes eundem Adversarium transeat, quo ad reliqua duo, *quartum* nempè, & *nonum*, ex quibus quæstio movetur, demonstrandum remanet.

In quarto capite dictæ pragmaticæ quartæ de feudis, speciem istius renunciationis non contineri.

53 DIxit enim Adversarius, in dicto *quarto capite*, vetitum esse Proregibus assentire, & proinde Regis assensum requiri, ubi feudi natura mutatur, successorem vocando extra terminos constitutionis Regni, & hoc argumento utitur: secundum terminos constitutionis, & naturam successionis feudi, fœmina in capillo erat vocata, idest ipsa D.Laudonia, quæ sola in capil-

lo

lo existebat, & Franciscus uti remotior
exclusus, & natura prædicta successionis muta-
tur per talem renunciationem, ergò requiritur in
ea secundum dictam pragmaticam Regis assen-
sus.

Sed non difficile erit hunc nodum solvere, eo
primùm præmisso, quod hic non agimus de assen-
su super testamento Principis Nicolai Mariæ, ut
possit disputari ex dicto *quarto capite pragmatica*
prædicta, an fuerit aliquis institutus extra termi-
nos Constitutionum Regni, mutata natura suc-
cessionis feudorum, sed de renunciatione agimus
D.Laudoniæ, & de assensu super dicta renuncia-
tione. Itaque videndum est an per hujusmodi re-
nunciationem natura successionis feudi fuerit
mutata, qua in re, eo argumento uti, quo asse-
ratur, quod ipsa D.Laudonia, tanquam fœmina
in capillo erat vocata, nimis absurdum est; nam
si dicitur non tantum vocatam, sed etiam Do-
minam fuisse, & deindè adiciatur, sed tamen re-
nunciavit quod suum erat, & alienavit cum assen-
su Proregis, quid replicare poterit adversarius
ex hoc *quarto capite*? nam (de *novo* nunc non
loquor; sed in sequenti) certè, aut rectè nihil, aut
argumenti formam mutare cogetur, & dicere, sed
D. Laudonia renuncians habebat adgnatos pro-
ximiores Francisco, cui renunciavit, & illi erant
ipsi D.Laudoniæ successuri; igitur renunciando
d.Francisco, naturam successionis feudi mutavit.
Verum hoc argumento noluisse Doctissimum, &
eruditissimum Adversarium uti facilè credo; nam,
& sciebat, D. Laudoniam proximiorem adgna-
tum habilem ad ei succedendum tempore renun-
ciationis non habuisse, & quod etiam quando
habuisset, non esset nobis insudandum pro extri-
canda hujusmodi difficultate: quippe hoc nos
labore exemit *Dom.Reg.de Ponte d. tract.de potest.*
Proreg.tit.8.§.10.nn.14., & 15. ubi illam quæstio-
nem tractans, an potest feudatarius donare
54 feudum filio secundogenito, quod ad primo-
genitum, secundum morem, & jus Franc-
corum pervenire deberet, & an sufficeret Pro-
regis assensus, & dubitaretur, ob prædictum
quartum caput dictæ *Pragmat.* quia videbatur in-
terverti successio à primo in secundogenitum, &
mutari naturam feudorum extra terminos consti-
tutionis, quæ vocat primonatum, loquens in
feudo hæreditario, sive novo, sive antiquo, &
etiam in feudo, ex pacto novo, concludit, allu-
cinatos esse eos, qui in hac quæstione dixerunt,
alterari naturam feudorum; nam hic pater alie-
nat, sicut extraneus, in quo nulla consideratur
alteratio naturæ feudi, quod alienat, quia de feu-
dorum natura est alienatio cum assensu, & quan-
do in alium transferuntur, illa transeunt cum co-
55 rum innata natura à lege investituræ assumpta;
ità, quod erunt naturæ ejusdem penès Donatarium,
cujus erant penes donantem, ob quod nec respectu
alienantis, nec respectu assentientis intelligeretur
in aliquo natura alterata, ut peroptimè explicat in
proprio casu, *Freccia de subfeudis lib.2.quæst.1., &*
Peru.consil.7. *Quod*, ut idem *Dominus de Ponte* sub-
dit *dict.n.15. non est quando disponitur in ultima*
voluntate, instituendo alium, quàm vocatum ex
lege investituræ: tunc enim succedit, qui succede-
re non deberet secundum naturam feudi, & dispo-
sitio confertur post mortem, & in hoc casu loqui-
tur pragmatica novem capitum in tit. de feudis,
per quam vetatur Proregibus assentire, & proce-
dit opinio Bammacarii, ut non sufficiat Proregis
assensus in dispositione, quæ fit in voluntate in be-
neficium secundogeniti: quinimò idem *Dom. de*
Ponte in eod. tract.de potestate Proregis tit.6. §. 1.
nu.30. superiùs cit. advertens ex dicta pragmatica
in *dict.quarto capite*, vetitum esse Proregibus as-
sentire dispositioni, quæ fit in alium, quam in
vocatum vigore constitutionum Regni, adductis
verbis ejusdem. *cap. Quarto, ubi natura feudi*
mutatur successorem extra terminos Constitutio-
num Regni instituendo, licet dicat, *Bammaca-*
rium tenuisse, etiam in legatis potestatem assen-
tiendi Proregi esse restrictam, attamen ipse *Dom.*
de Ponte, quò ad hoc, ab opinione *Bammacarii*
expressè dissentit, eique contradicit, tradens hanc
prohibitionem non respectu legatorum; sed so-
lummodò quò ad institutionem universalem suc-
cessoris in feudo procedere; Cùm restrictio ge-
neralis potestatis in *d. 4. capite* de institutione
56 tantùm loquitur, ibi. *successorem instituendo*, &
sic non est porrigenda ad legata, de quibus non
loquitur, & in quibus alteratio naturæ feudo-
rum, sivè legis investituræ nequit considerari,
sicut in institutione. Nam, qui legat, dicitur alie-
nare, & sic facere actum, super quo Prorex po-
test assentiri, non obstante dicta prohibitione,
quæ loquitur in institutione non in legato, prout
etiam tradit *Reg. Rovit. dict. Pragmat. quarta de*
feud.sub nu.2. Si igitur d.prohibitio, nec ad lega-
ta (quæ actus sunt voluntatis, & post mortem
exequenda) non porrigitur, quanto minus ex-
tendi potest ad actum inter vivos, prout fuit d.
renunciatio.
57 Cum itaque assensus, de quo agimus, nedum
non fuerit super institutione successoris in feudo
extra terminos Constitutionum Regni, & feudi
natura mutata (in quo tantum casu assentiendi po-
testas Proregi est restricta in *d.4.cap.*) quinimo nec
super legato, nec alia dispositione facta per actum
ultimæ voluntatis, (In quo etiam casu juxta opi-
nionem *D.de Ponte d.tit.6.§.1.n.3.* quem citat, & se-
quitur *R.Rov.d.prag.4.de feud.nu.2* Et juxtà verba
Prag. contra opinionē *Bammacarii* posset Prorex
assentire) sed fuerit assensus prædictus super renun-
ciatione facta per actum inter vivos (omisso pro
nunc eò, quod in sequenti tractabimus, fuisse in
eum, qui in terminis gratiæ, & etiam ab intestato
erat immediatus successur) consideretur hic, &
nunc dicta renunciatio D.Laudoniæ, ac si dona-
tio, ac si alienatio, citra veri præjudicium,
etiam facta in extraneum; fuit tamen absque
ullo dubio per actum inter vivos, per quem non
potest dici mutari naturam successionis feudorum
quomodo casus iste potest dici comprehensus sub
d.4.capite? Meritò, eo non obstante, validus, & suf-
ficiens assensus per Proregem præstitus est judi-
candus.

Nec

Nec nonum Caput ejusdem Pragmaticæ 4. de feudis istius renunciationis speciem comprehendere.

58 EX *nono* etiam, seù *ultimo capite* ejusdem *Pragmaticæ*; quo similiter vetitur, Proreges assentire, *ubi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baronia, seù quodvis aliud magni momenti feudum alienatur*: æquè ex adverso contenditur, quod super hac renunciatione, qua Principatus Collis transferebantur, necessarius erat Regis assaosus, & non sufficit ille per Proregam præstitus.

Sed neque hoc *nonum*, sau *ultimum Caput* speciam renunciationis prædictæ comprehandere, quin assansus super ea, quatenus suarit nacassarius à Prorege præstari non potuerit, prout præstitus fuit, evidaoter ostendam.

Illud eoim putaodum ast indubitabila, quod, cum prohibitio da qua agimus, nè Proreges assentiant in casibus in *d. Prag.* novem capitibus axpressis, & præcipuè in alienatione feudi titulo decorati, ut io *d. nono capite*, correctoria sit exorbitans a Jure communi; nàm aote annum 1531. quo fuit edita *d. Pragm.* Ragni hujus Proregis, tanquam Regis Locumtanentis. & Vicarii nulli dubium est, quod absqua limitatiooa, & restrictiooe aliqua liberam habebant potestatem quoscumque afsensus præstandi super boois feudalibus atiam titulatia, ut ex doctrina *Andreæ in cap. Imperialem nu. 11. in fine, vers. sed aa Vicarius, & na. 22. de prohib. feud. alien. per Frideric.*, *& Camer. ibid. pag. 26. col. 4. cum tribus colum. seq.* io propriis terminis individualiter tradit *D. Reg. de Ponte cons. 1. nu. 2. vol. 1.* quam citat, & sequitur *Reg. Rovit. in commen. ad eandem Pragm. 4. de feud. n. 20.* Verba
59 proinde dictæ prohibitionis sunt intelligenda in propria, & stricta significationa, & non extendenda præter casus axpressos, quinimò sunt restringenda, ut quam minus jus communa lædant, est eoim regula ganaralis, quod *statuta propriissimè intelligi debent*, ut ait *D. Reg. Merlinus* loquens in terminis Pragmaticæ ad S. C. Maced. *cent. 2. cap. 99. nu. 9.* citans *l. 3. §. hac verba* cum ibi not. *de negot. gest. l. 1. §. is, qui navem de exercit. act. l. eum qui vectigal. ff. de verbor. significat. Tiraquel. ad ll. connubial. glos. 7. verbo expres. n. 46. in fine*, ac quod in eis *fit strictissima interpretatio*, & cit. *l. constitutionibus ff. ad municip. DD. in l. omnes Populi de just. & jure. Surd. decis. 191. nu. 7.* latè *Mascard. de statut. interpret. conclus. 4. nu. 1. & seq.* præsertim nè juri communi adversantur *tex. in l. 2.* ubi *Bart. C. de noxal.* cum aliis per *Rovit. ad prag. 1. de delict. n. 14.*, & in propriis terminis hujus *prag. 4. de feud.* tradit *ibid. D. Rov. nu. 20. in fine*, ubi dat regulam, *quod dispositio dictæ Pragm. sit magis restringenda, quam amplianda* vulg. *l. 1. §. hac autem verba* ubi *DD. ff. quod quisque jur. l. si vero §. de viro ff. solut. matrim.* Undè arguit, quod verbum *successor* de quo *in 2. cap. d. Pragm.* sit intelligendum de primo tantùm, & immediatè successore in propria, & stricta significatione, non autem de successore, qui alium habeat, vel habere possit successorem, subdens *nu. 28.* hæc varba, *quod autem casus noster versetur in materia strictè intelligenda, sufficit ponderare quod sumus in Pragm. correctoria juris communis*, & quod nec etiam ab æquipollanti, seu a paritate rationis nova ista lex correctoria Juris communia, præsertim in his, quæ non sunt ad commodum, & utilitatam Reipublicæ, & subditorum, liceat argumentara tradit idem *Dom. Rovitus ibid. nu. 35. 36., & 37.*

Dum igitur varba prohibitionis, de qua agimus sunt strictè intelligenda, & restriogenda, ut quam minus jus commune lædent, meritò alienatio cui ex *d. cap. 9.* Prorex assentire prohibatur, non debet intelligi nisi de vera aliaoationa, in vera, &
60 propria significatione sumpta, & per quam dominium, & possessio ipsorum corporum feudalium titulatorum transferuntur, & non jurium tantum, & actiooum, quæ ad illa, val forte in illis habentur. Coostat enim quod *alienatio* verè, & propriè *est omnis actus per quem dominium transfertur*, ut axpraisè inquit *tex. in l. 1. C. de fundo dotali*, & habetur in *l. alienatum 67. ff. de verbor. significat.* scribitque post alios *Alex. cons. 41. nu. 5. lib. 6. & ideò*, ut notat *Gothofred. in d. l. alienatum*, *plus est alienare, quam vendere*, nam, ut ax illo textu deducit, *Qui vendidit rei dominium non dum abdixit abdicit, qui alienavit*, unde tantum *qui vendit & tradit, alienat.* Et licet verum sit, ax dispositione Juria, tum civilia io *l. fin. C. de reb. alicuis non aliaeandis*, & tum Canonici in *cap. nulli de reb. Ecclesia non alienandis*, & tum feudalis in *cap. Imperialem de prohibita feudi alienatiana per Frideric.* tùm etiam Constitutionum Ragni *Constitutionem divæ memoriæ* sub alienationis prohibitione non solum dominii translationem, contineri, sed etiam ususfructus dationem, vel hypotecam, vel pignoris nexum, aut quodcumque aliud, quod tam diminuere videatur; Taman nagari non poterit, quin in his omoibus aliis speciebus alienationes impropriè dicaotur, ut expressè advertit *gl. in d. l. final.* ubi *DD. C. de reb. alien. non alien.* quod patet ad sensum, nam ususfructus in re aliena propriè constitutus, & pignus item, vel hypoteca, aliæque obligationes, & actiones, quas nemo in rebus suis habere potest, ad ragulam juria *l. neque pignus ff. de reg. jur.* Hæ varò, & similes species, licet alienationes, impropriè tamao, dicaotur, & proiodè super feudo assensu iodigeant, attamen non continantur sub prohibitiona dictæ *Pragmat. 4. de feudis in dict. 9. cap.* corractoria juria communis, qua non in alio vatitur hujus Ragni Proreg bus, eorumque potestas limitatur, & restringitur, nisi ne assentiant, *ubi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baronia, seù quodvis aliud magni momenti feudum alienatur*, illud namque verbum *alienatur*, de illa alienatione debet intelligi, quæ vera, & propria alienatio est, idest de illo actu, quo
61 dominium, & possessio ipsorum corporum feudalium titulatorum transfertur, hæc ast vera, & propria aliaoatio, hæc tantum venit sub illo *Pragmatica* verbo *alienatur*, super ista tantum est correctum jus commune, & Proregis potestas ast restricta, nè assentiat. Aliæ species quibus nullum dominium, nullaque possessio corporum feudalium titulatorum transfertur, sed taotum jurium, & actionum, quæ ad illa, vel fortè in illis habantur cum etsi alienationes, impropriè tamen dicantur,

nullo modo comprehenfæ fub dicto Verbo Proregis *alienatur*, in dicta *Prag.* expreffo, & fub d. prohibitione, & reftrictione poteftatis Juris communis correctoria, poffunt intelligi.

His igitur fic ftantibus: eo præfuppofito, ut in facto abfque dubio fuit, quod tempore renunciationis Franeifcus de Summa non folum tanquam hæres Inftitutus Principatum Collis cum omnibus fuis feudis poffidebat, fed etiam à M.C. Vicariç hęres ex teftamento fuit declaratus; ac relevium Regię Curię folverat, undè Principatum, & feuda prędicta, de quibus erat jam inveftitus tanquam Dominus habebat, & poffidebat; D. Laudonia verò, quę renunciavit *ogni ragione, attione, legitima, Paraggio, &c.* Nil penitus poffidebat: Conftat evidenter prçfatę renunciationis fpeciem nullatenus dici poffe fub dicto *nono capite* comprehenfam, nàm quomodocumque, etiam ex morte Adverfarii, illa accipiatur, vel confideretur, nunquam ex ea dici poterit, quod fuerit inducta, nec in fomnio, vera, & propria corporum feudalium Principatus Collis alienatio, quorum nunquam dicta D. Laudonia, nec dominium, nec poffeffionē habuit, fed ad fummum impropria, & ficta alienatio dicetur, licet, & hoc folo Adverfario figmento.

Aut enim primo dicetur ex hac renunciatione per acceptilationem Principem Francifcum liberatum fuiffe à pręftatione, feù reftitutione hęreditatis, & feudorum Principis Nicolai Marię, quam ipfe Francifcus poffidebat, & D. Laudonię debitam fingimus. Et non ob hoc intelligeretur illam, verè, & propriè alienaffe, quippe aliud eft dare, & aliud liberare, & qui dat facit quid accipientis, qui liberat nihil facit accipientis, ut not. *Soccin.* & poft eum *Gothof. in l. Julian. 45. ff. de condit. & demonftr.* & optimè probatur ex eodem *tex.* ubi Jurifconfultus inquit, *fi hæredi Legatarius, cui fub conditione Legatum erat, fi hæredi decem dederit: id quod ei debebat hæres, accepto tuliffet: non quidem videri conditioni paruiffe, quafi dederit.*

Aut verò, & fecundo, id actum fuiffe dicetur, ut D. Laudonia per pactum de non petendo hereditatem paternam ad fe pertinentem d. Principi Francifco illam poffidenti dimitteret, fuiffetque conventum, ut abfque moleftia tam D. Laudonię, quàm omnium fucceforum ejus habere ei liceret. Et æquè dominiū transtuliffe non videtur quamvis Domina fuiffet, ut probatur ex *celebri textu in l. fi profundo C. de tranfact. & not. in l. ftipulatio ifta 38. §. fi quis forte ff. de verb. obligat.* ubi DD. communiter fcribunt, quod fi quis dimittit apud Adverfarium rem, quàm poffidet, promittendo per eum ipfi habere licere, per hanc difpofitionem ftipulator non efficitur Dominus, quamvis promiffor Dominus fuerit, fed tantum exceptionem acquirit, expreſsè *glof.* in verbo *fucceffores* ibi *non enim per pactum efficitur Dominus*, & ibi *Jaf. num. 7. & Zaf. nu. 8. & nu. 9.* ac in fpecie, quod fi quis
63 promittat de fuo feudo exiftente apud alium controverfiam non movere, non tribuat per hanc relaxationem, & proximiorem titulum; nec dicatur aliquo titulo alienare, vel diftrahere, ftatut in prohibitionem legis feudorum committat; confuluit: & fatis rectè probavit *Alex. in conf. 41. lib. 6. per tex. in d. l. fi profundo; glof. in d. verb. fucceffores,* quam *nu. 3. ex Angel. in d. § fi forte;* dicit diligenter notandum, quoniam licet *tex. in d. l. fi profundo*
loquatur in tranfactione tantum; *glof.* autem loquitur generaliter in omni conventione, vel pacto, & advertit etiam *Jafon in eod. §. nume. 1.* ibi, *fed noftra ftipulatio poteft interponi fine lite ex mera liberalitate.*

Aut demum tertio dicetur, quod (ut Adverfarius ipfe afferit) D. Laudonia jura, & actiones, quę ad ipfam pertinebant, ceffit, donavit, renunciavit, & tranftulit; Et hae etiam in fpecie, certum eft quod res ipfas, & corpora feudalia tranftuliffe, et
64 alienaffe non videtur, nam licet ex regula juris, is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipfam rem habere videatur *l. is, qui actionem 15. ff. de reg. Jur. & l. id apud 143. ff. de verb. fignificat.* hoc tamen intelligitur reprælentatione, vel fictione, non re ipfa, nam re, & effectu, *minus eft actionem habere, quam rem,* inquit *tex. in l. minus 204. ff. de reg. jur.* & tam in dicta *l. is qui*, quam in hac *l. minus*, notat *Gothofred.* ac fcribunt latè *Dec. & Cagn.* in eadem *l. is qui;* latè enim *Tiraquell. de retract. convent. glof. 7. nu. 47. & 48.* Atque hinc cum ex *l. fciendum § fi fundus ff. qui fatifdat. cog.* Poffeffor fundi fatifdate non cogatur, *diverfa, autem,* inquit ibi textus *eft caufa ejus, qui ad fundum actionem perfonalem habet, & idem* dicit *glof.* quam ibi fequuntur *Bart. Angel.* & plerique omnes *fi realem habet,* ut refert *Tiraquell d. num. 47.* Sic etiam, qui ex ftatuto tenetur folvere collectas pro rebus, non tenetur pro re, ad quam actionem habet, nec pro ipfa actione *Bart. in l. nemo ff. de reftit. in integrum, Dec. Cagn. & Tiraquell. in locis fupra citatis,* qui multa alia inferunt; Sed magis ad rem no-
65 ftram fcribunt, quod ftatutum prohibens venditionem rei fuæ in exteros, non habet locum in eo, qui vendit actionem, quam habet ad ipfam rem fibi debitam, vel per fideicommiffum reftituendam, quemadmodum doctrinam *Bartoli*, ità fentientis *in l Gallus, §. videndum. ff. de lib. & pofthum.* declarant; & probant in *eodem §. Francifc. Aretin. Soccin. & Jafon.*

Itaque, cum ut patet ad fenfum, & expreſsè inquit *Cagnol. in d. l. is qui actionem num. 4.* aliud fit actio, aliud res, quam per actionem petimus, atque perfequimur, & D. Laudonia non potuerit per dictam renunciationē plus agere, quam actiones, et jura (fi quæ habebat) transferre; nullo unquam modo dici poterit, Principatum Collis, et corpora in ipfa feudorum, quæ nunquàm habuit, vel poffedit, tranftuliffe, vel alienaffe, *non enim poteft videri defiiffe habere, qui nunquam habuit,* inquit text. *in l. non poteft. 209. ff. de reg. jur.*

Si igitur renunciatio, de qua agimus, quomodocumque, etiam ex mente, et figmento Adverfarii accipiatur, et confideretur, nullatenus, nec fomnio, dici poteft, ex ea veram, et propriam fuiffe inductam corporum, nec Principatus, nec Marchionatus, eorumque feudorum alienationem (fuper qua tantum Proregi in *dicto nono capite* vetitum eft affentire) quomodo dici poteft fpeciem dictæ renunciationis in *dicto nono capite* comprehendi, adeò quod non potuerit fuper illa Prorex affenfum præftare, illumque ab eo præftitum non fufficere?

66 Dicit Adverfarius, quod dicta renunciatio importavit ceffionem, & tranflationem, & fic alienationem jurium ad dictum Principatum Collis, & Marchionatum Circelli, & feuda magni valoris, & momenti, Hoc non nifi in fomnio per ea, quæ hoc

refpon-

responso ostensum fuit,& magis evidentèr inferiùs demonstrabitur fingi potest ; at dato (citra veri præjudicium)quod ita fuerit,vel rectè fingi possit, poterit nè hæc cessio, & translatio jurium dici vera, & propria dict.Principatus; Marchionatus , & feudorum titulatorum alienatio? erit impropria alienatio, ergo talis, impropria , & ficta alienatio poterit nè subjacere prohibitioni correctoriæ , et exorbitanti à jure communi,de qua in *dict.pragm.4.de feud.*præcit.*nono capite*? dicta prohibitio correctoria, et exorbitans à jure communi fuit emanata, *ubi Principatus alienatur* , et sic in vera , et propria Principatus alienatione,poterit ne extendi ad dictam alienationem impropriam non importantem, nec dominij , nec possessionis translationem, sed tantum ex marte et figmento Adversarii Jurium,et actionum? subjacebit quidem prohibitioni juris communis feudorum,et Regni constitutionis loquentis de omni contractatione super feudo , ita siat sine assensu , nullatenùs verò prohibitioni correctoriæ , et exorbitanti à jure communi , in qua *in dicto nono capite* , nè possit Prorex assentire, *ubi Principatus alienatur* .

Patet enim ex prædictis talem renunciationem seù etiam cessionem jurium,& actionum,etiam si ad Principatum, aliudque feudum titulatum trãslativa illa fingatur , & impropriè alienatio dicatur , prout nec etiam quamlibet aliam speciem impropriè alienationis , in *dicto nono capite* , minimè
67 contineri . Atque hanc fuisse mentem Cæsareæ Majestatis Imperatoris *Caroli V. dictæ pragmaticæ* conditoris , in ea tantùm alienatione , qua dominium, & possessio corporis feudi titulati ab uno in alium transfertur,sibi assensum reservare , & Proregi *dicto nono capite* interdicere sensus ; & tenor *ejusdem pragmaticæ* evidenter ostendunt ; cum enim primum potestas assentiendi amplissimè Proregibus restauretur, & concedatur etiam per verba universalia, *quibuscumque alienationibus, venditionibus,& obligationibus.* Deinde verò,non nisi taxativè dicta potestas restringatur , *his tantùm exceptis*,& post expressos aliquot casus, verbis generalibus , & aptis fortè comprehendere omnem speciem alienationis impropriæ,& nè dum corporis feudi, verum etiam jurium, & actionum, ut in primo capite, *ubi bona feudalia ad Ecclesiam, Monasteria,vel Universitatem devenire possent*.; & in secundo, *ubi is,qui de bonis suis feudalibus disponit,aut tractat, certo, ac legitimo successore careat,* Tandem , *in dicto nono capite*, casus alienationis feudi titulati limitatè excipitur per ea verba , *ubi Principatus,Ducatus, Marchiatus, Comitatus, aut Baronia,seù quodvis aliud magni momenti feudum alienatur.* Quid magis evidens , ne de alia alienatione voluisse Cæsaream Majestatem intelligere in *dicto nono capite* , nisi tantum de vera , & propria alienatione , qua dominium , & possessio non quidem jurium , & actionum tantum , sed ipsius corporis feudi titulati, de uno, in alium transferatur, non equidem in *isto capite* excipitur *contractus*? aut *dispositio*,ut fuit excepta in *secundo capite*,nec *translatio*,ut in *quinto,& octavo capite* , nec *venditio*,nec *obligatio*,nec alia species fictæ, & impropriæ alienationis,sed tantum *alienatio*, eo simplici verbo *alienatur*,nec ei fuit cõcomitata dictio universalis,*quomodocũq;*seu *qualitercũq;* aut alia similis,ut fuit adjecta potestati assentiendi,*quibuscunq; alienationibus*,hec quidẽ alienatio,quæ fieret *de,&*

68 *super bonis feudalibus* fuit expressa , adeò , quod possit applicari illud axioma , quod appellatione bonorum veniant jura,& actiones; & proindè excepto casu alienationis bonorum feudalium Titulatorum , exceptum etiam intelligi casum alienationis , & cessionis jurium , & actionum super feudis ipsis titulatis, ut fuit disputatum in terminis *primi,& secundi capitis* ejusdem *pragmaticæ*, sed tantum excipitur hoc nono capite,*ubi Principatus,Ducatus,Marchionatus,Comitatus,aut Baronia , seù quodvis aliud magni momenti feudum alienatur*; si igitur quando voluit Cæsarea Majestas,*eadem Pragmatica*,concedere , vel vetare potestatem assentiendi in quacumque alienatione, dispositione,contractatione,venditione,& obligatione,id expressit:talibus verbis,vel saltim universalibus , & æquipollentibus utendo , & ubi fortè voluit casum cessionis jurium,& actionum ad feudum,ita fuit illis verbis, *ubi bona feudalia* , ut in *primo capite,& ubi is,qui de bonis suis feudalibus*, ut in *secundo capite* , & in isto verò *nono capite* , noluit similibus verbis uti sub quibus posset fortè disputari,an casus cessionis jurium , & actionũ comprehenderetur:meritò dum , ubi voluit dixit, ubi nõ dixit,noluisse dicendum est ex regula tex. *l.unica , §. ubi autem. in fine C. de caduc. tollen.* quam in eisdem , seu in similibus terminis expendit *Reg. Rovitus dict. prag.4. de feud.n.37.* Itaque dum casus excipitur, & reservatur , *ubi Principatus,aut aliud feudum titulatum alienatur*, nullatenus ista exceptio , & reservatio potest trahi ad casum,quo nec ut fingitur, Principatus , aut aliorum feudorum corpora possunt dici verè alienata, sed tantùm jura , & actiones , quæ ad dicta feuda competiisse prætenditur, dicuntur translata.

Quod adeò verum est,& indubitabile, ut similes prohibitiones,nè Prorex assentiat,in aliis casibus,verbis etiã amplioribus,& prægnantibus emanatæ,præsertim in *eadem pragmatica 4.de feudis*, & sic in terminis fortioribus , fuerunt potiùs restrictæ,quam extensæ , & nõn nisi in propria , & strictissima significatione semper interpretatæ , ut par est in materia correctoria, & esorbitanti à jure communi.

Primo,quidem,prohibitio assentiendi,de qua in *primo capite ejusdem pragmaticæ*,licet fuerit concepta verbis generalibus,& prægnãtibus,*ubi bona feudalia ad Ecclesiam, vel Universitatem devenire possent*,& apppellatione bonorum veniant jura, & actiones,vulgato *textu in l. rei appellatione ff. de verborum significatione, cum concordantib.* & idem judicetur de actione ad feudum , quàm de
70 ipso feudo , undè non minus in translatione actionis ad feudum,quàm in ipsius feudi alienatione assensus requiritur,ut quicquid dicat *Schrader. part.7.cap.2.num 26.cum sequentibus*,latè docet, & decisum refert *Praf. de Franch. dec. 75. Anna alleg.127.Georgius repet.feud.cap.33. nu.22.* quos citat,& sequitur *Reg.Rovit.dict.pragmatic.4.num.17.in fine* , nec in *dicto primo capite* fuerit requisita vera , & propria actualis alienatio , ut locum habeat assentiendi prohibitio , sed tantùm in potentia,ibi:*devenire possent.* Nihilominus uso,& consuetudine, & de stylo Cancellariæ interpretata est talis prohibitio , ut procedat tantummodò in assensibus præstandis super vera , & propria alienatione translativa dominij corporis feudi , non verò in alienatione ficta, & impropria, puta in con-

ftitutione,feu translatione hypothecæ,feù alterius juris,& actionis fuper feudo,in qua videmus femper fuiffe præftitos, & quotidiè præftari affenfus per Dominos Proreges, nil refragante, *dict. primo capite pragmatica prædicta*, cum claufula tamen *quod eveniente cafu venditionis feudorum, illa vendantur perfonis habilibus*,ut teftatur *Dom. Reg. de Ponte tit.7. de affenfibus Regiis §.8. nu.1. & 2.* & commemoratur in *pragm.28. de feudis*, in qua fuit fublata claufula novitèr adinventa, quod dicti affenfus effent valituri per annos quindecim.

Secundo, alia affentiendi prohibitio, de qua in *fecundo capite ejufdem pragmaticæ, ubi is, qui de bonis fuis feudalibus difponit, aut tractat, certo ac legitimo fucceffore careat*, licet fub verbis *difponit aut tractat* quælibet alienatio, etiam impropria, poffet comprehendi, quinimmò quilibet contractus, & ne dum corporis feudi, fed etiam jurium, & actionum fuper eo; loquitur enim prohibitio.
71 *ubi is, qui de bonis fuis feudalibus*,& appellatione bonorum veniunt jura,& actiones, & idem judicatur de actione ad feudum, quam de feudo ipfo, ut fæpè fæpiùs diximus: fuit tamen interpretata hæc prohibitio in affenfu tantùm præftando femper difpofitione veri,& formati feudi,non verò refpectu difpofitionis,alienationis ceffionis,& translationis actionis hypotecariæ cum affenfu acquifitæ fuper feudo, in dicta namque alienatione, ceffione, & translatione actionis hypotecariæ, vel fimilis fuper feudo requiratur affenfus, ut prædixi,fed ille,nil refragante *dicto fecundo capite*, poteft per Proregem præftari; & fi fuerit præftitus, fufficeret, ità *Reg. Lanarius conf.87. Reg. de Ponte tit.7. de affenfibus Regiis §.4. nu.7. & §.8. num.5. Reg. Rovit. fuper dicta prag.4. de feud. nu.17.* licet *idem Regens de Ponte cit.§.4.* ut refert *Rovitus fub dict. num.17.* dicat hoc ceffare ex claufula folita apponi, *ex bonis, in quibus habet fucceffores*, hæc namque claufula non facit,quod fit reftricta Proregis poteftas,& quod effet dicta interpretatio pragmaticæ communiter recepta,fed tantùm, quod non fit folitum affentiri in dicto cafu. Ad id, de quo agimus fufficit, verba *dictæ pragmaticæ*, licet univerfalia, vel faltim generalia apta comprehendere quamlibet contractationem,etiam jurium fuper feudo, ex communi interpretatione reftringi, quod non procedat in translatione jurium, & actionum fuper feudo.

Tertio, verba illa in eodem *fecundo capite certo, aut legitimo fucceffore careat, qui juxta confit. Regni in feudo fuccedere deberet*, fuerunt interpre-
72 tata in ftricta, & propria fignificatione, nimirùm de primo, & immediato fucceffore, non verò de fucceffore,fucceffloris, quod fcil: fi is, qui de feudo difponit,aut tractat,habet fucceflorem, fed defperatum de prole, feu de alio fucceffore, poffit Prorex tali alienationi affentire non obftante dicta prohibitione in *dict. fecundo capite* quia illa non eft intelligenda,nifi in propria,& ftricta fignificatione,ut latè demonftrat, *Regens Rovit. citat. prag. 4. de feud. à nu.19. per totum, nu.32. Novar. fuper eadem pragmat. nu.8. Domin. Reg. de Marinis cap. 21. num.3. & 4. lib.1.* & licèt *Dominus de Ponte* contrarium exiftimaverit *tit.7. §.3. num.18. per totum 28.* Attamen rationes, quibus movebatur,fuerunt confutatæ a dicto *Dom. Reg. Rovito à nu.34. per totum n.38.*& ipfe idem *Dom. de Ponte*, tanquam veritatis amator, à fua opinione receffit, ut teftatur *Pater Molfef. in addit. ad par.3. fuper confuet. Neap. tit. de fucceffionibus ex teftato quæft. 1. nu.19.* quem citat, & fequitur *idem Rovit. num. 49. & Dom. de Marinis pracit. cap.21. nu.4. lib.5.* & fic denique fuiffe pluries exequutum, & practicatum, & fignanter in alienationibus duarum Terrarum factis per Duciffam Cerzæ, quæ intravit Monafterium,et non habebat, nifi duas amitas fenes, et defperatas de prole, et tamen affenfum fuper dictis alienationibus per Dominum Proregem fuiffe præftitum, teftantur.

Quarto eadem prohibitio, de qua in *dicto fecundo capite* in eifdem verbis, *certo, & legitimo fucceffore careat*,fuit interpretata,et reftricta in eo tantum cafu, quo feudi pofseffor omninò fucceflorem non habet,nec in actu,nec in potentia;adeò quod eidem prohibitioni locus non fit, quando feudatarius alienās haberet fuccefsorem in poten-
73 tia: puta Clericum Beneficiatum, qui potuiffet dimittere habitum, et renunciare beneficium, ac in feudo fuccedere, licet poftea præmoriatur, ità *Dom. de Ponte cit. tit.7 §.3. num.29.* et latiùs *decif. 4. Rovit. fuper. dicta prag. nu.39. in fine. Dom. de Marinis cap.21. nu.2. & 5.6. & 7. lib.1.* et fic fuiffe decifum in caufa, Marchionis Briatici, ejufque creditorum contra Regium fifcum,de qua eft *precitata decifio 4. Dom. de Ponte.* Quinimmò dicta prohibitio fuit communiter intellecta, *ubi* ut ait *Dom. de Marinis pracit. cap.21. num.2. feuda poffidens penitus effet de filiis defperatis fecùs verò fi rationabiliter quoque modo poffet legitimum fperare fucceſſorem: eo enim cafu, & fi alienationis tempore filios non habeat, quia tamen fperare poteft, non per hoc Proreges affenfum denegare poffent fub prætextu, quod fit ipfis talis affentiendi facultas per dictam pragmaticam vetita.* fic refert expreſsè fcripfiffe *Dom. Reg. de Ponte, & Rovitum*, ad id expendentes *Andream in cap. Imperialem §. prætereà Ducatus circa princip. verf. fi tempore divi fiepis de probib feud. alien. per Frider. & Afflict. ibid. in tertio notab. in princip.*

Quinto. Eadem prohibitio, de qua in *eodem fecundo capite*, fuit interpretata, & reftricta, quod procedat refpectu feudorum,quæ tempore obliga-
74 tionis ille,qui fucceffore caret,habet jam acquifita in ejus utili dominio; nullatenus verò in feudo acquirendo poft illam obligationem, vel quod acquirit eodem actu obligationis, ut fimiliter tradit *d. Dom. de Ponte pracit. §.4. num.12.* & fic fuit *decifum in d. caufa Marchionis Briattici contra Regium Fifcum.*

Sexto. Prohibitio affentiendi, de qua *in quinto Capite ejufdem Pragmaticæ, ubi feudum, quod ab uno tenetur in duos tres, vel plures infolidum, vel refervato ufufructu,vel dominio transfertur*, licet fuiffet dubitatum,an comprehenderet donationem *ex nunc pro tunc* fequuta morte: illa namque importat refervationem fructuum, & fic idem in ef-
75 fectu, ac fi ufumfructum, attamen fuit dicta prohibitio interpretata, quod non comprehendat talem donationem ex nunc pro tunc fequuta morte, *Reg. Rovit. pracit. pragm. 4. nu.15. & 16.* ut fic refert *decifum per Regiam cameram in Collaterali Confilio* in caufa *Frederici Tomacelli* contra *Regium Fifcum*, in qua latè fcripferunt *Horat. Theodorus Jo: Carolus Gallus*,& alii, olim Advocati primarii,deinde Senato, res doctiffimi, *ut ex allegat.* infertis per *D. Reg. Sanfelic. in noviff. addit. ad dec.*

192. fol. 35. & seq. ub *sub num. 22. & 23. fol. 42.* sic etiam nè dum practicatum, verum etiam *decisum* referunt tam per *Reg. Cam.* quam per *Sacrum, & Collaterale Consilium.*

Septimo. Alia similis prohibitio; nè Prorex assentiat alienationibus feudorum per exteros possessorum, licèt concepta in strictissima forma, & verbis aptis comprehendere quamlibet alienationem, ut ex *Prag. 16. de feud. No se conçeda à ningun forastero, que ne fuere vasallo y subdito nuestro, assenso para enaglenar ningun feudo, que en esse dicho Reyno tuvieren: antes à los tales quando acudieren, los limitereis.* Tamen fuit communiter intellecta; quod procedat in alienatione corporum
76 feudalium, non autem in cessione jurium, & actionum, quas exterus habet super feudo, ita testantur præfati tres Domini Regentes, *D. de Ponte cit. tit. 7. §. 4. nu. 6. Rovit Pragm. 16. de feud. nu. 4. Dom. de Marinis c. 88. nu. 2. lib. 1.* & sic pluries in facti contingentia fuisse decisum, & practicatum, & præsertim in cessione jurium facta per *Blasium Spinola Januensem Paulo Puderica* cum assensu Domini Proregis patrocinante *D. Reg. de Ponte*, ut ipse testatur *præcit. §. 4. nu. 6. circa finem*, & cum maxima causæ cognitione per *Reg. Camer. in Collat. Consil.* accedente voto *Dom. Regent.* in causa *creditorum Marchionis Paduli* contra *Regium Fiscum, D. Rov. cit. prag. 16. nu. 4.*

77 Octavo tandem. Eadem prohibitio, de qua in *d. prag. 16. de feud.* fuit interpretata, nè locum habeat in venditione facta ab extero feudatorio ad beneficium legitimi successoris comprehensi in *constit. ut de successionibus*, non tamen titulo refutationis, sed venditionis pretio mediante, latè *D. de Marin. cap. 23. lib. 1.*

Si igitur omnes prohibitiones, nè Prorex assentiat in aliis speciebus, *in primo, secundo, & quinto capite ejusd. Pragm. 4. de feud.* & in *Pragm. 16. eod. tit.* verbis prægnantibus, & amplioribus conceptæ, & sic in terminis fortioribus; fuerunt nihilominus strictissimè interpretatæ, ut quam minus potestatem læderent assentiendi, quam Prore-
78 ges habent, quanto magis, & plusquam strictissimè intelligenda erit dicta prohibitio assentiendi super alienatione Principatus; seù alterius feudi titulati in dicto *nono capite*, sic strictè concepta (ut supra ostendi)? Si prohibito assensu super dispositione, & contractu bonorum feudalium, non intelligitur prohibitus super alienatione, cessione, & translatione jurium ad feudum: quanto minus prohibito assensu super alienatione Principatus, aut alterius feudi titulati non intelligitur prohibitus super cessione jurium ad Principatum? Et si tandem in prædictis speciebus verba lata, & ampla, fuerunt tamen restricta, & limitata, quinimò etiam impropriata, ut quam minus potestatem assentiendi læderent; quanto magis non possunt ampliari, nec in lata significatione accipi, nè prohibito assensu, *ubi Principatus alienatur*, prohibitus etiam intelligatur in cessione jurium ad principatum?

Itaque constat evidentissimè per regulas artis, & per veros juris tramites, ac ex sensu, & tenore dictæ Pragmaticæ, ut ex mente, et verbis illius, ac ex interpretationibus communiter receptis, et rerū judicatarum auctoritate munitis in terminis similibus, et fortioribus, speciem renunciationis, de qua agimus, d. 9. *cap. Prag. 4. de feud.* nullo penitus modo contineri, et prohindè assensum super ea, quatenus necessarium, Proregem præstare non fuisse vetitum.

Gratiam anni 1586. de qua in Prag. 26. de feud. nè dum prædictis non obstare, quinimo, & illam, & aliam anni 1560. de qua in prag. 17. eadem confirmare.

Nec refragatur id, quod Adversarius addit adeò, verum esse in dicta cessione, quam translativam fingit, Principatus Collis, Regis assensum requiri, ut ad hoc, quod posset non transferri, sed tantum obligari feudum titulatum, opus fuerit speciali concessione, quod posset Prorex assentire, ut in *Prag. 26. de feudis.*

Illud namque primùm patet, ad hoc leve argumentum respondendum, si cessionem translativam in dicta renunciatione, de qua agimus, contineri fingamus; non equidem corporis Principatus Collis, nec alterius feudi titulati (quod nunquam D. Laudonia renuncians, nec in somnio habuit) alienationem fingi posse, sed ad summum ex solo Adversarii figmento, non nisi jurium, & actionum,
79 et fictam, et impropriam alienationem, ut supra per claros juris terminos demonstravi, super qua fictæ et impropriæ alienationis specie non censeri ex dicta *prag. 4. de feudis* Proregem assentire vetititum: Nec licere ex dicta *Pragm. 26. eod. tit.* ad declarationem *dictæ Pragmaticæ 4. de feudis* argumentare, ut Adversarius tentat, ac si, dum per eam ad Regni preces Regia; et Majestas de anno 1586. seu 1581. potestatem Proregibus concessit assentiendi super obligatione tantum feudi titulati, dubium proinde fuerit an dicta *Prag. 4. de feudis* in dicto *nono capite*, super omni contractu, etiam obligationis feudi titulati assentiendi potestas fuerit interdicta; Nam constat prædictam gratiam ex qua dicta *Pragm. 26. de feudis* fuit emanata, non fuisse necessariam in terminis dictæ *Prag. 4. de feudis*, nec ad illius limitationem et declarationem supplicatam, et concessam, sed solum ad tollendum obstaculum alterius prohibitionis vigore *Pragm. 26. de feudis* editæ sub die 2. Decembris 1579. (qua ex Regiis literis de die 5. Julii 1578., et 30. Julii 1579. mandantibus, nec super alienationibus, nec super obligationibus feudi titulati per Proreges assensus concedi, fuit ordinatum in omnibus assensibus exindè expediendis clausulā apponi, *exceptis feudis titulatis*, ex tenore enim ejusdem Gratiæ de qua dicta *Pragm. 26. de feudis* fuit registrata, constat non aliam prohibitionem fuisse mentionatam, quam eam noviter factam ab eodem Rege, qui illo tempore regnabat, quod assensus super alienationibus, et obligationibus feudorum titulatorum Proreges non præstarent. *Riducono finalmente à memoria di V. Maestà che novamente hau' ordinato, che l'assensi sopra l'alienationi, & obligationi delli feudi titulati del Regno non debbiano spedirsi per l' Ill. Vicerè &c.*

&c. Hæc nova prohibitio illa erat, quæ præfatis
80 literis ejusdem Majestatis *Philippi II.* ex quibus
dicta *prag.21.de feudis*, fuit lata, continebatur, non
verò dicta alia *Pragmat.4.de feudis*, quæ tanquam
à Cæsarea Majestate *Caroli Quinti* de anno 1531.
superius enarratis verbis emanata, nec primo
novus ordo dicto anno 1586. poterat dici, nec se-
cundo ab eadem Majestate *Philippi II.* nec tertio
prohibitionem assentiendi nedum super alienatio-
ne, verum etiam super obligatione feudi titulati
continere. Meritò igitur in terminis, de quibus
agimus *novi capitis dicta Pragm.4. de feudis*, nil
applicandum ex dicta *prag.26.eod.tit.* nec aliquid
ex ea arguendum.

Deinde ex ead. *Pragm.26.de feudis*, constat fuis-
81 se supplicatum assensus per Proreges præstari pos-
se *sopra l'alienationi di detti feudi titulati, saltim
sopra l'obligationi di essi*, & sic fuisse concessum.
*Placet etiam S.Regiæ, & Catholicæ Majestati con-
cedere dicto Regno, quod postulat in hoc tertio Ca-
pite, ea tamen conditione, & pacto adjecto, quod vir-
tute ejus assensus per suum Vice Regem præstiti
obligationi, & hypothecæ feudorum titulatorum,
non possit ullo modo demum deveniri ad venditio-
nem dictorum feudorum titulatorum, tam
obligatorum, & hypothecatorum, nisi obten-
ta prius licentia, & assensu à præfata Catholica
Majestate ad dictam venditionem de dictis feudis
titulatis faciendam.* Porrò attenta forma dictæ
Pragm. 26. de feudis ex gratia prædicta de anno
1586. dum fuit supplicatum per Proreges assensus
præstari posse super alienatione, vel saltim super
obligatione feudorum titulatorum, fuitque ita cõ-
cessum simpliciter per ea verba. *Placet S. R. & Ca-
tholicæ Majestati concedere dicto Regno, quod postu-
lat in hoc tertio capite*, concessa censetur facultas
assentiendi, tam super alienatione, quàm super
obligatione feudi titulati: licet enim fuerit suppli-
catum respectu alienationis, vel saltim obligatio-
nis; illa dictio: *saltim*: in supplicatione posita non
limitat gratiam generaliter concessam, nisi in ius
tantum, quæ gratia ipsa excipit, ut est tantummo-
do in venditione ipsius feudi titulati, quæ etiam
vigore obligationis, & hypothecæ assensu per
Proregem præstito roboratæ facienda esset, ut ea-
dem venditio sine assensu S.C.M. fieri non possit;
ea enim est vera alienatio translativa dominii, &
possessionis feudi titulati, in quo Prorex assentire
à dicto anno 1531. semper fuit vetitus (licet &
de hoc fuisset etiam disputatum in terminis alterius
capituli concessi de anno 1560. de quo fuit ædita
Pragm.17. de feud. quando nempè feudum titula-
tum sine titulo vēdebatur, ut in causa Marchionis
Casalboris cum Marchione Vasti de qua *Reg. de
Ponte cons.1.vol.1.* cui ut meo more, quod sentio
fatear, non me subscribo) nullatenus vero reser-
vata fuit quælibet alienationis species, etiam im-
propriæ, & fictæ, ut ista renunciatio, de qua agi-
mus, quatenus, concessione jurium ad Principatum
translativam in ea contineri fingamus.

Quinimo in dicta specie alienationis impropriæ,
82 & fictæ, sicuti sub dicto *novo capite Pragm. 4. de
feud.* correctorio, & exorbitanti a jure communi
eam non contineri satis superque demonstravit;
Ita è converso in dicta *Prag.26. eod. tit.* quæ non
est, nisi gratia de anno 1586., seu 1581. concessa,
possit Prorex assentire, omnino comprehendi pa-
tet. Tum quia concessa facultate assentiendi super
obligatione feudorum titulatorum, quæ pariter
licet fictè, & impropriè alienatio dicitur *l. fin. C. de
reb. alien. non alien.* ex paritate rationis minus con-
cessa intelligitur super qualibet alia specie aliena-
tionis fictæ, et impropriæ, et præsertim in cessione,
et translatione jurium, quæ nil magis alienationis
habet, quam obligatio, et hypotheca, quinimò mi-
noris dicitur præjudicii. Tum etiam quia vera in-
telligentia dictæ gratiæ de qua dicta *Pragm.26.de
feud.* illa videtur esse, quod sublata nova prohibi-
tione de anno 1579. de qua in *Pragm.21. eod. tit.*
Potestas fuerit concessa, et restituta assentiendi
cuilibet alienationi feudi titulati præterquam ven-
ditioni ipsius corporis feudi titulati.

Quod idem preterea explicatum habemus alia
83 gratia, & capitulo concesso de quo est *Pragmat.
17. de feud.* eo namque (non tam ad declaratio-
nem *dicti novi capitis pragmat. 4. de feud.* quam
ad tollendam, seù declarandam aliam prohibitionē
de anno 1557. mentionatam in *eod. cap. dict. Prag-
mat.17.*) fuit concessum idem, quod in dicta *Prag-
mat.4.* continebatur, & quod in dicta gratia anni
1586. sublato obstaculo prohibitionis anni 1578.
& 1579. fuit confirmatum, seù restauratum ex
quo, ni magnopere fallor, omnis cessat disputa-
tio quod Proreges assentire possint quibuscunque
alienationibus feudorum titulatorum præterquā
in casu, quo ipsa feuda titulata vendantur, ea
venditione, qua dominium, & possessio illius ab
uno, in alium transferatur: hæc sunt verba con-
cessionis, de qua in dicta *Pragm. 17. de feudis.
Catholica, & Regia Majestas, ut hilaris animi gra-
titudine Regnicolas beneficijs prosequatur, dum
de ipsius voluntate processerit, suas vices Proregi
præsenti, & successivè futuris deferri, quatenus
Reg. & Cath. Majest. nomine; assensus impartiri at-
que concedere possint venditionibus, obligationibus,
permutationibus, hypothecis, & alijs alienationi-
bus faciendis super quibusvis Civitatibus, Terris,
locis, Castris, Oppidis, aliisque bonis feudalibus,
tam titulatis, quàm magni momenti: Ea tamen
venditione excepta, cum contingat, Terram, Civi-
tatem, Castrum, oppidum, vel locum vendi, quæ
tituli dignitate decorata sint, tunc enim mādat ad
suam Majestatem recurri, à qua Regius super ea im-
partiatur assensus, firma tamen remanente quo ad
alia capita Pragmatica edita anno 1531.*

Quid enim clarius, quod Proreges assentire pos-
sint quibuscumque alienationibus feudorum titu-
latorum præterquam in casu, quo ipsa feuda ven-
dantur ea venditione, qua dominium, & possessio
illius, ab uno in alium transferatur, ut tum *quar-
tam*, tum *vigesimam sextam pragmaticam de feu-
dis* intelligendam esse demonstravi?

Hac quidem *gratia*, de qua *dicta pragm. 17. de
feudis*, non affirmo id quod pro Marchione Casa-
lboris, contra Marchionem Vasti fundare cona-
tus fuit *D. de Ponte consil. 1. vol. 1.* ex illa nempè
potestatem assentiendi alienationi feudi titulati,
84 quando feudum absque titulo alienatur fuisse
Proregi concessam, exceptionem verò, & limita-
tionem dictæ potestatis in eo tantum casu accipiē-
dam esse, quo feudum una cum titulo venditur.
Nàm licèt sic necessariò fuisse intelligendam gra-
tiam prædictam (præsertim nè alias illa permittens
assensum alienationibus feudorum titulatorum, &
deindè eas excipiens, videretur sibi contrariari, se-
que incontinenti corrigere) latè differat d. *D. de*

Pont.

Ponta præcat. confil. 1. *à num.* 10. ficque decifum, & practicatum fuiffe teftatur ut commemoratur etiam *in Regijs litter.* de anno 1578. infertis *in pragm.* 21. *de feud. in princ.* ibi; *Sobre los affenfos, que fe conceden por nueftros Vifo Reys de effe Reyno para enagenar los feudos titulados quando las partes la enagenan fin titulo.* Attamen contrarium deinde fuit judicatum in reclamatione interpofita per dictum Marchionem Vafti, *idem D. de Ponte* profitetur *prac. tit.* 7. *de affenf. Reg. in princ. n.* 1. & abfque dubio in cafu, quo feudum titulatum fine titulo verè, & propriè venditur, ac ejus dominium, & corpus transfertur, nil minùs; quam in cafu, quo feudum titulatum unà cum titulo fimiliter verè, & propriè alienatur, Proregis poteftatem ex *dict. gratia* fuiffe limimitatam, & exceptam, hancque effe veram, & propriam *d. gratiæ* intelligentiam; ex qua ceffare etiam contrarietatem, & correctionem incontinenti à *D. de Ponta* confideratam, evidenter patet; nàm cum alienatio feudorum, feù propria, ut quandò illorum dominiũ diftrahitur, feù impropria, & ficta, ut cũ jus aliquod fuper illis conftituitur, vel transfertur, per varias contractuũ fpecies celebretur, & fiat, eamq; fine affẽtu Domini, tàm feudorum legibus, quàm Regni cõftitutionibus generaliter in omnibus fit prohibita quia in hujufmodi affenfus præftatione nõnullis fpeciebus, præfertim quò ad feuda titulata, & magni momenti, nè dum ex dict. *pragm.* 4. de anno 1531. verum etiam, & *novis ordinationibus de anno* 1557. reperiebatur Proregis poteftas reftricta, & limitata; placuit Regiæ, & Catholicæ Majeftati dicta gratia, de qua *in pragm.* 17. ad Regni preces facultatem hanc Proregi ampliffimè reftituere, & concedere, ac etiam declarare, ut fublatis prohibitionibus, poffet Prorex affentire alienationibus feudorum titulatorum in omni fpecie, una tantum excepta, ideft, ea venditione, qua feudum venditur, quod titulo fit decoratum; & proinde affentiendi poteftatem ampliffimè concedens nonnullas primũ enumeravit, & declaravit alienationum fpecies fuper quibus Proreges affentire poffent, ibi, *Affenfum impartiri, & concedere poffint, venditionibus, obligationibus, permutationibus, & hypothecis*, & deinde generaliter: *& alijs alienationibus faciendis fuper quibufvis Civitatibus &c. tàm titulatis, quàm magni momenti*: Excipere tamen voluit unã tantum fpeciem alienationis feudi titulati, in qua Proregi vetaret, & fibi refervaret; *ea tamen venditione excepta, cum contingat Terram, Civitatem, Caftrũ, Oppidum, vel locũ vendi, quæ tituli dignitate decorata fint.* Non quia vellet incõtinenti fe corrigere, fed tantum declarare, nè ex dicta poteftate affentiendi fic amplè conceffa permiffum Proregi cenferetur venditioni, quæ fieret, translativè tamen (ut mox dicam) dominij & corporis feudi titulati, affenfum præftare; in ejus enim cafu Suæ Regiæ Majeftati recurri juffit. Itaq; planius, ac purus & verus dictæ gratiæ intellectus fenfufque videtur, ut generaliter fit permiffum Proregi affentire omnibus fpeciebus alienationis feudorum titulatorum, & magni momenti, una tantum fpecie, quò ad titulata feuda, excepta, fcilicet cum contingat feudum ipfum titulatum vendi.

86 Sed tamen nil dubitandum exiftimo venditionis feudi titulati, ut in ea Prorex affentire non poffit, & ad S. M. recurri debeat, non de alia venditione intelligi debere, quam de illa, quæ fieret corporis ipfius feudi titulati, ejus dominii translativa, quæ propria, ac vera alienatio feudi titulati diceretur, non verò ad alias venditiones, & alienationes fictas, & improprias referri poffe; ut puta ad ceffionem jurium, & actionum ad feuda ipfa titulata, etiamfi illæ translativæ effent, non tamen dominium, & poffeffionem corporis feudi titulati ab uno abdicarent, & in alium transferrent; quoniam iftæ fictæ, & impropriæ alienationes nullatenus fub dicta exceptione poffunt comprehendi ideoque in eis nullo prorfus modo vetitum Proregi affentire cenfeatur, fed expreffe permifsum, ut etiam ex eis, quæ terminis 9. *cap. prag.* 4. fuperius *num.* 72. *& feq.* ufque ad naufeam demonftravi, clarè colligitur, & magis evidenter ex fenfu patet, & tenore ejufdem *gratiæ* in *d. prag.* 17. regiftratæ, & fuperiùs ponderatæ. Si enim exprefsè fuit concefsum, quod poffint, & valeant Pro-

87 reges affentire *venditionibus, obligationib., permutationib. hypothecis, & aliis alienationib. faciendis fuper quibufvis Civitatibus, &c. alijfque bonis feudalibus, tàm titulatis, quàm magni momenti*, nec alia fpecies excipitur, nifi illa tantum venditio, qua terra titulo decorata vendatur; *ea tamen venditione excepta cùm contingat Terram, Civitatem, &c. vendi, quæ titulo decorata fint*, quomodo poteft dubitari de poteftate afsentiendi alienationibus feudorum titulatorum fictis, & impropriis, in quibus poteftas fuit exprefsè concefsa, & nullatenùs excepta? fi ifta exceptio fuit tantummodo in ea venditione, qua *terra titulo decorata venditur*, quomodo poteft, nec quidem dubitari alias alienationum fpecies præfertim fictas, & improprias, quibus non alienatur corpora ipfa feudorum, nec dominium transfertur, fed tantum jura, & actiones ad feuda ipfa titulata transferri dicuntur, non fuifse exceptas? Si fub ifta exceptione fuit dubitatum, & latè probatum per *D. de Ponta d. confil.* 1. & fic primum judicatum, & practicatum, non comprehendi venditionem feudi titulati, quando venditio ipfa fiebat fine titulo, adeò quod exceptio ipfa locum haberet tantummodo in cafo, quo terra titulata una cum titulo venderetur, quomodo poteft comprehendi alia alienationis fpecies ficta, & impropria, quæ vera non dicitur alienatio, & qua feudi corpus non alienatur, & dominium non abdicatur, nec transfertur, fed tantum jura, & actiones translata dicuntur? & fi tandem ex iis, quæ fuperius latis fuperque demonftravi, patet fub d. *nono capite*

88 *pragm.* 4. affentiendi poteftatem Proregi prohibente, quando Principatus alienatus, non comprehendi fictam, & impropriam alienationem non abdicativã, & translativã dominii, et corporis feudi titulati, fed tantũ jurium, & actionum, quomodo eadem ficta, & impropria alienatio poteft dici, nec excepta ab ampla conceffione afsentiendi *venditionibus, & aliis alienationibus faciendis fuper quibufvis Civitatibus, &c. tam titulatis, quàm magni momenti*, nec comprehenfa fub exceptione ibi pofita, loquente tantum de *venditione qua venditur terra titulo decorata*?

89 Dum igitur ficuti ex *nono capite Prag.* 4. *de feudis*, non erat Proregi vetitum affentire feudorum titulatorum alienationibus fictis, & improprijs, eoque minus ceffioni, etiam translativę jurium, & actionum ad feuda ipfa, fed tantum propriis, & veris alienationibus dominii de uno in alium abdica-

dicativis, & translativis corporis feudi titulati. Ità etiam fuit confirmatum, & magis expressè declaratum d. *prag.* 17. *ex gratia anni* 1560. ut supra relata, & ponderata, non in alia specie Regiæ Majestati assensu relervato, nisi quando Terra ipsa venditur, quę sit titulo decorata; in cæteris autem omnibus alienationis speciebus Proregi assentiendi potestate amplissimè concessa, nec aliter possunt pragmat. prędictæ intepretari. Meritò, cum deinde, suspensa de anno 1578 & 1579. gratia prędicta tū in alienationibus, quam in obligationibus feudorum titulatorū, ut in *prag.* 21. *eod. tit.* tandē de anno 1586. seù potius 1580. Regni precibus fuerit supplicatum eisdem Proregibus potestatem restitui assentiendi *sopra l' alienationi di d. titulati, saltim sopra l'obligationi di essi*. Sicque fuerit concessum per ea verba. *Placet etiam Suę Regiæ Catholicæ Majestati concedere dicto Regno, quod postulat in hoc tertio capite*, nulla alia conditione adiecta, nisi ea, *quod virtute ejus assensus per suum Viceregem prastiti obligationi, & hypothecæ feudorum titulatorum non possit ullo modo de cætero deveniri ad venditionem dict. feudorum titulatorum jam obligatorum, & hypothecatorum, nisi obtenta prius licentia, & assensu a præfata Catholica Majestate ad dictam venditionem de dictis feudis titulatis faciendam*, ut in dictam *prag.* 26. Planè constat, nil magis, vel minùs, nèc concessum, nec prohibitum fuisse nisi id, quod dicta *gratia anni* 1560. de qua *pragm.* 17. & eadem etiam *prag.* 4. quò ad feuda titulata fuit concessum, & prohibitum, in omnibus enim, & præsertim in dictis *gratiis*, de quibus *pragm.* 17. & 26. Licèt diversis verbis, potestas assentiendi obligationibus, & aliis alienationibus feudorum titulatorum fuit concessa, & restituta, in una tantum specie sibi Catholica Majestas assentire relervavit, scilicet in vera, & propria alienatione translativa dominii corporis feudi titulati; quando venditur Terra, quæ titulo decorata sit.

90 Itaque nedum non licet ad id quod adversarius autumat, Proreges *dicta pragm.* 4. vetitos esse quibuscumque feudorum titulatorum alienationibus assentire a dicta *prag.* 26. argumentari. Verum etiam ex eadem constat, quod sicuti in terminis *prag.* 4. & ejus *noni capitis*, & in dicta alia *gratia an.* 1560. de qua in *prag.* 17. non potest intelligi vetitus Prorex, quinimò fuit ei expressè concessum alienationibus fictis, & impropriis assentire, quibus, dominium corporis feudi titulati de uno in alium non transfertur, sed tantum reservatus Regiæ Majestatis assensus, quando corpus feudi titulati verè, & propriè alienatur ejusque dominium transfertur. Ita etiam, & in dicta *Prag.* 26. *ex gratia anni* 1586. seu 1580. non aliud voluit Regia Majestas ad ipsam solum pro assensu recurri, nisi in venditione feudi titulati, de ea intelligens venditione, quæ vera, & propria alienatio est translativa dominii ipsius corporis feudi titulati. Cæterum verò in omnibus alienationibus fictis, & impropriis expressè concessis, Proregem assentire.

91 Quod denique ità Proregis potestas sit habenda, & prohibitiones, & concessiones prædictæ in dictis *gratiis*, & *Pragm.* contentæ. Sic sint intelligendæ, superius fuit tam latè, & ex illarum sensu; & tenore, & ex rationibus, & aliis ut supra ostendere, quod tamcu praxis, & observantia tot annorum serie sic declaravit, & demonstravit. Videmus enim, quoad feuda titulata, non pro alio assensu ad Regiam Majestatem recurri, nisi tantummodo quando alienatur Civitas, vel Terra, quę sit titulo decorata, ea tamen alienatione propria, & vera, qua verè, & propriè dominium, & possessio ipsius corporis feudi titulati de uno in aliū transfertur. In cæteris verò contractibus, quò ad ipsa feuda titulata, & tam super obligationibus, & hypothecis, quàm super jurium, & actionum cessionibus etiam translativis, & super quibuslibet aliis alienationis speciebus fictis, & impropriis non translativis dominii corporis feudi titulati, Dominos Proreges indistinctim assensisse, & assentire.

92 Unde si de hujusmodi assensu non dum præstito, sed præstando ageretur, is non posset ex potestatis dubio denegari; non enim esset recedendum ab ea interpretatione, quam consuetudo admisit, *l. si de interpretatione ff. de legib.* ut in terminis *quinti cap.* ejusdem *prag.* 4. *de feudis*, fuit consideratum pro Federico Tomacello in allegationibus insertis per Dominum *Reg. Sanfel. in noviss. add. tom.* 1. *decisionum fol.* 43. *num.* 25. quapropter idem *Dominus Sanfel.* refert *num.* 49. *in medio fol.* 49. non obstantibus oppositis per Regiū Fiscum, fuisse in *Collaterali Consilio* decisum, *esse præstandum assensum*.

In hac proinde, de qua agimus, renunciatione, (quæ quomodocunque accipiatur, nunquam vera, & propria, sed ad summum ficta, & impropria alienatio dici potest, ut superius *à num.* 74. ostendi) Proregi ex omni parte, & jure communi, & Regiis pragmaticis, & gratiis inspectis, & praxi etiam, ac observantia attencta, nè dum non vetitum, verum, etiam, & maximè expressè per-
93 missum, & concessum assentire concludendum est. Quod si etiam in assensu præstando indubitabile jam redditum est, quanto magis in assensu, de quo agimus jam diù præstito non potest dubitari? Si tandem in casu dubio assensus per Proregem præstitus debet firmus remanere etiam nè fidelissimi subditi sub clypeo publicæ fidei, ac Regis Vicarii ejusque Collateralis Consilii maneant decepti, ut in fortioribus terminis probatur *D. de Ponte sup. cit. cons.* 1, *num.* 36. *vers. fundatur, & nu. seq. usque ad num.* 42. *lib.* 1. *& in præcit. allegat.* inserta per *D. Reg. Sanfelic. num.* 24. *&* 25. quanto minus in casu indubio nequit de ejus validitate controverti?

ARTICULUS III.

Renunciationem, de qua tractatur, assensu etiam Regia Catholicæ Majestatis censeri munitam, de quo in Pragm. 33. de feud.

94 IAm latè nimis probasse puto, quod ista renunciationis species, & si feudorum titulatorum successionem, ut prætenditur, etiam delatam comprehendisset, attamen uti abdicativa juris non aditi, nec quodammodo acquisiti (non obstante momentanea acquisitione non animo reti-

esse

nendi, sed transferendi præsumpta, quæ nec in consideratione esset habenda, nec quod intervenerit possibile fuit) regio assensu non indiguit; quatenus, verò non simplicem abdicationem, sed translationem, imò alienationem juris quæsiti importasset, valdè fuit Proregis assensu roborata, illumque licito jure fuisse præstitum, non obstante opposito potestates defectu, nec ex *quarta*, nec ex *nono capite pragm. 4. de feud.* non enim ex ea successionis naturam mutatam dici posse, nec Principatum seu aliud feudum titulatum verè, & propriè cum translatione dominii fuisse alienatum, satis superque demonstravi, & proindè assensum R.C. Majestatis non necessarium, & illum per Proregem præstitum satis sufficientem fuisse, indubitabile reddi.

Ad saturitatem tamen Adversarii, licèt præter necessitatem, id quod tertio pospondi renunciatio-
95 nem, de qua agimus, & si fingamus ejus speciem sub *quarta*, vel etiam *nono cap. pragm. 4. de feud.* ut Adversarius autumat nullatenus verò affirmandum censeo contineri; nihilominus assensu etiam Regiæ Majestatis esse munitam breviter ostendam, quinimmò, & illam vigore potestatis à Rege concessæ fuisse validè celebratam.

Hic namque casus esset, *gratia* Regni hujus feudatariis concessæ de anno 1595. ut in *Pragm.*
96 33. *de feud.* ex ea enim an robur, & firmitatem acceperit, eique conformis fuerit Principis Nicolai Mariæ Senioris dispositio latà ex adverso in hac causa principaliter in controversiam vocatur, sed inutiliter, ut *sequenti capite* patefaciam, ista tamen renunciatio nequit dubitari, quin si Regiæ Majestatis assensu ex adversarii figmentis indigeret, eo ex dicta *gratia* concesso gaudere debeat. Cum enim nè feuda, tàm titulata, quã nõ titulata, & tàm quaternata, quàm non quaternata ex propriis acquirentium familiis, succedentibus fœminis, quæ in alienas familias se nubunt, exirent, fuerit supplicatum, eosdem feudatarios tam titulatos, quàm non titulatos, & qui feuda haberent quaternata, vel non quaternata habilitari, quod de eisdem feudis, tàm per actum inter vivos, quam in ultima voluntate disponere possent in beneficium masculi de eadem familia, qui succederet, si fœminæ non extarent, non obstante quod adsint fœminæ in proximiori gradu iis nempè verbis: *Supplica la Maestà vostra si degni habilitare li presenti feudatarii, & futuri, etiam quelli, che non havessero feudi quaternati, che di loro feudi, e stati possano tàm in actu inter vivos, quàm in actu ultima voluntatis disponere delli detti beni, e titoli in beneficia di quel masculo delle loro famiglie, quali nel tempo della dispositione succederà, non essendoci femina in proximiori gradu, non ostante, che ci fussero donne similmente in gradu successibili, & proximiori*, & super talibus dispositionibus fuerit etiam à Sua Catholica Majestate ejus regius assensus impartitus: *Sopra le quale dispositioni per lo presente capitolo ex nunc s' intenda dato il regio assenso, e beneplacito di V. M.* Hæc omnia juxta Regni preces ex regali munificentia fuerunt expressè concessa. *Placet Suæ Regiæ Catholicæ Maje-*
97 *stati, qua ad feuda hereditaria.* Meritò ergo dixi renunciationem, de qua agimus, etiam juxta adversarii figmentum, casum esse gratiæ prædictæ, & assensu ex ea concesso omnino debere gaudere; si enim D. Laudonia, ut asserit adversarius, aut successerat, aut succedere debebat feudis paternis nè nubens in alienam familiam, in eam illa transferret, Francisco Patruo Patris hæredi renunciavit, ac taliter de eisdem feudis paternis, omissis fœminis proximioribus, ac si illæ non extarent in beneficium masculi de eadem paterna, & acquisitoris familia disposuit. Quid dubii poterit considerari, quin id, quod egit, idem fuerit, quod ex præfata gratia ea à Rege permissum erat, idque assensu Regiæ Catholicæ Majestatis ejusdem gratiæ vigore ex tùnc super hujusmodi feudorum dispositionibus concesso gaudere debeat?

Non enim dubitari potest. *Primo*, quin feudorum dispositio dicta gratia fieri permissa per actum renunciationis fieri potuerit. Nec *secundo*, quòd Franciscus de Summa, cui renunciatio fuit facta, & proindè feudorum dispositionem collatam censeri idem adversarius asserit, masculus ille fuerit, in cujus beneficium illam gratia prædicta fieri permisit. Nec tandem *tertio*, quoad D. Laudonia taliter dicta renunciatione disponens prædicta gratia uti voluerit.

Quoad Primum.

98 Licet enim fuerit controversum, an verbum *disponere*, sit intelligendum de actu tantùm ultimæ voluntatis, quia illud propriè sit morientium, ut tradit *Napod. in nostra consuetud. & si testator de success. morient. sin fil. verbo disponere nu. 4. & 5.* vel trahatur ad omnem alienationem, etiam quæ fieret per actum inter vivos, ut ex eodem *Napod. ibid.* Nihilominus in gratia, de qua agimus cessat ista quæstio, cum ex verbis ejusdem fuerit expressè declaratum, illam in omni dispositione procedere, tàm in ea, quæ fieret in ultima voluntate, quam per actum inter vivos, ut patet ibi: *possano de loro feudi, e stati, tàm in actu ultimæ voluntatis, quàm in actu inter vivos disponere*: Si igitur fuit permissa dispositio, etiam in actu inter vivos, quare dubitandum erit quin per actum renunciationis nuptiarum tempore, feudorum dispositio fuerit permissa? eoque magis, dum dicta renunciatio à D. Laudonia eo tempore fuit emissa, quo se in alienam familiam nupsit, & sic propria familia moriebatur, quod annuere videtur eadem gratia, dum in præludio, seu proœmio istum casum propriè evitare voluit, nè feuda à propria acquisitoris familia exirent succedente fœmina, quæ se in alienam familiam nubit, ibi, *in un punto si perdono nelle proprie famiglie dell' acquirenti, succedendo in esse le donne, le quali se casano in famiglia aliena.*

Quoad Secundum.

99 Quod verò Franciscus de Summa, cui renunciatio fuit facta, & proindè feudorum dispositio collata censetur, masculus ille fuerit, in quem gratia prædicta illam fieri permisit, patet evidenter. Nàm cum præfata gratia omissis feminis in gradu proximioris, nè feuda ab acquisitoris familia exirent; sed in ea possint conservari, in illum masculum disponi permiserit, qui de eadem familia sit, & qui succederet si fœminæ non extarent in gradu proximiori, *in beneficio del qual masculo delle loro famiglie, quale nel tempo della dispositione succederà, non essendoci femina in proximiori gradu, non ostante, che ci fussero donne simil-*

minus in gradu fucceffibili, & proximiori; itaque tres qualitates is habere debeat, in quem difpofitio conferatur, *primam*, fcilicet, quod fit mafculus, *alteram*, quod fit de familia; *tertiam* tandem, quod fitis, qui fuccederet, fi fœminæ non extarent. Porrò omnes iftas tres qualitates, conftat dictum Francifcum habuiffe. *De prima* enim, & *fecunda*, quod fuerit mafculus, & de familia non difputatur. De *tertia* verò, quod is nempe fuerit ille mafculus de familia, qui fuccedere debuiffet, fi fœminæ non extitiffent, nec minùs dubitari poterit; nàm & fi de fucceffione D. Laudoniæ ageretur, ei tamen dictus Francifcus, uti patruus in feudis fuccedebat; hoc enim quicquid fuerit controverfum in terminis *conftit. ut de fucceffionibus*, quo patruum admiffum cenferi dix. *Ifernia ibi, verf. eadem Jus, quod pater, Loffred.* & alii adducti per *Revert. pragmat. 6. de feudis*, & latiùs tractat *Praf. Urfin. de fucc. feud. part. 2. quaft. 7. per totam.* Fuit fpecialibus gratijs *Regis Catholici* de anno 1507. & *Imperatoris Caroli Quinti* de anno 1536. 100 de quibus in *prag. 6. & 12. de feud.* exprefsè indultum, & fic non poteft dubitari quod fuerit in gradu fucceffibili.

Nec alius dicto Francifco præcedebat, qui in terminis dictæ gratiæ anni 1595. fœminis emiffis mafculus fuifset de eadem familia, qui dicto Francifco pofthabito fuccedere debuifset. Filii namque ejufdem D. Laudoniæ, fi tempore renunciationis extitifsent opus effet difputare, an in terminis 101 gratiæ in confiderationi effe deberent, cum non dicerentur de acquifitoris feudorum familia, fed ceffat omnis quæftio; nam illi renunciationis tempore, quod infpicitur, non erant, nec nati, nec concepti. Ex collateralibus verò duos tantùm mafculos eadem D. Laudonia habebat nempè *D. Nicolaum Mariam juniorem*, filium ejufdem Francifci patrui, & D. Beatricis fororis, & *Fabritium Marchionem Circelli*, qui fimiliter patruus erat D. Laudoniæ, & dicto Francifco natu major; ex neutro tamen illorum; renunciationem prædictam in beneficium factam, non fuiffe fervata forma gratiæ eft dicendum: Quinimmò nec in feudis prædictis illi fuccedere potuiffent. Quod ficuti refpectu fucceffionis Principis Nicolai Mariæ Senioris; ad refpuendam ejus teftamenti, licèt inutiliter, & abfque rationis imagine nullitatem ex adverfo oppofitam *feq. 2. cap.* demonftrabo, eo magis, fed brevius, & faciliùs refpectu fucceffionis D. Laudoniæ indubitabilè reddam.

102 Nam de *Fabritio Marchione Circelli* non erat curandum; is enim licet Patruus effet D. Laudoniæ, ac natu major Francifco, & fic inter mafculos de familia proximior, attamen cenfendum ipfe præftitit eorundem feudorum difpofitionibus per Principem Nicolaum Mariam feniorem in beneficium dicti Francifci factis, & faciendis, qui quidem confenfus etiam illi difpofitioni, feu renunciationi per D. Laudoniam factæ præftitus cenferi debet, præfertim cum dicta difpofitio, feu renunciatio in exequutionem fuerit præcepti, & difpofitionis ejufdem Principis Nicolai Mariæ, eique in omnibus conformis, de eifdem bonis, & in ejufdem beneficium, & ad eundem finem confervationis feudorum in familia, & fic poteft dici eadem, quam dictus Princeps fecerat, & cui ipfe Fabritius confenferat, eo magis cum nonnifi hæreditati d. Principis, dictoque Francifco, uti hæredi qualis à principio intervenit, fuerit emiffa, & dum dictus Fabritius nè feuda à familia exirent, fed in illa confervari pofsent, confentiit difpofitionibus factis, & faciendis per Principem fratrem ipfi proximiorem in beneficium d. Francifci; non video quare fit dubitandum, quod ad eumdem finem pariter confenferit renunciationi factæ per neptem ex eodem fratre ipfi remotiorem in exequutionem ejufdem fraternæ difpofitionis, cui confenferat. Amplius eodem confenfu, quem validum fuifse hoc Regio afsenfu ex iis, quæ *prima articulo* fuperiùs adduximus patet, & *fequenti capite*, latiùs contrariorum refolutione confirmabimus, fe etiam dictus Fabritius excluferat, & realiter renunciaverat, feque de medio abdicaverat, & fic ipfe, five fœminæ extitifsent, five non fucceffurus non fuifset. Infuper nec ipfe erat ille, in quem gratia difponi permifit; fiquidem gratia prædicta non aliud fuit fupplicata, & concefsa, nifi ad id potiffimum, ne feuda à propria acquifitoris, feu difponentis familia exirent, et ut in ea confervari poffent, & hæc fuit illius finalis caufa & totalis ratio, ut ex ea, præfertim in præludio, patet; meritò dictus Fabritius nonnifi fœminas habens jam extra familiam nuptas, & fenectutis, & malæ valetudinis morbo laborans, jam diù de mafculina prole prorfus, & omninò defperatus, non poterat feuda ipfe in ejus familia juxtà gratiæ finem confervare, & proindè in terminis gratiæ non poterat ipfum feudorum difpofitio fieri; licet namque is fuiffet mafculus ille, qui fucceffifset fœminis non extantibus; attamen non illè, qui feuda in familia juxta gratiæ finem confervare poterat; quinimmò per eum non nifi fœminas habentem à familia ipfa facilè exire potuifsent, & fic gratia operata fuifset contra finem, ad quem fuit fupplicata, et concefsa. Quod aliis argumentis, et rationibus comprobare, prorsùs fuperfluum efset, cum ut diximus id ipfe agnofcens per annum ante, et propriè tempore mortis Principis Nicolai Mariæ fratris majoris, diffidens fe pofse feuda in familia confervare, idque juxta fratris votum valdè cupiens confenfiit difpofitionibus dictorum feudorum factis, et faciendis in beneficium alterius mafculi de familia fervata forma gratiæ, verum etiam fe totaliter de medio abdicavit, ac fi non efset: Si itaque, nec gratia in ipfum difpofitionem fieri permifit, nec ipfe fuccedere volebat, quinimò fe abdicaverat, feque reali renunciatione excluferat, quid confiderationis efse poterat, ut difpofitio juxtà terminos gratiæ in ipfum fieret, et non immediate fequentem, ut fuit adimpleta?

Quod verò *Nicolaus Maria junior* (qui dictæ 103 D. Laudoniæ renunciantis nepos erat ex Beatrice forore, et frater patruelis tanquam dicti Francifci patrui filius) nè dum dictum Francifcum patrem ejus, et renunciantis patruum non præcedebat, nec illi erat anteponendus, verum etiam, nec fuccedere D. Laudoniæ palam eft, et invincibili dilemmate probatur. Nam infpecta fucceffione D. Laudoniæ renunciantis, aut confideramus dictum Nicolaum Mariam Juniorem uti filium D. Beatricis, et fic uti nepotem ex forore dictæ D. Laudoniæ, aut verò uti filium Francifci ejufdem D. Laudoniæ patrui, et fic illi patruelem.

Tanquam filius D. Beatricis, et fic uti nepos ex forore dictæ D. Laudoniæ omnibus care-

hæ-

bat qualitatibus ex gratia copulativè requisitis.
Primo enim uti filius fœminæ non dicitur ma-
104 sculus, sed fœmina, et fœminis exclusis, ma-
sculi etiam ex fœminis excluduntur, præsertim
in terminis gratiæ, quæ oonnisi pro conservatio-
ne familiæ fuit supplicata, et concessa, ut in fidei-
commisso pro conservatione familiæ omnibus *Do-
ctoribus* dispunctis, et conciliatis, latè ex more
probat, et commuoem, et ab omnibus receptam
opinionem tradit *D.Joann.del Castil contravers.
Juris lib.3.cap.2.*
Secundo uti filius D.Beatricis noo erat de fami-
105 lia, nec Agnatus D.Laudoniæ, sed tantummodò
Cognatus, *l.pronunciatio 1595. ff. de verb. signi-
ficat.* nàm licèt fœminæ de familia sint, attamen
*fœminarum liberos in familia earum non posse pa-
làm est* dicit *text.in l.familia 196. eod.tit.* et tra-
dit rationem, *quia qui nascuntur Patris non Ma-
tris familiam sequuntur*. Itaque oec Agnatus
dici poterat, quia *Agnationis jura à Patre oriun-
tur, l.si Spurius 4. ff.unde Cognati.*
Tertio tandèm, nèc is, omissis fœminis, erat
106 D.Laudoniæ renuncianti in feudis successurus,
nec Francisco præferendus, Tum quia in termi-
nis gratiæ masculus ex fœmina, cum non dica-
tur de familia, in consideratione esse non debet,
ut latè dicam *pracit.seq. 2.cap.* etiam quia infecta
causa primitiva dicitur derivativa. & sic tanquam
ex radice infecta ipse etiam excludebàtur, nàm si
Mater excludebatur, quanto magis filius ejus, ex
regula, *si vinco vincentem te, eò fortiùs vinco te.*
Tùm etiam quia (his omnibus sepositis tanquam
ad exclusionem, de qua agimus, dicti Nicolai
Mariæ Junioris à successione dictæ D. Laudoniæ
non necessariis) prædictus Nicolaus Maria,
tanquam filius D.Beatricis, noo nisi nepos erat
ex sorore dictæ D Laudoniæ; & sic in tertio gra-
du conjunctus, proindè ex propria ejus persona
non poterat D.Laudoniæ Amitæ existeote Fran-
cisco ejusdem D. Laudoniæ Patruo pariter tertio
gradu, & collaterali linea, sed majori natu, ad
illius exclusionem in feudis succedere, & ex pro-
pria ejus persona tamquàm nepos præferri, sed
dictus Franciscus erat anteponendus. Nàm, li-
107 cet non ignorem in ea quæstione, an in succes-
sione Amitæ nepos ex sorore Patruo præferatur,
vel à contra, pro nepote fuisse decisum io causa
Ducatus Magdaloni, ut refert *Salern. in addit.ad
Napod. consuetud. et si moriatur versic. & omnis
incip.iste articulus litt.F. & Ja:Vinc. de Anna al-
leg.55.num.4.5.&* 6.quos citat, & sequitur *Pras.
Ursin.de success.feud.p.2. qu.8.art.2. num.2.* post
tractatum articulum etiam in fratris filio *art.1.per
totum*: Attamen nèc latet id oon ex aliò evenis-
se, nisi per terminos repræsentationis, hoc èst
quod nepos ipse non ex propria persona, quæ
esset conjuncta tertio gradu, sed repræsentando
Matris personam, cujus repræsentationis virtute
in secundo gradu collocatur, & ita defuncti Pa-
truum in tertio gradu constitutum excludit, ut
patet ex eodem *Ursin. pracit.artic.1. & 2.* & ex
Doctoribus per ipsum adductis; In hac verò spe-
cie non poterat dictus Nicolaus Maria matrem
repræseotare, & ejus locum iotrare, & proindè
io secundo gradu se collocare, quia Mater ipsa,
adhuc vivens, erat exclusa, nè dum tanquam fœ-
mina, quæ in terminis gratiæ nullius est conside-
rationis, verum etiam ob renunciationem am-
plissimam, et realem, quam etiam successionibus
sororum. Matertetarum, et aliorum, tàm suo
quàm filiorum nomine Patri dotanti ejusque ere-
dibus fecerat, ac io beneficium Agnationis pro
conservatione familiæ acceptanti: Si ergo mater
ipsa adhuc vivens propria pactione, et amplissi-
ma renunciatione se excluserat, et se de medio sol-
lerat, quomodo poterat ejus locus, et gradus per
filium repræsentari? Cessante ergo Matris repræ-
seotatione, remanebat præfatus Nicolaus Maria
in eodem tertio gradu, quo Patruus ejusdem D.
Laudoniæ, de cujus successione agebatur, et pa-
108 riter in linea collaterali, et proiodè in successio-
ne feudorum in æqualitate lineæ, et gradus
primo natus præferri debeat posteriori; is me-
ritò, qui D. Laudoniæ succedere debuisset non
Nicolaus Maria Nepos, sed Franciscus Patruus
fuit, ut in terminis latè probatur ex *Cardin.Man-
tic.de tacit.& ambig.convent.lib.23. tit.30. num.
33.& seq.& tit.35. num.17.18.19.*
Quinimò nec propria persona, tàquam filius
109 dictæ D.Beatricia; stante, quod ipsa adhuc vi-
vens erat prout est, et tàm amplissimè, etiam fi-
liorum nomine renunciaverat, succedere poterat,
sed per renunciatiooem prædictam à Matre filio-
rum nomine factam, perpetuò erat exclusus, ut
sequenti 2.cap. ostendam, et io simili specie fuisse
exclusam Portiam Capiciam neptem ex sorore
Fabii Filingerii Baronis Lapigii ob renunciatio-
nem Isabellæ Filingeriæ matris ipsius Portiæ, re-
fert contra se decisum *Jo:Vincentius de Anna d.
alleg.55.in fine.*
Tanquam verò filius dicti Fraocisci, et sic, uti
110 frater Patruelis dictæ D. Laudoniæ, licèt ma-
sculus, et de familia erat, noo tamen is, fœmi-
nis omissis, et ac si fœminæ non extarent juxtà
terminos gratiæ concedere debuisset. Nam licet
frater Patruelis Masculus ex masculo descendens
ad successionem feudorum sit admissus ex gratia
anni 1536. confirmata de anno 1570. ut *in prag.
18.eod.tit.de feud.* (quæ novissimè fuit ampliata
etiam ad Amitinos, et ad Amitinas, et alios
in quarto gradu existentes, sivè Masculi, sivè fœ-
minæ, et sivè à Masculis, sive à fœminis descen-
dant, et ex gratia jam impressa, et publicata, non
autem ad hoc in Pragmaticarum volumine regi-
strata) Attamen, tanquàm in quarto gradu con-
junctus, et ex gratia post vocatum Patruum con-
cessa admissus, non poterat Patruum excludere,
nec cum eo concurrere, ut io punto, tàm de jure
civili, quàm de jure communi feudorum, ac
etiam de jure constitut., et capit. Regni tradit
*D. Reg.Revit. pragmat. 11. de feudis num. 79. &
116.* qui sic in propriis terminis refert *decisum
per S.C.sub num.71.* in causa Castri Turi, in qua
scripsit etiam *Consil. de Georg. alleg. 11.* Quod eo
magis procedit in oostra specie, cum Patruus iste
ipsius Pater erat, ex quo Agnatioois, et suc-
cessionis jura sumebat.
Si igitur (ut dilemma supra positum à *nu.105.*
111 concludam) dictus Nicolaus Maria Junior tan-
quam filius D. Beatricis, non omnes habens qua-
litates à gratia copulativè requisitas, quinimmò
potiùs singulis carens, quia non masculus, ut *nu.
104.* non de familia, ut *num.105.* nec is io termi-
nis gratiæ successurus fuisset, fœminis noo ex-
stantibus, quinimò perpetuo fit exclusus *nu. 106.
& seqq.* ostendi; uti verò filius Francisci, etsi ma-

sculus, & de familia sit, attamen procul dubio non erat eidem Francisco anteponendus, ut num. 110. demonstravi, nequit, dubitari quin feudorum dispositio, quam ex dicta renunciatione D. Laudoniæ in dictum Franciscum factam, Adversarius fingit, servata forma gratiæ facta fuerit tanquam in masculum, & de familia, & qui fœminis non extantibus successurus fuisset.

Nec quicquam dubij, movere debent, quæ pro hujus litis motivo respectu successioni Principis Nicolai Mariæ senioris, adversarius principaliter
112 consideravit, ut probaret, dictum Nicolai Iuniorem, masculum illum fuisse de familia, qui in terminis gratiæ dicto Francisco postposito institui debebat; ut num. 13. retuli, nam ea (præter quod etiam respectu successionis dicti Principis Nicolai Mariæ senioris ex prædictis constat non militare, & latè *sequenti secunda capite* refellam, & fucos, & fallacias esse ostendam) ad præsentem speciem applicari minimè possunt. Omnia enim ab illo pendent principio proximitatis, qua dictus Nicolaus Iunior erat dicto Principi Nicolai seniori conjunctus, tanquam ab eo ex filia nupta in familia descendens, quæ quidem proximitas (nec in successione dicti Principis senioris in terminis gratiæ attendenda, ut *præcitato sequenti capite* patefaciam) in successione dicta D. Laudoniæ (de qua hic, & nunc, dum de ejus renunciatione tractamus, nos agere oportet) prorsùs, & omnino abest, nec ullo modo potest considerari non enim descendentum illum à D. Laudonia fuisse, nec eidem D. Laudoniæ dicto Francisco quodammodo proximiorem, potest, nec quidem in somnio fingi, sed tantum, vel nepotem ex sorore, quæ renunciaverat, vel fratrem Patruelem, semper tamen dicto Francisco Patruo postponendum, ut proximè ostendi; cessante igitur disputationis ratione, ipsa disputatio penitus: & funditus cessat: Itaque indubium remanet dictum Franciscum, cui renunciatio facta fuit; & proindè juxtà Adversarii figmentum feudorum dispositio facta censetur; masculum illum fuisse, in quem gratia prædicta feudorum dispositionem fieri possit.

Quoad Tertium.

113 QUod tandem dicta D. Laudonia disponens prædicta gratia uti voluerit, fateor crassam meam Minervam, quod non video quid dubii considerari poterit. Si enim id, quod voluit, egit, & id egit, quod dicta gratia permittebatur, quarè dicendum est, noluisse gratia illa uti, & illius frui beneficio? Si quæ adversarius autumat (ut firmiter negamus) vera esse fingamus D. Laudoniam ipsam feudatariam fuisse, & ex dicta renunciatione feuda titulata, & immutando naturam successionis alienasse, & proindè super ea Proregem assentire fuisse vetitum, tanquam in casu comprehenso in 4. & 9. *cap. Pragm.* 4. *de feud.* & Regiæ Majestatis assensum fuisse necessarium, quo non impetrato nullam dictam renunciationem reddi; eo magis dicta gratia concurrit quæ omnes feudatarios nedum in ultima voluntate; verum etiam per actum inter vivos de eorum feudis etiam titulatis, omissis fœminis proxioribus, in beneficium masculi de familia disponere habilitavit, & assensus Reg. Catholicæ Majestatis hujusmodi dispositionibus ex tunc eadem gratia præstitus dictam renunciationem confirmat; nam vulgatum est Iuris axioma, actum ita gestum præsumi, ut valeat *l.* 1. *ff. de test. milit. l. quoties* 12. *ff. de reb. dub. l.* 80. *ff. de ver. obligat.* & *l.* 67. *de reg. Iur.* & late exornant *Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 34. *Menoch. lib.* 6. *præs.* 4. *per tot.* & valeat quidem omni meliori, efficaciori, potentiorique modo, ut latè etiam declarat, probatque *idem Menoch. dicta lib.* 6. *tot. præs.* 5.

Nec obstat, quod non expresserit, velle dicta gratia uti, vel quod fœmina fuerit, in qua non videtur considerandus animus, seù voluntas conservandæ Agnationis, & paternæ familiæ. Nam & etiam mulieres agnationis propriæ, hoc est pater-
114 næ perpetuitati, & conservationi prospicere voluisse præsumendum est, ut post *Areutin.* & alios sentit *Covar. in cap. quamvis pactum par.* 3. §. 3. *sub num.* 4. *vers.* 5. & in terminis, quod solent, ut plurimum sorores, ut fratrum familia conservetur, has renunciationes facere post *Soccin. in cons.* 67. *num.* 18. *vol.* 2. scribit *Dom. Præs. de Franc. in dec.* 119. *num.* 13. Velle autem uti beneficio dictæ gratiæ ad hunc finem agnationis conservandæ, nõ fuit necesse explicare, cum satis sit, quod potuerit. Semper, n. quod actus non potest in esse produci, nisi certo modo, & certa forma, & simpliciter factus reperitur, præsumitur sub illa forma factus nè pereat, ita *Jas. in l. Gallus §. quidam recte in* 3. *notab. ff. de lib. & posthum. Menoch. d. præs.* 4. *num.* 13. quod adeò verùm est, ut etiam si
115 quis destinasset uti jure communi, secundum quod ipse actus, & dispositio non valeret, sed valeret secundum Jus speciale, & privilegiatum, adhuc sumitur præsumptio, & interpretatio, quod valeat actus secundum Jus speciale, probatur optimè *in prec. l.* 3. *ff. de test. milit. ibi, neque enim, qui voluit Jure communi testari statim beneficio militari renunciavit, nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua judicia*, & ita in specie scripserunt *Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsupt.* 36. *num.* 6. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumptione.* 4. *num.* 37.

Dum ergo palam est, quod d. Franciscus masculus ille fuerit de familia, qui, omissis fœminis dictæ D. Laudoniæ successisset, & in quem d. gratia feudorum dispositionem fieri permisit, ut à *num.* 145. ostendi non potest dubitari quin dicta dispositio quolibet actu etiam inter vivos & proinde d. renunciatione fieri potuerit, ut dixi *num.* 143. & 144. nec quod d. D. Laudonia ead. gratia uti voluerit, ut à *num.* 170. demonstravi. Meritò, si dicta renunciatio feudorum titulatorum dispositionem, & translationem, ut adversarius autumat, importavit, Indubitabile redditur illam assensu etiam Reg. Chol. Majest. eadem *gratia* concesso esse munitam.

AR-

ARTICULUS IV.

Eandem renunciationem, nec prætextu, ignorantiæ juris renunciati, nec cæteris oppositis, quòd nempè sine causa fuerit, & perindè enormissimam lesionem, & dolum re ipsa contineat, & quod metus etiam, saltim reverentialis intercesserit, nèc ex facto, nèc ex jure, nèc annullandam, nèc rescindendam esse.

REjecto jam *tribus præcedentibus articulis*, illo nullitatis capite, quod Adversarius contra renunciationem principaliter opposuit, defectus scilicet Regii Assensus, quem non necessarium *priori articulo*, & quatenus necessarium duplicem, in-
116 tersuisse, & Proregis validè præstitum, & Regiæ C. Majestatis vigore gratiæ *secundo, & tertio* fuit ostensum. Remanet, ut alias nullitatis, seu rescissionis rationes, secundo, tertiò, & quartò ab Adversario propositas diluamus. Illæ namque in eo consistunt, quod scilicet *primo* non fuerit D. Laudonia certior facta de Iuribus, quæ ipsi ad paternam successionem, uti in capillo superstiti competebant, & propterea ad incogitata, & ignorata non sit extendenda, *secundo*, quod fuerit sine causa; ut potè facta Patruo, qui nihil de suo præstabat, ideoque enormissimam læsionem, dolumque re ipsa inferat. Quodque *tertio* ad illam obtinendam metus, saltim reverentialis intercesserit, & ex his propterea nulla renunciatio sit, vel rescindenda.

Hæc tamen omnia, eruditissimum Adversarium simul concessisse videtur magis, ut me edoceret locos, quos Rhetores cõmunes vocant, undè argumenta adversus renunciationes sumantur, quàm, ut illorum aliquod ad rem præsentem, aptè & congruè adducere potuerit; vel adduxerit. Cæterum verò, constat ea, nèc ex facto, nèc ex Iure ad renunciationẽ, de qua agimus esse applicanda; quodque ità sit, clarè ostendam: *primo* non obstare, nèc dici posse, non fuisse certioratam, & jus renunciatum ignorasse. *Secundò* nèc posse dici, quod dicta renunciatio fuerit sinè causa, quodque enormissima læsio, ac dolus re ipsa intervenerit. *Tertiò* tàndem, nèc metus reverentialis prætextu, possit renunciatio annullari, nec rescindi.

Quoad Primum.

Non obstare; nec dici posse D. Laudoniam non fuisse certioratam, & jus renunciatum ignorasse.

AD Jura ignorata, & incogitata renunciationem non trahi communiter traditur ex *l. cum Aquiliana 5. ff. de transact. cum concord.* Non tamen ex hoc licebit, ut putat Adversarius, arguere contra renunciationem, de qua agimus, quasi quod D. Laudonia non fuerit informata de virtute renunciationis; & clausularum in ea appositarum ac de juribus ipsi renuncianti competentibus ut virgini in capillo, & quod verosimiliter, si scivisset, tam magnam successionem ipsi competennon renunciasset. Itaque dicta renunciatio ei non noceat. Patet enim sufficienter D. Laudonia fuisse informatam, nèc aliam certiorationem fuisse necessariam, ut nèc ignorantia Iuris renunciati, nec certiorationis defectus, nèc ad invalidandam, nèc ad rescindendam hujusmodi renunciationis speciem, pro obtinenda, præsertim paterna successione, possit allegari.

118 Illud namque in facto non dubitatur, prout nèc sinè maxima temeritatis nota dubitari potest. D. Laudoniam, nèc in ipso renunciationis actu, nèc ante eum, quicquam ignorasse; quinimmo, nec dubitasse ipsam filiam fuisse Nicolai Mariæ de Summa Principis Collis solam in capillo post Patris obitum in ejus domu remansam, illumque testamentum condidisse, eoque Franciscum de Summa hæredem in bonis omnibus Burgensaticis, & feudalibus, etiam titulatis instituisse, dictumque Franciscum non filium, sed fratrem dicti Principis fuisse (quem Beatricis filiæ matrimonio collocatum, ex illa Nicolaum Mariam juniorem suscepisse, notissimum etiam ipsi D. Laudoniæ erat) ipsique ducatos viginti quatuor mille pro parte, & portione, ac pro toto eo, quod prætendere poterat reliquisse; Hæc enim ut notoria erant in Civitate, penè temerarium putarem dubitari, quin melius, & optimè à D. Laudonia, scita perscrutataque fuerint quæ etiam, & in eisdem nuptialibus tabulis ante matrimonium per ipsam subscriptis, & deindè in stipulationem deductis, & in eodem dotali, & renunciationis instrumento, tum materno, tum latio sermone fuerunt etiam expresse declarata. Amplius, & ejus, cujus erat valoris, & æstimationis Paternam fuisse feudalium successionem, nèc dictam D. Laudoniam ignorasse, nec asserendum, nec præsumendum esse; quinimmò, & illam satis majoris fuisse ponderis, quo verè erat, cogitasset liquidò constat, & ex communi omnium errore, quoniam, plus sperant homines in facultatibus suis, quam verè habent, & ex ipsa sexus qualitate. Et insuper dictam paternam successionem jure naturali attento, potius ad ipsam, uti filiam, quam ad dictum Franciscum fratrem spectasse, & scivisset, & cogitasse verosimile est, ut omninò dicendum putarem plus ipsi spectare cogitasse, quam ei verè spectare poterat. Id tantum, illam tanquam fœminam juris ignoram ignorasse Adversarius dicit, motivum nempè illud, (quod non nisi subtilissima Advocatorum subtilitate novissimè fuit excitatum) in terminis gratiæ ad instar fideicommissi pro conservatione familiæ, Nicolaum Mariam juniorem tanquam disponentis ex filia nupta in familia nepotem masculum illum fuisse censendum, in quem gratia feudorum dispositionem omissis fœminis, fieri permisit, & proinde dispositionem in Franciscum disponentis fratrem, licèt ejusdem Nicolai junioris Patrem collatam, non fuisse servata forma gratiæ, sed ab ea difformem, itaque nullam censendam esse, ut adversus ipse autumat. Hoc porrò D. Laudoniam specificè scivisse non audeo affirmare; nàm, si nonnisi fucis, & fallaciis (ut *sequenti cap.* patefaciam) a doctissimo, & eruditissimo-

mo, & eruditissimo Adversario vix defendi potest. Quomodo possum affirmare hoc specificè D. Laudoniam fœminam selvisse? Sed ipsam ultra dotis legatum, quod accepit, super paterna hæreditate tam Burgensaticorum, quam feudalium uti filiam in capillis in domo Patris remanosam, jura, etiam quæ non habebat, habere, & licito jure, quæ nèc prætendere posset, consequi debere, nè dum cogitasse verum etiam, & certò certiùs existimasse, non vereor fateri; nàm sicuti tanquam fœmina jurium ignara non poterat scire argumenta, quibus hodie eruditissimus ejus advocatus ad impugnandam paternam dispositionem satis ingeniosè utitur, ita nèc etiam capax erat de vi, & efficacia gratiæ prædictæ, & de vera, quam illi tradimus intelligentia pro dictæ dispositionis validitate, & contrariorum resolutione. Attamen quare dicendum est, ignorasse, & non cogitasse, id quod notum est lippis, & tonsoribus: & per omnium ora, & fœminarum, præsertim nobilium, quotidiè vadit, filiam in capillo in domo Patris remansam Patri succedere, & Patrem in feudis illam omittere non posse? de gratia cogitasse dicetur qua fœmina proximior pro dispositione feudorum in beneficium masculi omitti potest. Sed si de gratia dicitur cogitasse, quare dicendum est non cogitasse, id idem, quod nunc proponitur, masculum de familia ex gratia vocatum, non Franciscum disponentis fratrem, sed Nicolaum juniorem ex filia nepotem nupta in familia, itaque eo, & isto non, instituto nullam fuisse, dispositionem, ipsamque D. Laudoniam ab intestato succedere? Hæc fallacia est. Sed fœminam notum est eò faciliùs fallaciam percipere, præsertim in sui beneficium, quò difficiliùs veritatem, quæ contra ipsam sit; idque est commune hominum, & magis fœminei sexus, ut quod ipsis placet, nè dum, quod utile est quisque sibi facile suadeat, & verum credat; malè autem sensiat, quod contra se dicitur, & in eo tantum falli timeat, & præsumat. Si verò de hac gratiæ intelligentia, quæ novissimè ad dispositionem oppugnandam creditur, D. Laudoniam non cogitasse asseratur; quare dicendum est, & de ipsa gratia cogitasse, & ad ejus formam credidisse Paternam fuisse dispositionem, Aùt ergo cogitavit de gratia, & cogitasse etiam de dubio, an ex ea robur acceperit Paterna dispositio, & quod illa nulla fuerit credidisse, est præsumendum, aut verò non cogitavit de dubio, quod proponitur dispositionem non fuisse servata forma gratiæ, & nèc minùs de gratia ipsa cogitasse dicendum est. Utroque tamen casu Jura super Paterna hæreditate habere, cogitasse, & credidisse, omninò est præsumendum, & liquidò constat, tùm ex verosimilitudine, tùm ex natura ipsius actus renunciationis, tum etiam ex verbis ejusdem renunciationis.

Nihilominùs acceptaverit D. Laudonia legatum ducatorum viginti quatuor mille sub illis conditionibus, quibus illud à Patre fuit ei relictum propriis verbis insertis, *Per ogni parte, e portione, legitima, paragio, e loro supplemento, e d'ogni altra raggione, che li spetta, e potrebbe spettarlo per l' avvenire sopra la mia heredità, con che al tempo dell' assegnamento, che se li ferà debbia cauteiarne il mio herede per cautela à conseglio del suo Savio.* fol. 43.àt. lit. A. Eodem legato passa fuit à Patruo, uti Patris universali hærede maritari, & quietavit paternam hæreditatem *delli detti docati ventiquattro mila lasciatili come di sopra, e d'ogni parte, portione, legitima, paragio, e loro supplemento, e per tutte altre raggioni che li competeno, e potrebbero competere per l' avenire sopra tutti li suoi beni paterni burgensatici, feudali, e Titulati di qualsivoglia titulo per detto q. Principe suo Padre acquistati per Aquilianam stipulationem, & particularmente per causa d' esser rimasta sola in Capilio à tempo della morte di detto q. Principe suo Padre nō obstante qualsivoglia legge commune, ò municipale, che forsi facesse in suo beneficio alla quale con giuramento rinuncia* fol. 47. àt. Et ampliùs cessionem, & renunciationem, *etiam con giuramento, e per patto di non domandare, e di non succedere*, ac etiam donationem irrevocabiliter inter vivos promisit, prout ex tunc cessit renunciavit, & donavit d. fol. àt. lit. B. *ogni raggione, attione, parte portione, legitima, paragio, e loro supplemento, & tutte altre raggioni, ch'al presente li competeno, o potrebbero competere per l'avvenire sopra tutti, e qualsivoglia beni Burgensatici, Feudali, e Titulati di qualsivoglia Titulo presenti, e futuri, raggioni hereditā, successioni sue Paterne Materne, & altre successioni, & excadentie qualsivogliano, ch'alla d. Signora D. Laudonia fussero devolute* fol. 48. *tanto per testamento, quanto ab intestato &c. etiamdio per le consuetudini di questa Cità di Napoli, e per le Constitutioni, e capitoli del Regno, e per altre qualsivogliano cause, e vie cognite, & incognite &c. la quale rinuncia, e donatione* d. fol. 48. àt. *non sia personale, ma reale, e realissima, e s' intenda; tam ad cognita, quam ad incognita, & penitus ignorata dichiarando essa Signora D. Laudonia essere à pieno informata di detti legati donationi, & altri atti, & aver intesi (e considerati quelli, e tutte le parole di essi, promettendo alla quietanza, rinuncia, e donationi sudette non contravenire per qualsivoglia causa, ancorche ne fusse lesa enormissimamente &c.* Hæc in Capitulis matrimonialibus à dicta D. Laudonia subscriptis de die 30. *Aprilis* 1605. & Notario traditis, & publicatis fol. 52.

Deindè contracto matrimonio, & traducta eadem D. Laudonia ad domum Viri *post die septuaginta*, quibus præsumendum est, & cogitasse, &
120 consuluisse de Juribus suis quibus non solum renunciare promiserat, & renunciaverat, verum denuò, eandem renunciationem ratam habendo, renunciatura erat De die *nona Julii* ejusdem Anni, in eadem Viri domo in stipulationem deduxit præfata Capitula matrimonialia *septuaginta diebus* antea subscriptis, & publicatis, eaque, & renunciationem inter ea promissam, & factam, iterum cum juramento observare promisit sub obligatione omnium ejus bonorum d. f. 52. at. Et tandem *eadem die nona Julii* 1605. alio publico mediante instrumento fol. 216. *in domibus D. Francisci Caraccioli Marchionis Cervinara* (ibi tunc temporis habitabat Princeps Foreni Vir D. Laudoniæ) cum expresso consensu ejusdem Principis Foreni ejus Viri asserens *se ipsum Principissam D. Laudoniam fuisse, & esse dotatam a dicto Domino Principe Collis ejus Patruo, uti herede q. Domini Nicolai Mariæ de Summa prædecessoris Principis Collis Patris ipsius Dominæ Principissæ*, & per illum *pro observantia legati in ejus beneficium facti per supradictum q. D. Principem Collis Nicolaum Mariam ejus Patrem in ejus testamento rogato manu Notarii Petri Antonii de Aversana fuisse consignatos, cessos, & solvi promissos dicto Prin-*

Principi Foresi eius Viro pro dotibus ipsius Domina Principissa ducatos viginti quatuor mille, prout in pracedenti instrumento dotali continetur; Quietavit dictum D. Principem Collis &c. d. fol. 216. at. *tam de dictis dotibus ducat. viginti quatuor mille ipsi Domina Principissa per dictum D. Principem Collis ejus Patrem, ut supra legatis, quàm de omni integra parte, portione, legitima, paragio, & eorum supplemento, omnibusque aliis Juribus ad ipsam D. Principissam spectantibus nunc, & in futurum, faciens &c. de eis finalem quietationem, &c. Per aquilianam stipulationem &c. Et signanter* dict. fol. 216. at. lit. B. *ex causa, quod ipsa D. Principissa remansit sola in capillo tempore mortis d.q. D. Principis Collis Nicolai Maria ejus Patris: non obstante quavis lege communi, seù municipali fortè in ejus beneficium dictante, cui cum Juramento coram nobis expressè renunciavit, & renunciat.*

Et amplius eod.f.216. at.lit C.*ex certa scientia, & benè informata de juribus suis* iterum fecit cessionem, renunciationem, & donationem, quam in prædictis Capit.matrimonialib. promiserat, & fecerat sub eisdem, & amplioribus verbis, & clausulis per tot.f.22.

Quod renunciationis instrumentum cum omnibus in eo contentis (inter quæ legitur *certa scientia*, quàm dicta D. Laudonia habuit *de Juribus*
121 *suis*, & quod de eis fuerit *benè informata*, ut patet ex illis verbis. *Nec non ex certa scientia, & benè informata de juribus suis*) fuit aliis probationibus concomitatum: nam præsentatis pro parte hodierni Principis pupilli hæredis dicti Francisci post compilatum processum, quampluribus scripturis sub die 21. Novembris 1661. *fol.* 193. *per tot fol.* 227. inter quæ erat dictum renunciationis instrumentum *fol* 216. *per tot. fol.* 221. ac petito per Nos termino ad concomitandum scripturas prædictas, & contenta in eis, ut ex comparitione *fol.* 228. prædicta D. Laudonia cum consensu viri dedit pro concomitat s prædictas scripturas, *à quanto in quello si contiene*, ut ex actu, *fol* 228.

Ex prædictis igitur patet primo, quod D. Lau-
122 donia non dicit, nèc dicere potest, quicquam in facto ipsam ignorasse, quinimò omnes, & singulas facti circumstantias optimè scivisse, & præsumitur & liquidò constat, nèc ipsa audet, nèc potest negare. Itaq; Juris ignorantiam allegat, ea tamen renunciationem, quam fecit Paternæ hæreditatis nequit annullare, nèc illi hoc prætextu contravenire. *Textus* in puncto in *l. 2. C. de Jur. & facti ignor.* ubi sic rescripsit Imperator, *Cum ignorantia Juris excusari facilè non possis, si major annis xxv. hæreditate Matris tua renunciasti, sera prece subveniri tibi desideras.* Quod non minus procedere in Paterna hæreditate, ut in, casu de quo agimus, quam in materna, ut in *Textu*, prædicto, & magis si renunciatio fuerit, ut illa, in perpetuum eo modo, ut non habeat, quam si per simplicem abstentionem, non adeundo, præsertim transacto triennio, & hæreditate per alium adita, juxta terminos *l. fin. C. de repud. ered.* docet, *Glos. in d.l. 2. verb. desideras.* Nèc potest in integrum restitutionem petere, nisi minoris fuerit ætatis, & jura suitatis fuerit dicta *l. fin. C. de repud. hæred. Reg. Cap. Lat. consultat.* 119. *lib.* 2. Nam ut ait *Papin.* in *l. 7. ff. de Jur. & facti ignor. Juris ignorantia non prodest acquirere volentibus*, & *Paul.* in *l. 9. ff. eod. tit. Regula est, juris quidem ignorantiam cuique nocere.*

Nec quia femina potest se D. Laudonia, excu-
123 sare, cum de lucro agat, hoc est de hæreditate, quam renunciavit, acquirenda, non obstante renunciatione, eo prætextu, quod juris ignorantia, & errore ducta renunciaverit. *Nam error facti, ne maribus quidè in damnis, vel compendiis obest. Juris autem error, nec fæminis in cōpendiis prodest, ait Papin. in l. error 8. ff. eod. tit. de Jur. & facti ignor.* Nō enim fæminis, sicut, & minoribus in omnibus Jus ignorare permissū est, sed *in quibusdam causis propter sexus infirmitatē* dicit *Paul.* in *d.l. 9. regula est ff. eod.* ideoque casus esse speciales in quibus mulieri ob Juris ignorantiam succurritur dicit *Glos. in d.l. 9. verb. quibusdam*, ubi & in *l. fin. C. eod. tit. vers. auctoritas.* Casus prædictos enarrāt, præter quos nullatenus mulieribus sancitum est, eadem *l. fin. C. eod. tit. Nè passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare in his, qui prætermiserint, vel ignoraverint. Statuimus, si per ignorantiam Juris damnum aliquod circa Jus, vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus, in quibus præteritarum legum auctoritas eis suffragat, subveniri.* Nec in damno dicitur, quia hæreditatem etiam Paternam renunciavit, ut resolvit, *Glos. in l. 3. C. eod. tit. verb. nullis rationibus*, & proindè licet *omnibus, & maribus, & feminis, Juris error in damnis amittenda rei sua non nocet*, dicat *tex.* præcit. *l. error 8. ff. eod.* Attamen renuncians hæreditati juris
124 ignorantia non subveniri expressè statutum habemus in præcit. *l. 2. C. eod. tit.* & propriè in filia quæ Paternæ hæreditatis bonorum possessionem infra annum petere cessavit, juris ignorantia se juvare non posse; est casus expressus in præcit. *l. 3. C. eod. tit.* omnes enim tenentur jura, & leges scire *l. leges sacratissimæ 9. C. de leg. l. constitutiones C. de jur. & facti ignor.* Vel saltem à peritioribus consulere, præsertim *si Jurisconsulti copiam habeat* dicit *tex.* in *d.l. 9. ff. eod. tit.* Undè habemus quod mulier, quæ inter legitima tempora non confecerit inventarium hæreditatis per ipsam aditæ non excusatur, nè teneatur de proprio creditoribus, & legatariis, nèc ad illud conficiendum restituitur, sed
125 tantum ex æquitate ad solemnitates omiss. *al Pres. de Franch. decis. 229. Reg. Tap. dec. S. C. 39. & Reg. Cap. Latro consult. 57. lib.* 1. Dum igitur D. Laudonia renunciationis tempore minor non erat; sed major, & Virago, morabatur in hac Civitate peritissimis, & eruditissimis Advocatis abundantissima, traducta etiam ad viri domum, cujus negotia non sine Advocatorum consilio, & prudentissimi Patrui, omnibus noti regebantur, & reguntur, eos poterat consulere, seque certiorare de juribus suis, ut consuluisse, & certiorasse præsumitur. Meritò juris, quam allegat, ignorantia ad annullandam, & rescindendam dictam renunciationem quicquam se poterit juvare.

126 Accedat secundo, quod dicta D. Laudonia cum *juramento* renunciavit, & in Capitulis matrimonialibus ab ipsa subscriptis, & in stipulatione illorum, & in ipso instrumento renunciationis, & adversus illam juravit non venire. Hoc satis est, ut nunquam adversus eam regressum possit obtinere quamvis nèc certiorata fuerit, nèc de juribus renunciatis cogitaverit, hæc est enim vis *juramenti*, ut scivisse, & cogitasse præsumatur, ut ac si scivisset, & cogitasset, suam renunciationem servare cogatur, cum jurisjurandi virtus hoc in casu, & simi-

similibus minimè deficiat ob ignorantiam, quę non impedit consensû jurantis, ut in puncto in renunciatione hereditatis paternę per filiam facta ex *cap, quamvis pactum, de pact. in 6.* tradit *In sign. Covar, in repit. dicti cap. quamvis pactum par. 3. §. 1. vers. 8. num. 4.* & citat *Guid. Pap. quaest. 227. & Gugl. de Bened. in cap. Raynut. vers. duas habens filias nu. 294.* & in terminis *l. 2. C. de rescind. vendit.* ut scilicet ejus beneficio non utatur, qui adversus venditionem non venire juravit, licet nec *dictæ legi* renunciaverit, nèc de illius dispositione certiorata fuerit ex *Bart. Bald. Saly. & aliis* docet idem *Cov. eod. cap. quamvis par 3 §. 4. vers. prima conclusio,* & latè, *Pinell. in 4. l. 2 §. 3. c. 1. n. 1. cum sequentibus.* Sic etiam si minor XXV. annis, vel mulier juraverint contra obligationem non venire, videntur renunciasse, ille beneficio restitutionis in integrum ista verò Vellejano, nèe requiritur, quid sciverint, *Bart. in l. sciendum ff. de verb. obligat. nu. 8. & 9. Alex. nu. 29. & seq. quia ait n. 30. juramentum facit, ut quis præsumatur magis deliberatè accedere ad actum cap. ex rescripto, de jur. jur. & habet clausulam, ut actus valeat eo meliori modo, quo potest, l. cum pater §. filius matrem de leg. 2. imo dicit Bal. in l. 1. C. commu. . . . . . . quod habet vim stipulationis, & consensus*, hæc *Alex.* & generaliter, quodvis, & vinculum juramenti etiam
127 ad incogitata extendatur, probat ex multis *Guttier. de juram. confirmat. tot. cap. 71.* ubi ex *Robert. Marant. disput. 7. nu. 8.* & aliis ab eo citatis scribit, quod propter juramentum censetur, quis magis deliberatè accedere ad actum faciendum, & cogitasse omnes casus qui saltim in genere poterant considerari in illo negotio, quæ pariter etiam, ut in aliis, ita in muliere obtinere debent cum nulla ipsi jura hac in re faveant, docet *Pinell. in d. cap. 1. sub nu. 6.* ac in renunciatione mulieris facta cum juramento latè post *Capic. decis. 159. nu. 28. in fin. & 29.* & alios *Lælius Caput. ad consuet. si moriatur p. 3. §. 4. num. 17. & D. Reg. Cap. Latro. dec. 98. nu. 47.* ubi alios citat quamplurea, & magis communem opinionem esse ex pluribus profitetur *num. 48.*

Insuper, & tertio sumus in renunciatione geminata, nàm D. Laudonia prius acceptavit legatum, & dotationem ducatorum viginti quatuor mille pro omni jure, & toto eo, quod ad ipsam super hæreditate paterna spectare poterat, & pro omnibus aliis juribus, quæ pretendere posset. De illis amplissimam quietationem fecit, & amplius omnia, & quæcumque jura promisit renunciare, & renunciavit, quo peracto in capitulis matrimonialibus; in quibus ipsa intervenit, seque subscripsit. illis Notario traditis, & publicatis de *die 30. Aprilis*, Contracto matrimonio, ipsaque D. Laudonia ad domum viri traducta; Tandem de *die 9. Julii* duplici instrumento, uno quo fuerunt stipulata Capitula prædicta, integra eorum forma inserta, inter quæ illuc aderat, quo promiserat renunciare, & renunciaverat; eandem renunciationem ratificavit, & observare promisit. Altero verò iterum renunciavit, Et demum per septennium, quo non fuit conquesta, & dos à Patruo pluribus vicibus juxtà Capitulorum formam fuit soluta, eandem renunciationem ratam. Observantia enim renunciationis post triennium ratificationem præstat, & novum producit contractum, ac jus facit, om-
128 nemque tollit dubitationem, ut ex pluribus fundat *D. Præs. Merl. tom. 2. cap. 61. num. 23.* Non ergo potest allegari amplius ignorantia juris renunciati, nam ut dicit *Decius cons. 185. num. 13.* in actu reiterato error non præsumitur, citat *Gloss. in c. ex liter., verb. admonita, de divortiis,* & plena deliberatio præsumitur, & nihil opponi potest, ut ex *Bald. Bart.,* & aliis per ipsum citatis, & ita etiam sentit *Ruin. cons. 128. nu. 13. lib. 2.* & notat *Menoch. lib. 6. præsupt. 23. nu. 14.*; talis enim geminatio renunciationis habet vim specialis, & expressæ, ut ex traditis *DD. in l. Balista 33. ff. ad Trebell.* & latè per *Paris. cons. 9. nu. 19. & seq. lib. 3.* scripsit *D. Præs. Merl. præcitata cap. 61. num. 4.*

Præterea, & quarto renunciatio generalis, ex communi DD. sententia juxta tradita per *Menoch. de præ-*
129 *sumpt. lib. 3. præsumpt. 151.* præsertim *num. 4.* quem citat, & sequitur *Fontanel. de pactis nuptialibus clausula 4. Glos. 28. num. 40.* Non restringitur ad specificata; sed trahitur etiam ad ea, quæ non fuerunt in specie cogitata, maximè quando ratio recti sermonis eam restrictionem non patitur, ut *Fontanell.* ipse refert *decisum* per ejus *Senatum Cathal.* mediante sententia de anno 1605. confirmata de anno 1611. & iterum *tom. 2. clausula 9. Glos. unica par. 1.* de eodem agens articulo, post firmatam sententiam, renunciationem non trahi ad incogitata, & ignorata subdit hæc verba *nu. 8.* Sed attende non esse semper, & ubique verum renunciationem non trahi ad incogitata, veluti ad fideicommissum, & vinculum incogitata, tam generalia enim, & universalia possent esse renunciationis verba, quod omnia proculdubio comprehenderent, prout est pulchra *Rota Romana decis. 714.* apud *Farin. in vult. volun decis.* facta de anno 1615. ubi fuit consideratum quod renunciatio erat facta, nè dum omnibus bonis paternis, maternis, fraternis, sed etiam alija successionibus, & Juribus, & in specie etiam ex testamento quomodolibet ipsi obveniendis, & devoluendis, fuitque propterea dictum hanc generalitatem renunciationis comprehendere bona fideicommisso Patrui subjecta, uti ex testamento dicti Patrui ipsi renuncianti devoluenda, non minus, ac si testamentum Patrui nominatim expressum fuisset ex *Bart. in l. quà Roma §. duo fratres num. 18. de verb. oblig.* vide *Dec. in cons. 345. num. 3. Cravet. cons. 24 sub num. 11. vers. amplius dica, & Menoch. in cons. 87. num. 17.* ubi latè de renunciatione fideicommissi. Hæc scribit *Fontanel.* Undè cum renunciatio, de qua agitur, fuerit nè dum generalis, sed etiam generalissima, & universalia, ac verbis superius relatis *num. 183.* amplissimis, & prægnantibus concepta. Meritò nec posset controverti; illam trahi ad paternam hæreditatem, quam si non expressisset dicta generalissima, & universali renunciatione certo certius comprehendisset.

Eo magis, & quinto, cum dictæ D. Laudoniæ competeret maritagium ducatorum termille ex legato, &
130 dispositione q. Paduanæ de Summa de linea paterna, licet per Franciscum patris hæredem prætendi poterat, illud vel includi in dicto legato ducatorum 24. m. relicto pro dote, & pro omni parte, & portione, vel quod illud ipsi renunciari deberetur, vel potius tanto minus præstare deberet, ut eidem Francisco in dote D. Beatricis ejus uxoris ab eodem Principe patre in eadem quantitate ducatorum 24. m. fuerat inclusum, & excomputatum, ut patet ex capitulis matrimonialibus *fol. 95. in cal. & àter.* Attamen præfata D. Laudonia præter dictos ducatos 24. m. ut supra ei relictos, & per patruum hæredem promissos, & assignatos, sibi dictum maritagium reservavit, & eidem

Prin-

Principi Foreni ad complementum ducatorum viginti septem mille in dotem cessit, & assignavit, ut legitur *fol. 47. àter. lit. D.* Qua reservatione stante cætera omnia dicuntur renunciata *Menoch. cons.87.nu.34.* quem citat, & sequitur *Præs.Merlin. pracit. cap.61. n.5.lib.2.*

Habuit etiam, & festo dicta D.Laudonia certam scientiam, fuitque benè informata de juribus suis,
131 ut expresse fuit declaratum in dicto renunciationis Instrumento, ibi: *necnon ex certa scientia, & bene informata de juribus suis*, ad cautelam, quam in obligatione minoris, & sic in terminis fortioribus docuit *Bart. in l. sciendum ff. de verb. oblig. nu.9.* ibi, *sed tutius est, quod ponatur in Instrumento, quod minor fuit certificatus de beneficio &c.* Unde, ut in propria materia renunciationis factæ per puellam ait *Capic.decis.159.num.28. sumus extra dubium.*

Sed tandem in nostra specie superfluum fuit prædicta omnia considerare, quorum singula renunciatarium in tuto ponerent, & renuncianiem totaliter excluderent, etiam si ageretur de fideicommissi, vel alterius successionis jure expresse non renunciato, & de quo non fuisset cogitatū. At cum non agatur, nisi de præteulo, & figurato jure paternæ feudalium successionis omne dubiū funditùs cessat. Nam liquidò constat, & de eo fuisse, nè dum in genere, & præsumptivè, sed etiam, & magis in specie, & principaliter cogitatum, illudque expresse, & specificè renunciatum; Tum quia primo acceptavit D. Laudonia legatum ei à Patre relictum ducatorum viginti quatuor mille, *per ogni parte &c. & ogni altra ragione, che li spetta, e potrebbe spettare per l'avvenire sopra la mia heredità.* Tum quia secundo, tàm in capitulis matrimonialibus, quam in Instrumento renunciationis deindè post septuaginta dies sequuto expresse dictam paternam hæreditatem quietavit *delli detti docati 24.m. lasciatoli come di sopra, e d'ogni parte, e portione, &c. & per tutte altre raggioni, che li competono, a potrebbero competere per l'avvenire sopra tutti li suoi beni paterni &c. Burgensatici, Feudali, e Titulati, &c.* Tum quia tertio renunciavit amplius, tam in eisdem capitulis matrimonialibus *ogni raggione, parte, portione, &c. & tutte altre raggioni, che al presente le competeno, e potrebbero competere per l'avvenire sopra tutti, e qualsivogliano beni burgensatici, feudali, titulati, &c. raggioni, heredità, successioni sue paterne, &c. devoluta tanta per testamento, quanto ab intestato &c. etiandio per la Consuetudine di questa Città di Napoli, e per le Constitutioni, e Capituli del Regno, e per altre qualsivogliano cause, e vie cognite, & incognite.* Quam in eodem instrumento renunciationis, *omne jus, omnemque actionem &c. super omnibus, & singulis bonis burgensaticis, feudalibus, Titulatis, &c. Juribus, hæreditatibus, successionibus suis paternis, &c. devolutis, tàm ex testamento, quam ab intestato, &c. etiam jure consuetudinario hujus Civitatis Neapolis, aut ex Capitulis, & Regni Constitutionibus, & pro quibusvis causis, & viis cognitis, & incognitis.* Si ergo tam specificè, & expresse etiam geminatè quietavit paternam hæreditatem de omnibus juribus ipsi competentibus, & quæ competere possent super omnibus, & quibuscunque bonis *paternis burgensaticis, & feudalibus, & titulatis*, & amplius renunciavit omnia jura, & actiones, quæ ipsi competebant, & competere poterant super dictis bonis burgensaticis feudalis, & titulatis, ac hæreditatibus, & successionibus *paternis, tàm ex testamento, quàm ab intestato, etiam vigore Constitutionum, & Capitulorum Regni* Quomodo potest dici, quod non fuit cogitatum de ista paterna feudalium successione, & de ejus juribus, quæ expresse, & specificè, quinimò principaliter etiam geminatè fuerunt renunciata?

132 Quod si magis specifica, & specialissima juris, de quo agitur desideretur renunciatio, & ea non defuit, tum in capitulis matrimonialibus fol. 47. àt.litt.A. *E particolarmēte per causa d' esser rimasta sola in capillo à tempo della morte di detto quondam Principe suo Padre, non ostante qualsivoglia lege commune, ò municipale, che forse facesse in suo beneficio, alla quale con giuramento rinuncia.* Tum etiam & in Instrumento renunciationis post septuaginta dies celebrato fol.216. à ter.litt. B. *& signanter ex causa, quod ipsa D. Principissa remansit sola in capillo tēpore mortis dicti quond. Dom. Principis Collit Nicolai Maria ejus patris, non obstan te quavis lege communi, seu municipali forte in ejus beneficium dictante, cui cum juramento coram nobis expresse renunciavit, & renunciat.*

Si igitur ea, de qua agitur, paterna feudalium successio expresse, & principaliter fuit specifica, & specialissima renunciatione renunciata, & renunciata etiam fuerunt omnia jura ad illam, & bona illius competentia, & quæ competere possent, etiam vigore Constitutionum, & Capitulorum Regni, & signanter, ex eo, quod ipsa D.Laudonia filia in capillo sola in domo patris remanserat, quomodo potest controverti, vel quod non fuerit cogitatum de isto jure (quod tantummodo dicta D. Laudunia hodie velit regressum habere) vel dictam renunciationem non trahi ad istud jus, quod expresse, & principaliter videmus speciale renunciatione fuisse renunciatum, & repudiatum?

Meritò ergo dixi non obstare, nec dici posse D. Laudoniam non fuisse certioratam, nec quod illa jus renunciatum ign oraverit.

Quoad Secundum.

Nec posse dici quod dicta renunciatio fuerit sine causa, quodque enormissima læsio, aut dolus reipsa intervenerit.

133 AD respondendum hoc aliud non minus vanum, quam futile argumentum, quo in ejus allegationibus sic asserit adversarius. *Tertia est nulla dicta renunciatio, vel saltim rescindenda, quia fuit facta in beneficium patrui dotantis non de suo, sed de bonis paternis, & sine causa: quare continet enormissimam læsionem, & dolum reipsa, & propterea est nulla.* Id satis puto, quod quilibet inspicere contentus sit, nempè patruo isti nonnisi tanquam universali patris hæredi D. Laudoniam renunciasse, ea dote accepta, quam idem pater pro omni jure parte, & portione, ac pro toto eo quod ipsa D. Laudonia prætendere poterat cum conditione renunciandi ei legaverat, & proinde ex eo præsertim renunciasse. Ut ipsa legatam sibi dotem ea conditione, quæ fuit adjecta acciperet, prout accepit, ut condigno viro nuptui traderetur, ut tra-

dita. Ut paterno præcepto, & conditioni impositæ
obtemperaret, ut obtemperavit. Et denique pa-
ternam hæreditatem, & successionem masculorum
favore, nimirum patrui hæredis instituti, & aliorum
sivè tacitè sivè expressè, aut virtualiter vocatorum
ab omni ejus prætensione liberam, & tutam red-
deret, prout reddidit. Quo igitur jure potest nul-
la dici, vel rescindenda d. renunciatio, præsertim
respectu ejusdem prælatæ paternæ hæreditatis, ex
quo ut asseruit adversarius *fuit facta in beneficiũ
patrui dotantis non de suo, sed de bonis paternis*.
Dum patruus ipse erat patris hæres in ejus testa-
mento scriptus, & eam dotem (de eadem paterna
hæreditate, de cujus renunciatione agitur) præsti-
tit, quam pater præstari legavit, eamque renun-
ciationem exegit, quam pater ipse exigi jussit.
Quomodo *sine causa* arguitur dicta renunciatio,
cum non solum justa, & rationabilis, sed & ne-
cessaria renunciandi causa constiterit? quam de-
134 nique *enormissimam læsionem, quemvè dolum
re ipsa* in d. renunciatione intervenisse probabitur,
cum prædicta, ex quibus adversarius probasse, &
inferri posse putabat, prout intulit, penitus, & om-
ninò incassum cadant? Et si ex alio dicta renun-
ciatione etiam enormissimè læsam D. Laudonia se
dicere velit, quia nempè pro dote ducatorum vi-
ginti quattuor mille jura renunciaverit prętensæ
successionis paternorum feudorum, quæ ad valo-
rem extollit ducatorum centum mille. Quidquid
fit de prætensa nullitate paternæ dispositionis, quæ
licito jure ipsa fuit exclusa, eamque validam fuisse
sequenti secundo capite ostendam. Quid docuit,
aut probavit de valore, & æstimatione dictorum
feudorum, ut exinde deductis oneribus cognosci
possit an læsa fuerit, & quanti, dum dotem recipit
ducatorum viginti quattuor mille pro omni, & to-
to eo, quod prætendere poterat? Nil quidem,
nèc de valore, & extimatione, nèc de
redditu dictorum feudorum, nèc de aliis bonis
adduxit nèc probavit. Quomodo ergò ex capi-
te læsionis, quam enormissimam asserit, sed nec
in obulo, docuit, poterit prætendere dictam re-
nunciationem nèc nullam, nèc rescindendam red-
dere? At nec poterat dictam enormissimam læsio-
nem docere, quæ nec in obulo numquam extitit,
cum constet feuda, de quibus agimus non fuisse
redditus ad summum annorum ducatorum mille,
& octigentum etiam juxta liquidationem factam
per Regiam Cameram pro interesse Regii Fisci
occasione solutionis relevij, ut proinde non fuerint
judicanda valoris ad summum ducatorum quin-
quaginta mille, sed tantis oneribus gravata, ut eo-
rum utilitas, vel fortè nulla, vel certè admodum
parva sit. E converso D. Laudonia dotem accepit
ducatorum viginti quatuor mille à patre relictam,
quam pater secundum morem regionis, & ipsius
domus, & familiæ consuetudinem satis fuisse con-
gruam, & inspecto toto patrimonio, & sex filia-
rum numero, quæ supervixerunt satis superque ra
legitimam, nihil minus nec quantitatis, nec qua-
litatis quin multo magis eo, quod sorores antea
natæ maritatæ, & dotatæ fuerant, & pariter renun-
ciaverant, & contentæ extiterunt, prout existunt:
eaque dote d. D. Laudonia se nupsit pari, & con-
digno viro, imò, ut alias dixi ex omni parte dignis-
simo, In quo ergò fuit læsa D. Laudonia? equi-
dem non video.

Cum igitur ex facto deficiat objectio prædicta,
quod renunciatio sine causa fuerit emissa, & cum
enormissima læsione, Non curo demonstrare quod,
& jure etiam destituatur, & præsertim quod
hujusmodi renunciatio, aut ea de successione fue-
rit jam delata, & adita, aut de delata tantum non
tamen adita, sive extintiva, & abdicativa jud ce-
tur, ut censeri debet, sivè etiam translativa dica-
tur, pro ut non puto dicendum quamvis dote ac-
cepta, quoad jura tamen prætensæ successionis
renunciata donationis titulo irrevocabiliter inter
vivos fuit emissa, ut pluries, & in Capitulis ma-
trimonialibus, & in Instrumento renunciationis
fuit specificè expressum, & repetitum, prout om-
nes similes renunciationes donationis causa emissæ
censentur masculorum, & agnationis favore, & se-
135 cundum morem regionis, & proinde nèc causæ
defectus, nèc læsio etiam enormissima allegari pos-
set, ut post omnes latissime tradit & probat. *P. Cas.
de Afflict. controvers. cap. 24. per tot.* Idq; ex eo cõ-
firmari cum constet amplissimis clausulis in eadem
renunciatione appositis D. Laudoniam etiam de
gravissima læsione (quæ minimè; nec enormis,
nec in obulu interveniebat) cogitasse, eamque ti-
tulo liberalitatis remittere voluisse juxtà doctrinã
Covarruv. in terminis etiam fortioribus cum scili-
cet filia aliunde dives hæreditati paternæ renun-
claverit nulla dote recepta *in cap. quamvis p. 3.
relect. §. 2. sub num. 6.* quod & expressè in spec e
filiæ renunciantis agnationis favore, probant *Moli-
na de jure primog. lib. 2. cap. 3. num. 30. Castill.
controvers. tom. 3. cap. 2. num. 96. Noguerol. alleg. 6.
nu 58. & seq.* Etenim renunciationum etiam nihi-
lo recepto justæ causæ sunt mos regionis, conjun-
ctorum affectus, & conservatio familiæ *P. Cas. de
Afflict. d. cap. 24. num. 51.* cum enim eà de causa
D. Laudonia vel se abstinuerit, vel cesserit, ut
agnationi donaret, non potest conqueri se læsam,
siquidem donare nil aliud est quam ultro perdere,
*l. filius familias 7. ff. de don. l. campanus 47. ff.
de oper. libert. qui autem donat eum necesse est vel
nunquam lædi, vel semper lædi* inquit *Anton. Fab.
in suo Cod. lib. 4. tit. 30. de rescind. vendit. def. 8.
num. 3.* Quodquæ præterea juramentum, quo
eadem D. Laudonia dictam renunciationem fecit,
& confirmavit, facit, ut illa neque læsionem alle-
gare possit, nèc ob læsionem ipsam renunciatio-
nem rescindendam postulare, quo latè probant
*DD. à Covarr. relati in d. cap. quamvis p. 3. §. 4. nu.
2.* subdens ipsè nihil quo ad hoc interesse an jure
deferendo, vel delato renunciatum sit, quemadmo-
dum & nihil referre an enormis vel enormissima
læsio fuerit verius putat *Pinell. ad l. 2. de rescind.
vend. par. 3. cap. 1. sub num. 7. & 8.* Quin magis
si hujusmodi renunciatio fuerit geminata, & cum
intervallo temporis reiterata ut in nostra specie
quippe D. Laudonia alium fecit in capitulis ma-
trimonialibus dum nubebat, & aliam post nuptias
post septuaginta dies, in domo viri, ut propterea
locum sibi faciat doctrina, quam in terminis fortio-
ribus argumento *text. in l. sive a me C. ad S.C. Vel-
lejan.* & conclusione in specie notata à *Philip. Dec.
in cons. 181. col. penult. & final.* tradit *Covarru. in
dict. cap. quamvis §. 4. num. 6. in fin. vers. octava
conclusio.* scilicet quod renunciatio hereditatis pa-
136 ternæ delatæ, vel deferendæ facta à filia etiam
minori, si fuerit geminata, & juramento præstito
poterit non rescindi adhuc ratione gravissimæ læ-
sionis, cui per geminatam, renunciatum esse præ-
sumi.

sumitur, quod adeo procedit, ut dixerint DD. quos superius allegavi nu. 96. quod in actu geminato error non præsumitur, sed plena deliberatio, & nihil opponi potest.

Quo ad Tertium

Nec quod metus reverentialis prætextu possit renunciatio annullari, vel rescindi.

EX metu tandem nonnisi reverentiali gratis allegat adversarius fuisse inductam D. Laudoniam ad renunciandum in patrui beneficium, sed cum nihil penitus de eo fuerat adductum, neq; probatum, nec de læsione quidquam constet, quinimo, & constet quod ipsa majoris fuerit etatis an-
139 norum nempè viginti, & virago, ut notum est, & in domo viri, ad eam jam traducta post septuaginta dies promissam fecerit renunciationem, & juramento, & insuper septennii silentio, & dotis exactione confirmaverit. Nec iis, quæ in terminis fortioribus latè scripsit *Altograd. lib. 1. cons. 1. a num. 56.* nec ulla alia refutatione hoc argumentum opus habere censeo.

CAPUT II.

De validitate dispositionis feudorum Nicolai Mariæ de Summa senioris Principis Collis.

ILlud huc usque egi, ut probarem, D. Laudoniam sua renunciatione, Paternam in feudalibus successionem, etiam si ad ipsam jure pertinuisset, amisisse, nam ut ex *Ulp. in l. his qui hæres 13. ff. de acquir. hæred.* habetur, *is qui hæres institutus est, vel cui legitima hæreditas delata est repudiatione*, idest renunciatione *hæreditatem amittit.*

At modo, non tamen eo sensu quo adversarij vellent, verius esse affirmamus, nihil eam renunciasse, etenim si ut *Paul.* ait *is potest repudiare, qui & acquirere potest l. is potest 18. ff. de acquir. hær.* & *nolle adire hæreditatem non videtur, qui non potest adire.* juxtà sententiam *Ulp.* in *l. nolle 4. ff. eod.* Nam *quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest l. qui potest in fine 174. ff. de reg. Jur.* siquidem ut ibidem *Gothofred.* notat *repudiatio est quadam privatio, quæ subjectam aliquod præsupponit*, utique D. Laudoniæ renunciatio nulla fuit, & irrita, non ob aliquem solemnitatis, vel voluntatis defectum, sed quia hæreditatem paternam alteri justo Patris Testamento relictam, & à qua ipsa fuerat exclusa habere non poterat, &
141 ideò nec illam repudiare, vel renunciare poterat.

Paternum autem Testamentum nullam voluntatis, vel solemnitatis exceptionem patitur, & habet etiam, quod ad feudalia S. C. M. generalem assensum, quo hujus Regni feudatarijs permittitur pro conservatione feudorum in propria familia, exclusis fœminis, etiam proximioribus disponere in beneficium illius masculi de familia, qui si fœminæ non extarent succederet. Solum igitur restat inquirere, an q. D. Princeps Collis testator ad assensus formam masculum de familia, qui exclusis, vel non extantibus filiabus, & inter ipsas Dom. Laudonia successurus fuisset, ist: fuerit, vel quomocumque modo in ejus beneficium disposuerit. Qua in re de duobus masculis cadit inspectio, s. de Nicolao Maria juniore testatoris, ut initio diximus nepote ex filia descendente, & ex fratre certiogenito etiam nepote, sed collaterali, & hodierno possessore, & successore eorumdem feudorum, & uti tali ad illorum relaxationem convento, quem uti descendentem instituendum fuisse contendunt, ac novo, & minime æquo arguendi genere ejus jurib. & persona uti volunt, ut illum à successione excludant, atq; ad ipsum in terminis gratiæ successionem pertinuisse certant, ut deinde ea illum spoliare valeant, quod maximè iniquum videri potest: Et de Fabritio Marchione Circelli fratre secundogenito, quem pariter ante tertiogenitum qualis erat Franciscus instituendum fuisse ajunt. Et propterea Franciscum collateralem, & postea natum non fuisse illum masculum, qui fœminis non extantibus successurus fuisset, ac ideò neque illum, qui ex assensu gratiæ institui poterat, sed is masculum censendus potius erat, vel nepos descendens, vel frater secundogenitus testatoris. Verum non horum aliquem in nostra facti specie obstitisse, quin Franciscus à testatore, qui supradictæ gratiæ beneficio uti volebat, rectè institutus fuerit, duobus proximis in hoc judicio ostendere aggredior.

ARTICULUS I.

Quod D. Nicolaus Maria junior superstite Francisco eius patre non erat ille masculus, de familia, qui si fœminæ non extitissent successurus fuisset.

TEnor gratiæ, ut apertè constat in illum dispositionem permittit, qui si proximiores fœminæ non extarent, succederet, dum tamen in eo
142 duo concurrant scil. ut sit masculus, & sit etiam de familia acquirentis vel potius disponentis de feudo, ut patet ex his verbis *possano disponere delli detti feudi, e titoli in beneficio di quel mascolo delle loro famiglie, quale nel tempo delle dispositioni succederia non essendovi femina in proximiori grado*, Itaque non omnem masculum, qui non extantibus fœminis proximior, & successor esset, considerat, at illum tantum, qui de familia sit.

Sed D. Nicolaus Maria junior uti descendens ex filia q. D. Nicolai Mariæ senioris testatoris non est, nec esse potest de ejus familia; Igitur deficit in eo qualitas, ad quam potissimum respexerunt, & supplicantes, & largientes gratiam, & quæ causa fuit finalis, & impetrationis, & concessionis, ac propterea cessare etiam debet in eo gratiæ dispositio, & assensus, quoniam uti descendens, qui a non de familia, non erat ille masculus, qui juxta tenorem gratiæ successurus fuisset non extantibus fœminis, & ideò neque ille in quem ex forma ejus-

 K 2 dem

dem gratiæ institutio, seu dispositio facienda erat.

Quod autem *uti descendens* q. Principis Nicolai Mariæ senioris, Princeps Nicolaus Maria junior ejus ex filia nepos, neq; de familia avi testatoris, neque de gente & agnatione nobilium de Summa sit, apertissimi Juris est. Etenim ut alias familiæ acceptationes, de quibus *in l. pronunciatio 195. ubi DD. ff. de verb. significat.* omittamus; constat enim, ut ibi *Vlp.* ait quod *in res, & in personas deducitur*, in re tamen de qua agimus *familiæ appellatio refertur, & ad corporis cujusdam significationem, quod aut Iure proprio ipsorum, aut communi universæ cognationis continetur*, ut idem *Vlpian.* inquit hoc est, ut *DD.* explicant familiæ nomen juxta proprietatem sermonis, & in specie capiatur, & in genere. In specie familia dicitur, quæ unius descendentes, & ejus potestati subditos continet. In genere verò, quæ universam cognationem etiam collaterales comprehendit, ità post alios *Menoch. lib. 4. præsumpt. 88. num. 2. & cons. 233. num. 15. lib. 3. Decian. cons. 86. nu. 29. lib. 5. Peregrin. cons. 149. num. 6. lib. 5. Barth. Stella inter Cons. Fusar. cons. 19. num. 4.* & alii quos citat *Mar. Albergh. etiam inter Cons. Fusar. cons. 18. num. 11. vers. secundo prælatar*. Quod idem ipse *Vlpian.* latis declaraverat inquiens, *Jure enim proprio* (quod idem est, ac in specie) *familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate &c. communi* verò *Jure*, idest in genere, *familiam dicimus omnium agnatorum*; nam cum quis aliqua occasione, vel ab ipso sumptum, vel ab aliis datum sibi suæque domui aliquod nomen, sive cognomen imponit, quo suum genus, & familia ab aliis diducatur, & distinguatur, eique arma, & insigna propria addit, quib à cæteris facilius dignoscatur, familiæ gentis, & generis author, & dux dicitur, & donec ipse vivit, & familiæ Princeps est una dumtaxat familia, & proprio, & communi Jure ejusdem generis, & gentis vocatur. *Cum autem is Paterfamiliæ moritur, quotquot capita* (*Vlpian.* ait) *ei subjecta fuerint, singulas familias incipiunt habere, singuli enim Patrum familiarum nomen subeunt*, & ita quæ una familia, ac stirps fuerat, in plures stirpes, & familias deducitur, sed est prosequitur Ulpianus, *Patrefamilias mortuo singuli singulas familias habent, tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, rectè ejusdem Familiæ appellabuntur; qui ex eadem domo, & gente proditi sunt*, ut scilicet proprio jure singuli singulas familias habeant, communi autem jure ejusdem familiæ, & gentis, cui illa prima nomen dedit, omnes esse dicantur; atque hoc in omnibus aliis deinceps descendentibus familiis, eodem jure procedit; possunt enim, & singulæ in plures alias dividi, & propagari; sed tamen semper idem primum genus, & gentem, atque familiam communi jure retinebunt, quod innuere videtur *Vlpianus ibid. in fin.* scribens. *Item appellatur familia plurium personarum, quæ ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur. sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ*; ut etiam elegantèr declarat. *Jacob. Ravard. lib. 5. var. toto cap. 6.* qui ità demum *num. 11.* concludit *Est igitur una familia, ad quam omnes stirpes referuntur, & illa gentis nomine appellari consuevit. Sunt etiam aliæ, quæ ex stirpibus constant. Quot enim unius generis diversæ stirpes sunt, tot dem diversæ ejusdem gentes familiæ sunt.*

143 His positis animadvertendum ducimus, quod in familia, seu proprio, seu communi jure accepta, hoc est sive in generali sive in speciali significatione continentur liberi, consanguinei, & agnati, liberi sunt omnes descendentes, qui inter suos cõnumerantur, & in potestati sunt, sive masculi, sive fœminæ sint ad *Text. in l. liberorum ff. de verb. significatione juncta d. l. pronunciatio eod. tit. l. cum ratio 7. ff. de bon. damn.* Consanguinei fratres, & sorores ex eodem Patre: Agnati verò sunt cognati virilis sexus ex eodem orti, *l. 2. in principio ff. de suis, & legit. Jacob. Ravard. dict. cap. 1. var. lib. 5. num. 13. 14. & 15.* Undè cum etiam liberi, qui sui sunt, inter se consanguinei; & agnati sint, apparet idem esse, ac in significatione familiæ, & agnationis nomen, ut propterea invicem convertantur, & is dicatur de familia saltim communi jure accepta, qui adgnatus est, atque is dicatur adgnatus, qui est de familia. Deindè animadvertendum est, quòd quamvis fœminæ de familia, ut diximus sint, tamen *fœminarum liberos in familia earum non esse, palam est*, inquit *Cajus in l. familiæ 196. de verb. significatione, quia qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur.*

Itaque, ut ad nostram speciem hæc adaptemus, si D. Nicolai Mariæ Senioris familiem in utraque, significatione inspiciamus, in specie, scilicet, & in genere, seu quam proprio ipsius jure, ac cujus ipse Pater, & Princeps erat, & quam communi jure universæ adgnationis de Summa, in qua, & ipse continebatur habebat. In neutra acceptione Princeps Nicolaus Mariæ junior uti filius D. Beatricis,

144 & nepos descendens ex filia avi Principis Collis ullo modo esse, vel dici potest de ejus familia. Nam ut non loquamur de toto genere, & gente hujus cognominis de Summa, sed magis ad rem nostram de descendentibus ex corpore Ferdinandi primi acquisitoris, seu possessoris hujus Principatus Collis, qui respectu ejus feudorum successionis, familiæ Princeps, & auctor, ac Dux dicitur; constat, quod donec ipse vixit jure proprio familiam habuit, in qua continebantur Nicolaus Maria senior, Fabritius, & Franciscus filii eo ordine, quo scripti sunt nati, et si qui alii filii, filiæve ipsius erant. Ipso autem mortuo singuli ejus filii, qui in ejus potestate fuerunt separatas, & proprias stirpes, & familias constituere, & habere cæperunt, itaut etiam Nicolaus Maria Senior, aliam Fabritius, & aliam Franciscus proprio jure familiam habuerint, & sicut in familiæ Nicolei Mariæ Senioris fuerunt Hyppolita, Beatrix, & Laudonia ejus filiæ, & sub ejus potestate natæ, ità in familia Fabritii fuit ejus filia Ducisse Caivani, & in familia Francisci Nicolaus Maria Junior ipsius similitèr filius, & proindè suus, & in potestate; quia tamen isti omnes patresfamilias sub Ferdinandi potestate fuerunt, & ex eadem domo, & gente ipsi, & eorum liberi prodiei sunt, rectè etiam, & omnes ejusdem familiæ communi adgnationis jure appellabuntur, Sed nullo prorsus modo D. Nicolaus Maria Junior filius D. Beatricis, & ideò Nepos descendens D. Nicolai Mariæ Senioris erit hoc respectu de familia, vel propria, & in specie prædicti ejus avi, vel in genere, & communi jure adgnationis de Summa; quia cum ut diximus, in familia sunt, vel sui, vel consanguinei, vel adgnati & na-

145 & nati ex fæmina, neque sui, neque consanguinei, neque adgnati sint, etenim *nulla fœmina habet suos haeredes*, *l. nulla* 13. *ff. de suis, & legit.* & consanguinitatis itemque adgnationis jura à patre oriuntur, *l. si spurius*, 4. *ff. unde cogn.* non erit igitur Nicolaus Maria Junior uti filius Beatricis de familia avi Principis Collis, neque de gente, & familia de Summa in genere sumpta, quia licet ipsa Beatrix prædictæ familiæ sit; Non tamen ejus filij ejusdem familiæ erunt, quippè filii patris, & non matris, familiam, & adgnationem sequuntur, *§. fin. instit. de patr. potest. d. l. pronunciatio* 194. *in fin. & l. seq. ff. de verb. significat. Bald. in l. unica num.* 5. *C. quan. non pet. part. Paris. cons.* 51. *num.* 27. *lib.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 69. *num.* 38. *lib.* 3. *Mantica de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 16. Et ideò ipse Nicolaus Maria junior in familia patris sui Francisci, quàm proprio Jure habebat, fuit, & quis uti talis à quon. Principe Ferdinando per mares descendit est etiam communi Jure, cum alijs stirpibus, & familijs ab eodem capite progressus universæ familiæ, & adgnationis de Summa, & hoc respectu adgnatus, tàm Nicolao Mariæ seniori avo suo materno, quã ipsi Beatrici matri, quoniam, & hæ personæ ab eodem quondam D. Ferdinando etiam per mares originem ducunt, & licet alterius stirpis sint ejusdem tamen adgnationis, & familiæ; cujus, & Franciscus pater, & ipse ejus filius communi jure sunt, Itaque ipse Nicolaus Maria junior uti nepos descendens ex filia non erat de familia Nicolai Mariæ Senioris quocumque Jure sumpta hoc est, sive proprio, sive communi, Jure, sivè in genere, sivè in specie accepta, sed uti ex fœmina descendens erat ei dumtaxat cognatus, Uti verò filius Francisci, & in ipsius potestate, & familia, & sic nepos collateralis dumtaxat erat illi, & matri suæ, ut diximus adgnatus. Atque ideò in terminis hujus gratiæ Nicolaus Maria Junior consideratus tamquam nepos descendens, quia uti talis non erat de familia testatoris licet masculus, non debuerat, nec poterat institui, ut enim filiæ testatoris beneficio gratiæ uti volentis, quamvis essent de familia ipsius, quia tamen fœminæ, & non masculi erant, rectè potuerunt non institui, ità, & Nicolaus Maria licet nepos masculus descendens, tamen quia uti talis non erat de familia, non fuit ille masculus in quem dispositio servata forma gratiæ fieri potuisset. Si verò idem Nicolaus Maria inspiciatur tamquam filius Francisci, & *ita* adgnatus, & de familia, neque etiam est is masculus, qui poterat institui, quia hoc respectu erat nepos collateralis testatoris, & patre suo testatoris fratre uno gradu remotior, quamobrem non poterant ad illum referri verba gratiæ, illum tantum masculum de familia, qui fœminis non extantibus succederet institui permittunt. Itaque quia Nicolaus Maria Iunior, Nicolao Maria Seniori diversa ratione erat cognatus, & adgnatus & uti cognatus licet descendens non erat de ejus familia, ac uti adgnatus erat uno gradu remotior, & ideò non is masculus, qui fœminis non extantibus succederet, deficit proptereà in eo respectu lineæ descendentis familiæ, & respectu lineæ collateralis proximitatis in successione qualitas, quarum utraque ex forma gratiæ necessario requiritur, nec sufficit alteram tantum adesse. Igitur neutro respectu est, vel fuit ille masculus, qui institui poterat, vel debuerat.

Neque ut putamus existimabit aliquis nimia nos subtilitate in una, & eadem persona secernere adgnationis, & cognationis, ac proximitatis, & familiæ Jura, & qualitates, cum satis evidens sit, non tantùm Civili Iure, sed etiam Prætorum æquitate inspecta, has omnes qualitates, & Iura, in una & eadem persona strictiori modo, & immutabili lege
146 fuisse semper animadversas ut constat *ex l.* 2. *ff. und. legit.* his verbis. *Si repudiaverint sui ab intestato bonorum possessionem, adhuc dicemus, obstare eos legitimis, hoc est, his quibus legitima potuit deferri hereditas idcircò quia repudiando quasi liberi bonorum possessionem: hanc incipiunt habere, quasi legitimi*, & in *l.* 1. *§. sed videndum ff. de success. edict.* ita *Ulp.* loquitur. *Sed videndum est, an inter cæteros ipse quoque qui exclusus est, admittatur; utpotè filius est in potestate: delata est ei bonorum possessio ex prima parte, unde liberis defertur: exclusus est tempore, aut repudiatione: cæteris defertur: sed utrum ipse succedat sibi ex hac successoria parte? & magis est, ut succedat, ut unde legitimi possit petere, & post suo ordine ex illa parte, unde proximi cognati vocantur: & hoc Jure utimur, ut admittatur; poterit igitur ex sequenti parte succedere ipse sibi.* Ecce igitur quomodo unius persona plures habere potest qualitates, & Jura ad unius successionem Unde mirum videri non debet, si & nos unam, & eamdem personam alio respectu considerandam esse, ut descendentem, & alio, ut collateralem, & aliter uti cognatum, ac aliter tanquam adgnatum substineamus.

Hac autem adhibita distinctione prout Iure, & necessario adhibenda est, scilicet Nicolaum Mariam juniorem uti descendentem non esse de familia, neque adgnatum, & uti trasversalem licet de familia, & adgnatus sit, tamen quia remotior patre, non erat is, qui succederet si fœminæ non extarent. Refelluntur omnia argumenta, & rationes, quæ in contrarium adducuntur.

Nam dum primo dicitur uti descendentem fæminis non extantibus fuisse successurum, omnibus transversalibus exclusis. Respondetur in specie hujus gratiæ, quæ non tantum *masculum*, qui feminis non extantibus succederet instituendum exigit, sed etiam *ut sit de familia* acquirentis, vel possessoris requirit, frustra desiderari descendentis
147 qualitatem quando ex eadem *non* sequitur, ut de *familia* sit, & adgnatus; ut pulchrè advertit *Joan. Anton. Bellon. cons.* 2, *numer.* 78. & 79. Et proindè deficit alterum requisitum ex forma gratiæ. Cùm verò additur fuisse eundem descendentem etiam adgnatum, & de familia erat ex latere, & non uti descendens, & ideò nil pertinet collateralis familia, & adgnatio ad successionem, quàm ex descendenti linea substinere prætendunt quemadmodum idem *Bell.* considerat *sub n.* 81. & *n.* 73. inquiens quod quando duo sunt vincula, quorum unum attenditur in successione, alterum verò non, licet ambo concurrant in una persona, non tamen illa consideratur, ut habens duo vincula, sed ut unum scilicet illud, quod attenditur *l.* 1. & ibi *Bald. num.* 4. *C. de legit. hered. Socc. sen. cons.* 89. *nu.* 22. & 23. *vol.* 4. *Ant. de Rosell. in tractat. de success. ab intest. n.* 167. *Dec. cons.* 444. *n.* 6. *Paris. cons.* 59. *n.* 2. & 44. *lib.* 3. & alii apud illum.
148 Et demum dum inquiunt per Beatricem quæ adgnato, & in familia nupsit, atque per ejus filios potuisse conservari feuda in familia, & propterea cessare in eis rationem concessionis gratiæ, quæ so-

la

la fuit ne feuda per fœminas in alienas familias transirent, & insuper addunt, quamplures *Doctorum* authoritates, qui scripserunt in specie, in qua fœminæ sunt à successione exclusæ favore adgnationis, & familiæ, si ipse in familia nupserint, masculos ex eis qui inspecta matris linea sunt proximiores, licet ex patris linea remotiores sint, præferri in successione masculis ex masculis licet proximioribus adgnatis, quos omnes *Doctores* videre licet apud *Bartoll.Stell.* hujus sententiæ acerrimum propugnatorem *inter cons.Fusar.cons.* 19. *per totum*. Dicimus; quod præterquam contrariam sententiam scilicet non inspici proximitatem ex parte matris, nec quod per fœminam nuptam in familia bona in adgnatione conserventur, sed quod omnino spectanda sit proximitas ex parte patris, ex quo latere quis adgnatus, & de familia est docuerunt complures alii *Doctores* maxime auctoritatis, & nominis optimis argumentis, & rationibus ducti, ut ex *Paris.cons.1.nu.58. & 59. lib.3. Curt.sen.cons.63.num.17. vers.& fortius Soccin.sen.cons.40. num. 13. cum seq.inter cons. ejusdem Curt. Alex. Revard.var.resol. cap.39. nu.409. Paul.Leon.cons.23. num.28.*ac *Lancel.Dec.Ambros. de opin.Rim.Sim.de Pret.Francis.Curt.Jas.Curt.jun. decis. Senat. Pedam.* luculenter probant *Mar. Albergh.inter Cons.Fusar.tot.cons.18. & ex Curt. jun. cons.117.vers.circa secundum Decian.cons.1.num. 291. vers.neque obstat,& nu.seq.vol.1.Joan.Anton. Bellon.d.cons.2.à num.68. usque ad fin.* qui omnibus, quæ in contrarium adducuntur, vel dici possunt optimè satisfaciunt.

Animadvertendum insuper est Doctores ex adverso allegatos, vel loqui in specie à nostra diversa, ut de pluribus considerat *Albergh.d.cons.18.sub num.* 12. vel ferè omnes de fideicommisso favore adgnationis, & familiæ à Testatore inducto, qua in re duo à nobis consideranda videntur. Unum,
149 quod omnes *Doctores* ex adverso adducti absq; controversiam supponunt, & admittunt, natum ex fœmina in familia nupta ex linea matris esse cognatum, & dumtaxat ex patris linea de familia, & adgnatione dici, neque alicui ipsorum in mentem venit posse ex linea materna considerari, ut adgnatum de familia. Alterum quod hunc ex matre quolibet alio de familia, & adgnato proximiorem cognatum, & ex patre adgnatum ulteriorem, ea ratione citeriori adgnato præferendum censent, quia cum per istum æque, ac per alium proximiorem agnatum bona conservari in familia possint, videtur illis quod si testator cogitasset per descendentes masculos ex familia adgnationis, & familiæ nomen servari, & retineri potuisse, certe disposuisset, ut filiæ filii succederent, licet qua ex parte adgnati aliis remotiores essent. Cum satis sit, quod per suos descendentes familiam conservari
150 posse videret, ut aliis Collateralibus, licet qua adgnati proximioribus præferre eos voluisse præsumendum sit, & ità illum interrogatum responsurum fuisse putant; ac proinde id servandum, & attendendum esse voluut, quod verisimiliter testator disposuisset *ad tex.in l. Titius §.Lucius Titius ff.de lib.& postpum.* & ibi *Bart. Castr. Alex. & Jas.* latè *Mantica,de conject.ultim.volunt.lib.3. tit.19. num.4.*& in his nostris terminis *Bartolom. Stell. in d.cons.19.int. Cons.Fusar.num. 18.in fine, & num. 59.* Itaque totum deferunt præsumptæ testatoris voluntati, quæ ut notum est, totum operatur in ultimis voluntatibus, & quam semper investigandam, & potissimum attendendam jura sanxerunt, contrarium sine dubio dicturi ubi hæc voluntatis præsumptio locum non haberet, vel quoties ipsa testatoris voluntas lege vetante, vel impediente nil efficere potest, vel immutare.

151 Quapropter cum in nostra specie cesset omnis Testatoris voluntatis præsumptio, & consideratio, cùm quia nepotem ex filia tempore testamenti natum sciens, & volens non instituit, tùm etiam quia versamur in feudis; in quorum successione nequit testator sua voluntate aliquid disponere, vel mutare de eorum natura, nisi intra terminos à lege feudali, vel assensu Domini ei præfinitos cumque in hac specie Dominus dumtaxat consenserit, ut dispositio fieret in illum masculum de familia, qui succederet fœminis non extantibus, *ut in capitulo gratiæ*, non est videndum, cui potius testator successionem feudorum deferendam voluerit, sed quem ex forma ei præscripta instituere potuerit, qua in re cum satis ut diximus constet apud omnes *Doctores*, etiam illos, qui ex adverso allegantur, masculum natum ex fœmina in familia nupta, ex qua parte a fœmina originem trahit cognatum, & solum ex patre adgnatum, & de familia esse; nemo jure dubitare poterit, quin hic nepos qua descendens cognatus, & non de familia: ac ideò non is, quem ex forma gratiæ instituere liceret, fuit, qua vero ex parte adgnatus eodem uno gradu remotior, & propterea non is qui lege feudali succederet, si fœminæ non extarent. Etenim, ut sæpè diximus: duo simul in eo, qui ex forma gratiæ ad feuda vocandus est, ut concurrant, oportet unum quod sit de familia, & alterum, ut etiam qua talis, sit ille, qui fœminis non extantibus disponenti succederet, & alterum, sine altero non satis est; quare neque masculus proximior, qui fœminis non extantibus succederet, est is, de quo gratia loquitur, nisi sit etiam de familia, neque is, qui est de familia, nisi sit proximior cæteris masculis, idest is de familia, quem alius etiam de familia non præcederet, neque illo proximior esset, & ideò si fœminæ non extarent, succederet; Is autem non erat D. Nicolaus Maria Junior, quia qua descendens non erat de familia, & qua de familia non proximior, & non is qui succederet, si fœminæ non extarent, & ideò quomodocunque consideratus semper deficiebat in illo alterum ex gratiæ requisitis. Non debuit igitur, nec potuit institui.

Quamobrem etiam si vera existimanda esset illorum *Doctorum* opinio, qui in fideicommisso pro familia, & adgnatione inducto voluerunt ulteriorem adgnatum excludere citeriorem, si ipse remotior, qua adgnatus, sit tamen, utpotè natus ex fœmina in familia nupta, qua cognatus proximior, contrarium tamen in feudis censendum esse suadet, & probat, cùm ipsa juris ratio, tùm rerum aliàs judicatarum auctoritas, ac etiam communis omnium *Doctorum* sententia.

Et quidem ratione suadetur, nam in fideicommissis totum operatur testatoris voluntas, quæ seu expressa, seu præsumpta, vel conjecturata legem successionis ponit, & aufert; ac omne dat, & adimit, quod secùs est in feudis; in quibus arbitrium, & voluntas disponentis nil efficere potest, nec aliqua in parte naturam successionis mutare; quapropter nil mirum si in fideicommissis, aliquibus

visum fuerit, præferendum in successione descendentem à testatore, licèt ex fœmina: dum tamen ex patre sit de familia, & in eo adgnatio conservari possit, quē testatoris voluntas, & dilectio verisimilitèr prætulisset, quòd tamen frustra in feudis attenderetur, in quorum successione testator etiam expressè volens, nil præter ejus naturam inducere potest, quam rationem in his nostris terminis considerat *Bartholom. Stell. d. cons. 19. col. fin. in vers. nec etiam poterat.*

Probatur etiam rei per Senatum Pedemontanum clarorum virorum consensu semper insignem aliàs judicatæ authoritate, ubi cum quæreretur de successione feudorum intèr collateralem adgnatum, & nepotem descendentem ex filia, ac ex patre etiam adgnatum, quæ species à *Thesaur.* relata in *quæst. 100. lib. 1. quæst. forens.* nulla in parte differebat ab hac nostra, nisi quatenus illius nepotis jura fortiora videbantur: quoniam fuerat etiam ab avo materno adoptatus cum consensu Principis, qui adoptionem confirmaverat, & valere voluerat etiam in præjudicium agnatorum, nam de cætero, & ipse nepos ex filia erat etiam, ut hic noster de familia, & adgnatione masculina avi materni adoptantis, cum esset filius, ut *Thesaur. sub num. 7.* inquit, proximioris agnati, qui in feudo mortuo avo cum aliis ejusdem gradus succedebat, & sic non excludebatur à successione, nisi per unum gradum, quemadmodum, & noster Nicolaus Maria Iunior de quo similitèr dicendum est, quòd in dicto nepote fuit in dicto Senatu Pedemont definitum: scilicet quod non potuerit ad feudorum successionem eligi, & vocari, quia altero adgnato uno gradu potiorior, ut in *d. qu.* refert *Thesaur. sub num. 8. & num. 22.* ac ex eadem ratione probat etiam *Bartholom. Stell. in d. cons. 19. col. penult. vers. quo verò ad id.*

154 Et demum comprobari etiam videtur communi omnium Doctorum sententia. Nam si de illis loquamur, qui ut supra retulimus, docuerunt adgnatum remotiorem, quantumvis ex matre proximiorem cognatum excludi in successione fideicommissi pro familia, & adgnatione constituti, ab agnato proximiori, nulli dubium erit, quin & multo magis in feudorum successione hoc dicendum senserint. Si verò illos attendere velimus, qui specialiter de feudis loquuti sunt, quos inter *Doctores* ex adverso allegatos constat esse dumtaxat illos, qui in causa familiæ de Scarampis consuluerunt *ut Jason. cons. 9. Soccin. cons. 10. Joan. Campeg. cons. 11. inter cons. Alb. Brun. & Curt. Jun. cons. 1.* etiam ipsi pro ac quam asserimus sententia stare videntur. Nam quatenus in *dictis consiliis* pro descendentibus ex filia, quia & ex patre etiam adgnati, & de familia erant respondisse videntur, ponderandum est primo, quod in hoc articulo firmiter non inhæserunt, quoniam eadem causa, ut ex *dictis consiliis* constat, plures patiebatur inspectiones, & multos habebat exitus, ex quibus solvi controversia poterat etiam illo articulo non definito. Deinde, quod eatenus pro descendentibus ex filia consuluerunt, quatenus ea in specie tenor investituræ, qui ut *Jason. in dict. cons. 9. nu. 3. cap. 1. de duobus fratr. à capit. investit.* & ibi *Bald.* ac *Soccin. etiam in d. cons. 10. num. 4.* inquiunt derogat omni Iuri, & naturæ feudorum, fuerat pro hæredibus, & successoribus quibuscumque masculis de domo, sivè parentela de omni stipite nobilium de Scarampis ex cujus investituræ tenore argumentum, quod fieri poterat, ut scilicet filiæ feminæ excluderetur à successione eorundem feudorum, sicut ipsa fœmina tam ex forma investituræ, quam de Iure communi feudorum excludebatur *Jas. in eod. cons. 9. num. 7.* his verbis solvi posse putavit. *Respondetur, quod istud procederet, nisi tenor investituræ derogaret huic naturæ feudorum ut facit in proposito nostro, quia est potentior tenor investituræ omni natura feudorum, ut supra proximè fuit deductum, sed investitura Joannis cantat pro hæredibus, & successoribus quibuscumque masculis; unde ponderanda est illa dictio universalis quibuscunque successoribus, quæ alterat naturam feudi, & facit ut etiam descendentes ex fœmina dummodo sint masculi ad ista feuda admittantur, quia per illam dictionem universalem quibuscunque appositam in investitura feudum porrigitur etiam ad extraneos hæredes, & sic ad personas penitus inhabiles, & alienas à feudi successione. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. per quem text. ita notab. decidit Bald. in l. 1. ff. de ver. oblig. in 34. & 45. & 48. q. & in c. imperialem in princ. in 6. col. de prohib. feud. alien. per Federic. & in cap. in præsentia in 8. col. ad fin. de prob. D. Alexander in l. si patron. in princ. in pen. col. ff. ad Treb. facit. tex. in c. pen. si de feud. fuer. controv. int. Dom. & Agn. Unde cum in casu præsenti mortuus sit novissimè Franciscus, & consequenter non supersint alii masculi de linea Joannis nisi isti duo Nicolaus, & Aluisius, qui sunt masculi, & de Parentela de Scarampis, & de linea propria descendenti Joannis. Ergo licet descendant ex fœmina tamen admitti debent propter illum terminum universalem quibuscumque successoribus appositum in investitura per quem admittuntur etiam penitus extranei ergo fortius admitti debent isti masculi licet descendant ex fœmina cum sint de stipite de Scarampis, & descendentes de linea propria Joannis acquisitoris, & sic ei sanguine valdè conjuncti: ergo longe plus Juris habent, quam extranei* atque his similia scribit *Curt. in d. cons. 1. à nu. 1. Joann. Campeg. d. cons. 11. sub num. 1. & Socc. in d. cons. 10. à num. 1. usque ad 8. qui num. 7.* inquit quod ex illis

155 verbis, de domo, & agnatione, ex omni stipite nobilium de Scarampis, non restringuntur præcedentia verba pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, ad alium finem nisi, ut alii qui sunt de alia domo non admittantur, non autem ut inter ipsos de familia servanda sit gradus, & proximitatis prærogativa, sed dumtaxat hæreditatia qualitas, sivè ex testamento, sivè ab intestato succedatur, nam ut *Campeg.* advertit *sub nu. 1.* satis ex mente Domini concedentis, & illorum quibus feudum concedebatur illi nobili familiæ consultum videbatur, si feudum non exiret de familia, & sic videntur, ipse inquit, voluisse dictum feudum posse relinqui per unum de familia quibuscumque de eadem familia. Quod cum longe diversum sit in nostra specie, in qua tantum de familia institui permittitur, qui succederet si fœminæ non extarent; ac proinde remotis fœminis, quæ hujus Regni Iure tantùm admittuntur, & communi feudorum sunt exclusæ, natura successionis feudi non mutata, sed magis inducta, & confirmata videtur, ita ut nil posset præter eam voluntas testatoris disponere, non videtur certè ullo modo ambigendum, quin prædicti peritissimi con-

sulentes

sulentes, qui in illa c. i. a. t. tam consultationum vim posuerunt in tenore investituræ, quæ naturam feudi mutaverat, et nullo autem modo considerandum duxerunt, quod Nicolaus, & Aniulius tanquam nati ex fœmina nupta in familia, ut adversarii vellent, potiores habendi essent omnibus agnatis respectu proximitatis maternæ ipsis remotioribus, contrarium responsuri essent in hac nostra specie, in qua nil permissum est testatori præter naturam feudi nisi solum, ut fœminas possit excludere: masculum verò de familia proximiorem omnino, & strictè juxtà feudi naturam ad successionem vocatum tantummodo instituere, nec ullo modo ejus arbitrio illum etiam inter eos de familia eligere poterat.

Et demùm si eorum opinionē, qui in fideicommissis pro nato ex fœmina nupta in familia scripserunt, examinabimus, adhuc inveniemus eosdem in hac
156 specie pro nobis fentire. Etenim ipse *Barthol. us. Stell.* omnium, quæ pro illa opinione facere videntur toto prædicto *cons.* 19. collector, & propugnator, dum tamen decil. Fed montanæ, de qua *Thesaur. in d. qu.* 100. obicem repellere conatur, negare non potuit quin conveniat in successione feudorum, quam quod ipse in fideicommissis sustinuerat, decidendum esse cognosceret, & adgnatis gradum posteriorem, licet ex matris linea proximiorem, in successione tamen posthabendum fatetur, & ferè per totas *col. pen. & fin.* diversitatis rationes perpendit, ponderatque inquiens in fine ejusdem *consil.* quod cum in hac re diversa sit ratio inter fideicommissum, & feudum non licet sumere argumentum ab uno ad alterum ex *Riminal. Jun. in cons.* 3 . 2. *nu.* 53. et aliis.

Non igitur immerito diximus hanc communem omnium Doctorum sententiam existimandam esse, quam nullo pacto dubiam reddere possunt, si qui alij Doctores de ... loquentes eam in ... quod in ... fideicommissis ... ex fœmina proximioribus ad exclusionem ... m sectati videntur, quemadmodum nec ... sfiones in causa familiæ de S. Se ... erino, vel Caetanorum, aut successionis D... s Montis Leonis ex adverso ad ... ,con-
157 stat ... quod ... Doctores ... quamvis ... quæstionibus ... in successione venirent; tamen disputationes erant de fideicommissis super feudis cum assensu Domini ... , et ideò secundū terminos in fideicommissis regulatos, et nō secundū leges feudales, quibus ... di fideicommissa cum assensu ... rogatum ... batur, et feudorum natura mutare, definiendæ erant; undè nil mirum, aliquibus visum fuit in his controversiis amplectendam alteram DD. sententiam, quam adversarij probare vellent etiam in feudis, cum tamen, et in fideicommissis, ut diximus, non sit à pluribus recepta, et forte etiam deterior est.

Non tantum autem D. Nicolaus Maria junior, quia non proximior de familia, verum etiam ex alio capite non erat ille, qui succederet feminis non extantibus ob renunciationem scilicet maternam, quàm patri suo lum nuptui tr... fecerat amplissimam, omni modam, et ... quæ non tantum ipsam, sed omnes ejus filios, et descendentes in perpetuum ... debat. Qua in re nunciatione licet illum casum consi... erare vellemus, quo certum, et indubitatum est filios renunciantis excludi, nempe quando mater renuncians ut in nostra specie Patri suo cujus successioni renunciavit, supervixit.

Sed si attenta gratiæ concessione, quæ masculum de familia, qui succederet si fœminæ non extarent, permittit instituti. Matrem renunciantem, ac si non supervixisset veluti defunctam ante Patris sui obitum, & ideò non extantem fingere velimus: adhuc in ejus renunciatione tot speciali animadversione digna inspicere licet, ut meritò affirmandū sit D. Nicolaum Mariam ob D. Beatricis matris renunciationem à successione avi omninò exclusum fuisse, quamvis fingamus eandem D. Beatricem quando avus mortem obivit, non extitisse; Fuit enim ejus renunciatio, ut diximus omnimoda, et realis, cum pacto de non petendo, & per Aquilianam stipulationem, ac dote recepta, qua se vocavit contentam, et plenè satisfactam pro omni legitima, paragio, et portione, ac insuper in ca... fuit adiectum, ut liceret D. Nicolao Mariæ seniori renunciantis Patri disponere juxtà formam dicti Capituli gratiæ in masculum de familia. Ex quibus omnibus immò ex illorum singulis filii dictæ Beatricis etiam ipsa defuncta ante suum patrem exclusi ab avi successione fuissent, nàm quando renunciatio est realis, quod nec etiam filii renun-
158 ciantis admittantur ex propriis personis scripserunt post alios *Minad. cons.* 12. *num.* 2. & *Reg. Merlin. controv. to.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. *in fin.* quando verò cum pacto de non petendo, et per Aquilianam stipulationem, quod etiam descendentes excludā post *Dom. Præs. de Franch. decis.* 552. *nu.* 7. & *D. Reg. de Ponte cons.* 4. *num.* 11. & alios quos allegat scribit idē *D. Reg. Merlin. d. cap.* 5. *n.* 15. et demum quando filia renunciavit accepta dote, seque vocavit contentam sua portione etiam cum juramento, quod excludatur nepos à successione avi, cul... fuit renunciatum, etiam si non concurrat cum
159 fratribus matris renunciantis, sed cum remotioribus in gradu, est communis, et recepta *Doctorum* sententia, quia cum filia aliquod pro dote receperit, et sic portionem suam, excluditur nepos non tantum vi renunciationis, quantum vi successionis, quoniam dum ipsa successisse videatur non est tractandum, quod nepotes veniant per successorium edictum, *ità Bald. in l. pactum quod dotali ... de ... lat.* qui per hoc consuluit patri, si velit, quod nepotes ex filia non succedant, faciat quod filia cum Juramento vocet se contentam suæ portione, quem sequuntur *Alex. in cad. l. pactum Natt. in cap. quamvis col.* 81 *de pact. in* 6. *Aret. cons.* 90. *col. um.* 2. *Alex. cons.* 149. *col.* 3. *lib.* 7. *Dec. cons.* 181. *num.* .... *Ruh. Alex. cons.* 42. *col fin. Gabriel. cons.* 75. *col. pen. Par ... on* 27. *nu n.* 46. *cons.* 69. *num.* 70. & *in consil* 94. ... *fin.* ... 3. *Rolan l. ... nsi. t ... à num.* 11. *usque ad num.* 15. *lib.* 1. *Ludovic. Rom in ... in l. qui se ... ustitis num.* 7. ff. *de acqu ir. har. d. Dec. in l. pactum quem dotali nu.* 18. *C. de pact. Gugliel. Bened. in cap. Raynutius de testam. verbo duas habens filias nu.* 181. *Grammatic. decis.* 57. *num* ... et alii quos citat *Joann. Andr. de Georg.* qui dicit in hoc Doctores concordare in *allegat.* 29. *num.* 8. & *allegat.* 23. *num.* 43. *vers. secundo quando dote, ... legat.* 10. *nu.* 32.

ARTICULUS II.

Quod Marchio Circelli frater Secundogenitus, maximè ob suum consensum, & abdicationem institui ex forma gratiæ non debuit.

ETsi non absque ratione validisq; argumentis tentari possit, hunc quamvis secundogenitum fratrem, et de familia, ac proindè fratre tertiogenito in successione potiorem, non fuisse tamen illum masculum, in quem dispositio ex gratiæ facultate permitteretur, quia fœminæ tantummodò genitor masculum desperaverat prolem, et ideò nulla supererat spes, posse ex ejus successione feuda in familia conservari, qui maximus, et unicus fuit finis Impetrationis gratiæ, et propterea cessante in eo causa finali concernenis, et ipsa permissio, seù concessio cessare debuit ad vulgatam, latèque à scribentibus exornatam juris regulam.

160

Nihilominus ut non esset nobis in hoc laborandum ipsemet D. Marchio secundogenitus effecit, qui ut rem extra omne dubium constitueret fraternæ dispositioni publico, et jurato actu consensum præstitit, suumque locum abdicando, se de medio abstulit, quod ipsum facere potuisse etiam absque assensu in quæstionem vocari nequit, quippè hujusmodi actu nullum ipse contractum, vel rei feudalis distractionem gessit, nullumque jus ex sua persona in alium transtulit, sed tantummodò nà fratris primogeniti dispositioni in alterum familiam, et in ea feuda per virilem successionem, propagare idoneum obex ponetur, suam succedendi, licet adhuc incertam spem extinguere, et se hoc respectu, ac si in rebus humanis non esset, haberi voluit, quibus ex rationibus juris sivè deferendi, sivè jam delati abdicationem, seù abstentionem, vel repudiationem sine assensu Domini

161 validam esse receptum est *Afflict. in cap. Imperialem num.... de prohib. feud. alien. per Frideric. Freec. de subfeud. lib. 2. limit. 24. num....* qui licet loquantur in repudiatione juris delati, tamen pari ratione, et in jure deferendo locum id habet, ut advertunt *R. Salernit. dec. 14. nu. 7. Camil. de Medic. consf. 336. num. 12.* et in terminis consensus, seù renunciationis factæ a filio primogenito patri in favorem aliorum fratrum satis agitatum, et decisum fuit in Regia Camera in causa feudi Tullæ, quicquid contra scripserit *Joannes Vincentius Anna*, ut testantur *Domini Regent. Salernitanus d. dec. 14. & Reverter. decis. 155.* quas in eadem causa luculentèr compilaverunt; et in specie fratris

162 secundogeniti consensum præstantis refutationi à primogenito sorori immediatè successuræ ipso secundogenito non extante in medio consuluit, et probavit idem *Camill. Medic. dict. consf. 136. à nu. 7. usque ad 14.* ubi *nu. 15.* indubitatum esse apud Nostrates, ac pluries decisum in Regia Camera, inquit præcipuè in dicta causa feudi Tullæ, et in alia Brisegnæ penès Squillantem, et pro in dubitato etiam ipse supponit in *consf. 35. Thor. in addit. ad d. decis. 14. Reg. Salernit. num. 1. & in comp. feud. decis. part. 1. verbo Patruus.*

Hoc autem in dubium revocare non possunt, quæ in contrarium ex adverso considerantur. Etenim primum hæc nostra quæstio, vel eadem est, ac illa quondam agitata inter Fabium Marchesium, et Floccarum in qua frustra obnitente eum Marchesio Anna, assensum non exigi fuit pronunciatum, vel certè si aliquid inter hanc, et illam interest, ea differentia est, ex qua hæc nostra species magis in tuto ponatur, et omninò indubitabilis censenda sit, constat enim ex *princ. decis. 14. Reg. Salernit. & allegat. Ann. 124.* ea in causa in disceptationem venisse, an patris, testamentaria

163 dispositio in beneficium secundogeniti, quæ in feudis jure francorum filio primogenito ex ante nulla est, valida censenda esset ob renunciationē Primogeniti patri in fratrum utilitatem factam, quamvis Domini assensum renunciatio non habuerit, quod idem est, ac in nostra hac causa quærere, an testamentum quondam Principis Nicolai Mariæ Senioris, quod servata forma gratiæ in beneficium tertiogeniti fratre secundogenito existēte in medio irritum fuisset, validum tamen sit ob secundogeniti consensum, quo se de medio abstulit, suumq; locum abdicavit, etsi assensus Domini non intervenisset, et nemini ambigendum videbitur, quin idem respondendum sit, scilicet valere, eò magis eum hæc nostra species in aliquo ab illa differat, ex quo minùs dubitabilis efficiatur, quippè in illa tempore mortis ejus, qui feudum legaverat non erat proximior ille, cui feudum fuerat legatum, sed existebat filius primogeniti, qui ex sua persona successionem petebat, et nihilominus fuit decisum legatum stante renunciatione, etiam sine assensu valere, ut advertit *Camill. Medic. d. consf. 136. num. 13.* Deindè ibi filius primogenitus fecerat renunciationem, et cessionem jurium patri in utilitatem fratrum, et ideò videri poterat sua jura super feudis per contractum transtulisse, quod sine assensu in feudis fieri non potest ad *not. in cap. Imperialem, & in constitutionem Divæ memoriæ.* Sed in casu nostro tempore mortis testatoris non existebat alius proximior Marchioni Circelli, quàm frater tertiogenitus institutus, intelligendo in terminis gratiæ, secundum quos, ut etiam de jure communi feudorum, fœminæ habentur, ac si non essent, & non extarent, & frater secundogenitus non renunciavit, nec cessit, aut sua jura in alterum quemquam transferre voluit, sed duntaxat se de medio auferre, & suum qualecunque jus, & incertam spem abdicare, nec contrahere, aut distrahere voluit, ut propterea multò fortiùs dicendum sit hunc ejus actum, vel consensum valuisse sine assensu.

Præterea omnia, quæ ex adverso afferuntur, ut indubitatum supponunt hunc D. Marchionis actū refutationem in beneficium fratris tertiogeniti fuisse: et ideò omnia argumenta, et rationes desumunt ex refutationis terminis, et juribus, quod tamen longè alitèr se habere videtur, nam licèt vulgo *Doctores* scribant, quod qui refutat se de medio aufert, et idem D. Marchionem fecisse per illum actum nos dicamus, ac etiam uni, vel alte-

164 ri ex feudorum interpretibus excidere consensum citerioris agnati refutationi à feudi possessore ulteriori agnato factæ etiam refutationem censeri, tamen id fictè, et impropriè accipiendum est, et per similitudinem quandam ad speciem, de

qua agebant fortè aptam, et non incoogruam; Nam alioquin quis ignorare poterit verè, et proprie refutationem esse alienationem, quam feudi possessor in proximè successurum facit, quodque is duntaxat in terminis juris feudorum refutare dicitur, qui feudum à se possessum in proximiorem transfert, & alienat, quòd cum facere in alium remotiorem absque assensu non possit, ideò in proximè successurum permitti Doctores dicunt, quia possessore refutante, is qui immediatè proximus est suo jure capere videtur, et succedit, quasi is qui feudum possidebat se de medio per refutationem abstulerit, noo id iotelligentes, ut fatis esset per renunciationem, vel coosensum se de medio auferre, ut refutasse dicatur, nisi etiam feudum possederit, et illud in alium refutando transtulerit, atque hoc est, quando ajunt refutationem debere cadere in elegans nomen contractus, donationis, vel venditionis *Andr. in c. 1. § si libellus de alienat. feud. pat. Camill. Medic. conf. 39. num. 5.* quia cum is qui refutat verè alienet, et transferat, rectè exigi videtur, ut per contractum fiat, quinimmò ut ex mente *Andr.* considerat *Anna in cap. 1. num. 332. cum seq. de vassal. decrep. atat.* causam ex qua dominium transferri possit, et veram traditionem, et translationem refutatio ad sui subsistentiam requirit, hoc autem nullo modo intelligi potest in eo, qui feudum non possidens, illud, duntaxat jus quod ad feudum incerta quadam spe habet à se abdicat, non ut in alium transferat, sed ne se cōtrahat, nequè abstineat, quoniam cum hic neque distrahat, nihilque in alium transferat, ut inquit *Bald. in l. si major. C. de dolo. Affl. in cap. Imperialem, 30. in prin. de prohib. feud. alien.* refutare prorsus nō videtur, & ideo expressè cessionem, et renunciationem a filio primogenito patri in utilitatem fratrum factam refutationem appellari non posse scripsit *Anna in allegat. 144. num. 10.* quia non possessor proximè succeduro feudum alienavit, sed proximè successurus possessori renunciavit, ut alia persona succedat, et animadvertere licet nemini *Doctorum* hujusmodi renunciationem à non possidente feudum factam etiam in alterius utilitatem, cui à possessore feudum tradebatur, refutationem vocare in mentem venit, sed benè coosensum refutationi præstitum illam diceret omnibus placuit, quare nec hic actus domini Marchionis propriè refutatio rectè vocabitur, et cum talis non fuerit, cessant omnia, quæ ex adverso in terminis refutationis considerantur, scilicet quod illam facere oportebat in proximiorem ratione sanguinis, et non ex privilegio, quod exigebatur proximitas ad invicem, quod non potuet refutare, id quod non dum quæsiverat, et quod refutandi facultas non extendatur de persona ad personam, prout nec de re ad rem, nam quomodo hæc quæri poterunt, vel debebunt, in eo actu, qui nullam in alium translationem importare potest, et per quē D. Marchio non contrahere, non distrahere, neq cedere, vel transferre in animo habuit.

Verum etiam concesso, quod hic actus D. Marchionis refutatio censendus esset, adhuc tamen rationes, quas altera pars considerat convincere non possunt illius, vel testamenti nullitatem ob assensus defectum, quòd ut clariùs pateat singulis respondere conabimur. Inquit igitur primò, quod refutatio catenus permittitur sine assensu, quatenus fiat in proximiorem ratione sanguinis verum, et naturalem, et qui non debebat necessariò succedere, sed efficitur successor ratione gratiæ, et privilegii ex his, quæ latè scribit *Anna in cap. 1. de vassall. decrep. atat. à num. 291. per tot. num. 316.* At quæstio *Anna* longè diversa est à nostra specie, ille enim quærit, an qui impetravit à Sua Majestate licentiam nominandi aliquem in hæredem possit idem feudum refutare, vel sibi donare, aut vendere, ut posset fieri proximiori ex sanguine, et post multa ipse concludit non posse refutare, de cujus sententiæ veritate non opus est, nunc inquirere, cum satis sit ad rem nostram ipsummet *Annam* fateri, quod si in privilegio esset, quod possit disponere tam inter vivos, quàm in ultima voluntate posset refutare, ut expressè ait *nu. 317. cum seq.* Vndè cum in nostra de qua agimus gratia omnis dispositio inter vivos, et in ultima voluntate permittatur, non est dubitandum, quin, ex ejusdem *Anna* sententia posthabitis, ut ipse voluit ejus rationibus, et argumentis refutare poterit,

Secunda verò, quam affert, ratio scilicet quod ad hoc ut valeat refutatio in adgnatum proximio-
166 rem absque assensu requiratur proximitas ad invicem, ut tam refutans refutatario, quam ille refutanti sint ad invicem successuri, argum. *tex. in cap. 1. de eo qui fin. fec. adgnat. & ex Andr. & Ann.* allegatis, salva ejus pace in jure falsa est Non enim proximitas ad invicem, sed dumtaxat ut refutatarius refutanti proximior sit, et is immediate successurus requiritur, aliter enim neque pater filio, qui etiam filium haberet, et ideò proximiorem patre in successione, neque frater absque prole fratri filios habenti, quia et hi proximiores essent refutatario, quam frater refutans, refutare posset, quod nemo jure affirmabit. *text. in d. cap. 1. ac Andr. & Ann.* proxim tatem refutantis refutatario exigendam ajuot, ut refutans mortuo refutatario in feudo refutato succedere valeat, non ut refutare ipse posit, verum etiam si hæc proximitas invicem necessaria fuisset adhuc refutatio in nostra specie rectè procederet, quia cum in terminis gratiæ ad instar juris communis feudorum ut diximus, fœminæ, et masculi ex fœminis non sint considerandæ, ac si non extarent, et essent in rerum oatura, undè tam filiæ, et nepotes ex filiis quond. Principis Nicolai Mariæ, quam filia Marchionis Circelli non possunt impedire, quin ex tribus fratribus primogenitus secundo, et secundus primo, ac vice versa tertius secundo, et secundus primo, et iterum secundo de medio ablato primus tertio, et tertius primo proximiores, et immediatè successuri fuissent nisi tamen obstaret Nicolaus Maria junior filius tertiogeniti, qui proximior patri suo primi, et secundogeniti proximitatem, et immediatam successionem ad tertiumgenitum impediret, quod tamen refutationem, vel primi, vel secundogeniti ipsi tertiogenito factam si ex alio valida esset, ut est, nullam reddere posse nemo unquam, ut credimus affirmabit.

167 Tertia ejus ratio, quia Marchio Circelli nondum in hæredem electus nullum certum jus ad successionem habebat, & ideò repudiare, vel reputare illud non poterat, cessat, quoniam & facilius renunciationem vanæ, & incertæ spei succedendi *Doctores* admittunt, & licet propriè sub repudiatione seu refutatione non cadat, aptatur be-

ne

ne sub pacto negativo de non petendo, & non succedendo si casus successionis evenerit, ut in terminis advertit *Montan. controv. 10. num. 7. & num.*

Quarta deindè ratio licet subtiliter quęsita frustra tamen, & incassum inventa videtur, nàm quæ major subtilitas, quam id investigare, quo nos ess in angustias poneret, ut nullo modo testamē-
168 tum neque consensum substinere valeamus, ex eo quia non simul, & eodem instanti quod prorsus impossibile erat, sed unum post aliud intervenit. Verum cesiit industria in irritum, quippè neque lex feudalis, neque Regni constitutio feudi dispositionem, & alienationem sine assensum statim nullam reddit, sed postquam vel Dominus, vel ipse alienans revocavit, interim autem manet in suspenso, & potest, vel assensu Domini, vel alterius consensu, quo habito Domini asensus non sit necessarius confirmari, ut advertit *Camer. in c. Imperialem*, multis in locis præsertim autem *fol. 27. in fine, & 28. in principio*, & post illum *Montan. in eod. cap. Imperialem sub num. 90. lit. P. & Q.* & optimè conducere videntur, quæ ad idem licet aliis rationibus tradunt *de Ponte de pot. Prorog. tit. 7. de assens. Reg. §. 4. nu. 19. & seq.* & inpropriis terminis hujus gratię *Capic. Latc. consult. 77. nu. 63. & seq.* quamobrem & testamentum de quo agimus potuit superveniente saltim ante mortem testatoris assensu fratris secundogeniti, & hic consensus etiam si præcessisset per subsequens testamentum validari; ut etiam præter necessitatem idem testator, convalidavit, cum codicillo post dies condito expressè testamentum confirmavit, etiam stante prędicto consensu per Marchionem fratrem jam præstito.

Et demum quinta ratio nihil facit, quoniam in hac specie nostra, assensus non fuit extensus prę- ter casum, vel personam à lege feudali permissos, ut constat ex supradict s.

Hæc autem omnia licet indubitanter vera, et ex quibus D. Marchionis actus, seu consensus abdicativus, seù propriè refutatio dicendus sit, jure validus demonstratur, sunt tamen extra necessitatem dicta, quippè dum pars adversa non aliud tot argumentis, & rationibus probare nititur; nisi ejusdem actus, & consensus nullitatem ob deficientiam assensus, potuit statim repudiari, quoniam S.C.M. idem illa assensus intervenit, qui in eodem capitulo gratiæ generaliter omnibus hujus Regni feudatariis seù inter vivos in ultima voluntate disponere volentibus in masculum de familia præstitus fuit, et ideò seù pura abdicatio, ut verè est, seù propriè refutatio ut ex adverso contenditur, seù etiam jurium feudalium translatio, vel ipsorum feudorum qualiscunque alienatio fuerit, nunquam dici poterit assensu carere, quem in hac specie ex facultate ejusdem gratiæ habuit absque dubio, tàm renunciatio D. Beatricis, quam testamentum D. Principis Nicolai Marię, & hic D. Marchionis actus, ac D. Landoniæ renunciatio ea in parte qua renunciationes testamentum, & consensus prędicti dispositionem in masculum de familia continere; & inducere videntur.

ARTICULUS III.

Nec obstare argumenta desumpta ex secundæ gratiæ petitione anno 1617. & asserta denegatione anni 1622.

169 SAtis igitur constare videtur ex personis Dominorum Nicolai Mariæ Iunioris, & Fabritii secundogeniti non institutis testamentum invalidari non posse, superest ut reliquis, quæ pars adversa considerat respondeamus. Inquit igitur testamentum non probari prædicta gratia, quia in casu hujus testamenti, gratia fuit specificè denegata, atque ad hoc ponderat, quòd cum post primam gratiæ concessionem anni 1605. fuisset petitum in anno 1617. de novo concedi, ut posset fieri prædicta dispositio in beneficium masculi de familia. *Ancorche il detto mascolo nominando fassa preceduto da altro in grado, ò pure per ragione di primogenitura.* fuit in hoc gratia denegata; & ideò inquit, non potuit institui Franciscus, quem de alij de familia, scilicet Nicolaus Maria Iunior, & Fabritius præcedebant. At videtur hoc novo argumento iterum principium petere, etenim concessimus in superioribus, ex forma gratia proximiorem de familia, & quem alius in successione non precederet instituendum fuisse; Verùm Nicolaum Mariam juniorem non fuisse proximior de familia, & Fabritium licet genitura potiorem, & de familia sua, tamen abdicationem de medio ablatum, ut propterea solus Franciscus remanserit proximior de familia, & ideò necessario ex facultate gratiæ instituendus.

Addit postremò atque hoc Achilleum argu-
170 mentum putat, quod licet ex gratiæ facultate sit permissum vocare ad feudorum successionem masculum de familia, non tamē permittitur exclusio nisi dumtaxat fœminarum, & non masculorum ex fœminis descendentium, quinimmò cum quando fuit petita confirmatio dictę gratiæ in anno 1617. fuisset etiam petita concessio predicti capitis, ut possent feudatarij excludere masculos ex fœminis in illis verba, *E questo e' intenda non solo quando li feudatarii havessero femine per loro successori, mà mascoli descendenti da femine, che non fussero della famiglia.* attamen in anno 1622. prædictam gratiam confirmatam, ut anteà fuerat concessa, sed in hoc capite denegatam fuisse inquit; & propterea testamentum nullum esse vult, quoniam non potuerunt ex facultate gratię excludi descendentes masculi ex fœminis, ut Nicolaus Maria junior, & Dux fragneti. Verum pro responsione animadvertendum est, quo S. R. C. M. in confirmatione prędictæ gratiæ petitæ cum alijs noviter supplicatis his verbis usus est; *Placet Suæ Regiæ, & Catholicæ Majestati dictam gratiam, prout in alijs Parlamentis concessa fuit, confirmare*, ex quibus noviter concedere noluisse, id tantum videtur, quòd in prima concessione non fuerat comprehensum, sed cum in illa prima concessione fuerit permissum excludere fœminas, &

L 2 hoc

hoc favore adgnationis, & familiæ, ut est manifestum non erat opus alia concessione, vel etiam declaratione, ut etiam masculi filii ex fœminis excludi possent, cum satis in jure notum sit, quod quotiescumque fœminæ excluduntur, ut bona conserventur in familia, semper liberi masculi ex eisdem fœminis exclusi censentur ut docent innumeri *DD.* quos citat *Fusar. qu.* 404. *num. 6. de substit.* Deindè quod etiam si gratia in hoc denegata fuisset nil pertineret ad præsentem nostram
speciem, in qua cum Nicolaus Maria senior fœ-
171 minas in successione primo gradu haberet, illas
excludere potuisse vigore gratiæ nec pars adversa negat, nec negare potest, & cum hoc casu, ut etiam adversarii fatentur, solum masculum de familia includere potuerit, non est cur masculi ex fœmina in quæstionem venire possint, qui nec exclusi fuerunt, utpotè ob existentiam fœminarum, qui eos præcedebant non vocati, nec includi potuerunt, eo magis cum quoties mater masculi vivit & est à successione exclusa, etiam masculus ex ea exclusus est, nam absurdum esset,
172 ut mater proximior excludatur, & ejus filius
remotior admittatur inquiunt *DD.* quos *Fusar.* citat. *d.q.*404.*num.*33.

Nec aliquid ad rem facit, quod ex adverso ponderatur scilicet gratiam duo capita continere, caput nempe exclusionis, quo permittitur fœminas duntaxat excludere, & caput inclusionis, quo masculos de familia tantum includere, & ad successionem feudorum vocare, & quod propterea masculi ex fœmina quoniam non sunt de familia includi utique non potuerunt, sed nec etiam excludi cum veræ fœminæ non sint, & ad istos facultas gratiæ extendi contra Regis voluntatem non debet. Nam hoc argumentum prorsus alienum est à nostra specie, in qua cum, ut diximus, fœminæ primum locum in successione ab intestato obtinerent, quando testator usus gratiæ beneficio testamentum fecit ex cap. exclusionis, ut cum adversario loquar, fœminas quod licebat, exclusit, ex cap. vero inclusionis masculum de familia, ut ei permittebatur, inclusit, & vocavit masculos verò ex fœminis, nec includere poterat, ut est indubitatum, nec etiam excludere opus habuit, quia dum successionem ab intestato habere non poterant, quoniam fœminæ proximiores eis præcedebant, dici nequeunt ab ea exclusi *not. in l.* 4. *& in l. is qui hæres, & l. non potest ff. de acquir. hæred.* & ut inquit *glos. in d.l.* 4. ejus est privatio cujus est affirmatio, & è contra *ad l. ejus est, & l. qui potest, §. quod quis, ac l. non videtur* ubi notant *DD. ff. de reg. jur.* ac ut in specie post *Aretin. in cons.* 85. scribit *Dec. in d.l. non videtur num.* 4. non privatur successione, qui non succedit.

Esset igitur de hoc argumento partis quatenus locum haberet, quod negatur, quærendum ea in specie qua ipsi masculi ex fœminis proximiores essent, & non existerent fœminæ, quæ illos præcederent, tunc enim quando fœminæ proximiores existunt controverti nequit, quin illas excludere, & masculum de familia testator instituere poterit, dum tamen sit talis, quæ fœminis non extantibus succederet, quemadmodum erat Franciscus, qui propterea rectè, & ex forma gratiæ institutus est. Nulloque proinde defectu testamentum irritum dici potest, sed omni Jure validum, & firmum censendum videtur.

Amatus Danio.

Sub die 10. *Maij* 1665. *fuit decisum junctis Aulis referente D. Consiliario Erasmo de Ponte*
172 *quod Absolvatur Princeps Collis ab impetitis.*

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 176.

SUMMARIUM.

1 *Dominus directus an possit propria authoritate apprehendere possessionem non citato possessore utili domino rei emphytheuticæ ob lineam finitam, census non solutos, vel alienationem irrequisito Domino factam.*

2 *Et quid existente pacto ingrediendi possessionem propria authoritate.*

3 *Baro an possit esse Judex in causa propria in rebus liquidis, & claris.*

4 *Pactum quod Dom. directus possit expellere concessionarium deficientem à promissis propria authoritate, & absque Judicis licentia an sit jure licitum.*

5 *Pacta omnia sunt licita in emphyteusi.*

6 *Emphyteuta expulsus à possessione non habet remedium spolii, nec possessorium recuperandi contra Dominum directum, qui illum propria authoritate à possessione dejecit.*

7 *Decisio Sac. Cons., quæ prodiit de anno* 1559. *in proposita specie refertur.*

8 Ursillus, & Afflict. *decisio* 392. *declaratur.*

9 *Feudales contractus ex conventione legem accipiunt.*

10 *Refertur decisio S. C., quæ prodiit de anno* 1591.

INtèr cætera notatu digna, quæ tangit *D. meus* in hac resolutione est emphyteusis materia, unde non abs re existimavimus examinare articulum illum satis celebrem, an Dominus directus possit propria authoritate apprehendere possessionem rei in emphytheusim concessæ ob lineam finitam,
1 vel ob census non solutos; cumque in præterito
sæculo fuerit de hoc acerrimè disputatum in Sac. Cons. prò Duce Acheruntiæ utili Domino Casalis Juliani contrà hæredes Gentilis Ciccatelli, & novissimè fuerit quoque articulus in controversiam deductus, & decisus in causa Venerabilis, & Regalis Monasterii Casinensis cum Universitate Vallis Rotundæ, decrevimus utramque causam hic recensere, Typis subiiciendo responsum editum prò Duce Acheruntiæ, per non incelebrem sui temporis Advocatum Joannem Antonium Parisium, & rem judicatam de anno 1691. in causa dicti Venerabilis, & Regalis Monasterii Casinensis.

J. M. J.

Possidet Dux Acheruntiæ in Casali Juliani quædam bona feudalia, quæ pervenerunt à Domitio, & fratribus de Carbone ab illis de Uulcano, & de Filomarioo solita in emphiteosim concedi *pro se, & filiis masculis legitime, & recta linea descendentibus cum pactis emphyteuticis ita quod si non solverint concessionarii, & hæredes debita tem-*

pore

pore canonem, vel irrequisito Domino alienaverint
etiam ex causa dotis, & quocumque titulo etiam
privilegiato cadant quolibet ex casibus prædictis,
& linea finita à Jure suo, & possit directus Domi-
nus illorum bonorum possessionem capere absque
Judicis licentia, & authoritate, sed tamen propria
ipsius concedentis, ut pluribus instrumentis est de-
monstratum, & in causis sequutis fuit capta pos-
sessio approbata etiam sententia S.C., & de no-
vo alteri concessis, quemadmodum in pluribus, &
diversis causis comprobatum extitit plurimorum
testium depositione, quod sic fuerit consuetudine
servatum à tempore immemorabili obtentis pluri-
bus sententiis ita decernentibus, & absolventibus
Ducem ab actione spolii, qua fuerunt conventi in
eodem S.C. à concessionariis, & ipsorum hæredi-
bus, dum actione spolii à concessionarius, & ipso-
rum hæredibus in S.C. conventi fuerunt diffiniti-
va sententia absoluti.

Conqueruntur modo noviter hæredes Gentilis
Ciccarello possessore bonorum annuo reditu sub-
missorum sub eisdem pactis, & conditionibus, &
asserendo se de facto per Ducale Ærarium spolia-
tos ob lineam masculinam finitam petierunt tam
in M.C. quam in S.C. reintegrari.

Videndum quid Juris, & prima facie judican-
dum videtur in actorum favorem, ex quo juris
dispositione nemo Judex in causa propria *l. unic.*
3 *est uequis in sua caus.* maximè si est Baro *Vrsill.*
decis Afflict.362.num.35. quo loco dicit fuisse de-
cisum Mag.Cur. in illiquidis esse Judicem compe-
tentem secus verò in liquidis, & facit *l. si quis in*
tantum C. unde vi; & proinde uti spoliatus ante
omnia est restituendus *l. si quis ad se fundus C. ad*
leg. Jul. de vi pub. cap. 1. de restit. spoliat. cap. reinte-
grande 3. q. 1. quod locum habet etiam in restitu-
tione rerum emphyteoticarum *Socc. in l. remque*
nobis num. 8. de acqu. poss. post *Bart. in l. 3. §. ex con-*
traria: ff eo: quod etiam finito tempore non cita-
ta parte adhuc non permittitur *Guid. Pap. dec. 107.*

Sed his non obstantibus ex infrascriptis contra-
rium esse judicandum arbitramur.

Primo quia pactum inter concedentem, &
4 concessionarium, quod deficiente concessionario
à promissis possit absque Judicis licentia, & au-
ctoritate concedens bona capere est omninò Jure
licitum *text. est in l. 2. Cod. de jur. Emphyteot.*, *ubi*
Gloss. in verb. repellere, dicit hoc concedenti legis
hujus autoritate permissum, & quod melius si
Judicis autoritate fiat, nec non concludit, quod
non pertimescat crimen si faciat per se, cum ul-
tionis arbitrium sibi sit concessum, *l. devotum C.*
de meat. lib. 12. cui addo *tex. in l. Graccus C. de*
adul. quo cavetur quod qui *facit lege permitten-*
te pœnam non meretur sequitur Gl. in cap. potuit
verb. expelli de locat. & expressa sunt verba *text. d.*
l. 2. ibi, licere eum à prædiis emphyteoticis repel-
lere ratione directi dominii, & Juris, quod do-
minus directus in re ipsa habet *Bald. in cap. 1. in*
fin., per quos fiat invest., *& in cap. 2. de feud. sin.*
culp. non amitt. quam opinionem uti verissimam
sequitur *Cravett. cons. 18. n. 7. Dec. cons. 146. nu. 7.*,
& uti communem sequitur *Alex. cons. 105. numer.*
2. vol. 3., *& cons. 117. numer. 12. & cons. 131. nu.*
2. vol. 4. Corn. cons. 193. col. pen., & fin., & cons. 126.
vol. 3. post Jason. in d. l. 2. num. 100. & esse magis
communem dixit *Loffred. cons. 37. num. 3.* ubi, &
si non adesset pactum, quod ob non solutionem
canonis possit propria authoritate bona capere
adhuc concedentem capere posse post *Bart. in l.*
creditores de pign. & ratione constituti, & precarii
etiam contra singularem successorem exerceri
posse quem sequitur *Clar. in §. emphyteusis. quæst.*
11. maximè si concessionarius non resistat, & res
est alienata absque consensu domini, & agitur,
vel contra alienantem, vel ejus hæredem *Cravett.*
d. cons. 18. n. 7. & in emphyteusi finita, ut in casu
nostro omnis cessat difficultas post *Gozad. cons.*
39. n. 25. idem Clar. eo. §. q. 44.

Secundo, quia virtus pacti, seu conventionis
hoc operatur, & in emphyteusi omnia pacta sunt
5 licentia *Gl. est notabilis in auth. qui rem*, *C. de Sa-*
cros. Eccl. ea namque ratione quia pro minimo, &
parvo censu res magni valoris conceditur, & dum
concedens propriis bonis se privat, potest rei suæ
legem quam vult apponere *l. in re mandata C.*
mand. & proinde propria authoritate emphiteusim
capiunt nulla precedente Judicis authoritate, seu
licentia, non aliter in pœnam *leg. si quis in tantum*
C. unde vi cum similibus, incidit, neque vitij spo-
lium committitur, adeoquod nec ante omnia spo-
liatus sit restituendus cum procedat dispositio
Canon. reinteg. & cætera remedia spoliati; vel de-
jecti favorem inducta cum tum jure licito potue-
rit Dominus directus concessionariū sive ejus hæ-
redes spoliare affirmavit præceteris *Ossal. cons. 272.*
& num. 78. lib. 2. post *Socc. in l. remque nobis num.*
8. ff de acq poss. & sic spoliatum spolio agere non
posse firmavit *Corn. cons. 166. lib. 2. & cons. 171. lib.*
3., *Gozad. cons. 36. in fin. Socc. Jun. cons. 111. n. 12. lib.*
2. maxime quando esset finita emphyteusis, & rem
esse emphyteoticam non negaretur, ut perbelle
more solito declaravit *Menoch. de recuper. poss. re-*
med. 1. num. 75. & legatur *num. 78. & seq.* ubi etsi
alleget *Guid. Pap. decis. 107.* in contrarium loqui-
tur tamen de stylo illius parlamenti in canone
non soluto, & secus tamen esse de jure existente
maxime pacto prædicto, ut ibidem addentes pro
ut *Afflict. decis. 79.* qui loquitur simpliciter quando
irrequisito domino res fuerit alienata cujus con-
trarium ibidem defendit *Vrsill. ex Salicet. Jason.* &
aliis, & præcipuè *Bald. cons. 177. 2. vol.* quod em-
phyteota possessorium recuperandæ intentare non
possit dummodo constet rem esse emphyteoticam,
& agentem esse dominum ex *Cravet. cons. 6. nu.*
72. Dec. cons. 146. Gozad. cons. 39., & non solum au-
thoritate propria rem capere, & emphyteotam
repellere verum eo irrequisito alteri concedere
Roman. cons. 112. Gozz. cons. 4. num. 25. 3. volum.
eo magis dicto pacto existente cum clausula con-
stituti, & precarij ex *Jason, & aliis num. 6* quod
ampliat etiā si non adesset pactum prædictū, verū
consuetudo sic procedendi inducta, ut latè cla-
rius est probata tum ex testibus, tum ex scriptu-
ris, & sententiis ejusdem S.C. processu deductis,
in cujus possessione idem Dux ex persona Cosmi
Pinelli contra Michaelem Ristaldum stetisse, &
stare constat ex decisione S. C. dicto anno 1559.
in favorem Cosmi lata *Vrsill. præcitat. decis. in fin.*
& fuit jam deducta copia, ex qua patet quod
capta possessione de facto per Cosmum convento
spolio pro restitutione fuit sententia absolu-
tus.

6 Qui quidem *Vrsill. decis. Afflict. 392. num. 19.*
& seq. prædictam defendendo opinionem dicit
quod aliquando S. C. solet in spolio audire em-

phy-

phyteotam, posteaque; causa cognita possessionis restitutionem fieri faecre, & sic in praxi multoties in nonnullis causis, quas allegat fuisse decisum quo loco consulit, quod si possessio per concedentem non est legitime capta poterit eodem judicio confirmationem petere *jux.doctr.Angel.& Alex.in l.si finita in princ.de damn.in fect.*, & tunc cessat spolium, & non est locus restitutioni probatis extremis prædictis post *Dec.cons.449.nu.16.* non obstante emphyteotæ instãtia spoliatum ante omnia esse restituendum, quem sequitur *Cravet. præcit. cons.* 46. & sic multoties fuisse judicatum de anno 29., & 47.,*nu.*20.

9 Quibus accedat *text.in cap.fin. de success. feud. in fin.*; *& quæ fuit prima causa benef. ammit.§. sed nec aliam* ubi statuitur contractum, & conventionem feudi, ex ejus conventionem legem accipere, ut *in tit.d.eo qui feu.dar.poss.*, & talem licentiam propria authoritate capiẽdi feudum, possederi dixit idem *Andr.in § sancimus quo temp.mil.* & sic Dom.propter pacta rem vendicabit *sequitur Paris. de Puteo* qui istorum feudorum ordine Regio inventarium cum reintegratione fecit *de reintegr. verbo quidam Baro fol.*132., & sic à principio in comtarium adducta; & opposita alio in casu procedunt non autem in eo de quo agimus.

Unde dum facta juribus, & rerum judicatarum authoritate comprobatur conclusio ista satis fundata redditur maxime quia est adjuvata consuetudine, ut post *glos.in rub.quæ sit long. consuet. ast tex.in l.fin.eod.tit.* sic eod.casu Dux judicandum sperat *die* 18.*Julii* 1635.

Joannes Antonius Parisius.

Decisio, quæ prodiit per Sac. Cons. sub die quinta mensis Decembris 1691. habetur apud *Reg.Petra super Rit.* 302.*nu.*50.*tom.*4.sub tenore sequentium verborum, *Propterea S.C. in causa Venerabilis, & Realis Monasterii Cassinensis cum Universitate Vallis Rotunda & habuimus pro absoluto juris articulum in mea Aula, sub die*
10 *quinta mensis Decembris 1631. penes Lombard. non licere nemoi Domino directo apprehendere possessionem propria authoritate, sine unca violentiæ & turbationis non citato prius utile dominium cum possessione bonorum retinente, ex Harpreč. ad Clar.in §. emphyteusis qu.*11. eum non sit singulis concedendum, quod per Magistratum fieri debet *l.non est singulis* 176.*de regul. juris*, & de observantia Curiæ Delphinatus testatur decisum *Guid. Pap.decis.*107.tradens *nu.*4.ibi:*quia nulla lex dat sibi illam authoritatem, quod si faciat, committat violentiam, ut ff.de vi, & vi arm. l.1.§.deiicitur*, occurrens *Harpreč.sex.l.2. C. de jure emphyteu. l. quaero §.1.ff.locat.l.ada 3.C. locat.* quod ibi *verbum expellendi, vel repellendi, ad juris intellectum referri oportet, nec importare corporalem decisionem*, sed legitimam texpulsionem, quæ sit ministerio Judicis parte citata, ut etiam observat ibidem *Govean.ad Clar.*verba, *Nisi cum authoritate Judicis*, ibi:*Adde, & parte vocata, & audita Facchin, lib.1.controv.cap.95.* eamque opinionem comprobant. *Vulterius in §.adeo instit.de loc., & conduct.* aliique apud addentes ad eundem *Clar.*, & deducitur ex *Gloss.in c.licet Episcopus verb.de non vocato de prabendis, & dignitat.in 6.*, præsertim ubi Dominus directus non prætendit devolutionem ob non solutionem canonis, sed propter emphyteusim finitam, vel alienationem factam ipso irrequisito, ut probat *Joach.ad Clar.in §. emphyteusis qu. 9.verb.ipso jure*, proùt in Barone prætendente devolutionem subfeudi, decis. per S. C. refert *Anna sing.151.in media.* etiam dato pacto in Instrumento concessionis, quod id possit facere propria authoritate, *Mantica de tacit., & ambig.lib.32. nu. 9.vers. sed contrariam sententiam sub nu.14. vers. cum autem hac quæstio*, in specie in concessione emphyteusis Ecclesiæ ad renovandum ad viginti novem annos, dato pacto ingrediendi possessionem propria authoritate, non posset possessionem ingredi absque citatione, & singulariter idem *Mantic.decis.*194.

ANIMADVERSIO.

Ad Resolutionem 183., & 184.

SUMMARIUM.

1 Regius Consiliarius Staibanus, D. Julius Caracciolus, & Consiliarius Franciscus de Andrea *commemorantur, & num.*2.

3 *Instrumentum venditionis Feudi an possit liquidari ad formam Ritus M.C.Vic. non exhibito assensu, vel non facta mentione de ea in citatione super tenore Instrumenti.*

4 *Contractus alienationis Feudali an sit ipse jure nullus, vel ante revocationem stet in suspenso.*

5 *Revocatione Feudi subsecuta virtute constitutionis instrumentum venditionis Feudi liquidari non potest ad formam ritus.*

6 *Instrumentum obligationis mulieris, pravia Regia dispensatione ad Senatus Cons. Vellei. liquidari non potest, non facta mentione de dispensatione in citatione super tenore instrumenti.*

7 Regius Consiliarius de Rosa *carpitur.*

8 *Consuetudo judicandi est sequenda juxta receptam interpretationem.*

9 Regius Consiliarius Franciscus de Andrea *commemoratur, & ejus verba adducuntur pro quæstionis resolutione, & nu.*10.

IN celebri illa controversia agitata in S.C. inter Principem Petræ Elcinæ, & Illustr. Ducem A-
1 cheruntiæ, quatuor resolutiones elaboravit D. noster *Consiliar.Staib.*pro Principe Petræ Elcinæ, in contrarium pro Duce Acheruntiæ causam tuendam suscepit *Julius Caracciolus* Advocatus primi ordinis, ut testatur *Carolus Antonius Moccia*, qui omnia argumenta in eadem causa reassumenda duxit in *sylva casuum forens.cap.23. nu. 4.5.6.7.8., & 9.*cumque interfuerit præstando patrocinium pro Principe *Franciscus de Andrea* Advocatus, tunc juvenis sed posteà famigeratus, & Consiliarius amplissimus, cujus lucubrationes cum fuerint censuræ subjectæ ab eodem Julio Caracciolo, ab ejusdem acri censura fuerunt vindicatæ per *Consiliar.Staibanum in resol.*185.*in prin. versu sed ut verum fatear.*

Principalis Articulus, qui emersit disputandus fuit, si in citatione super tenore instrumenti expedita ad instantiam Ducis Acheruntiæ cons-

sta

tra Principem pro consecutione pretii Terræ Juliani erat facienda mentio de Regio assensu expedito super venditione, vel saltem esset inserendus tenor ejusdem Regii assensus expediti super venditione feudi.

3 Et licet *D. Consiliar. Staib.* acerrimè firmaverit instrumentum venditionis Terræ Juliani, non potuisse via Ritus præsentari contra emptorem, non exhibito assensu, vel non facta de eo mentione super citatione juxta terminos *decis. 623. D. de Franchis*, quæ licet loquatur in assensu super obligatione mulieris applicabatur in proposita specie, ut constat ex traditis per eundem *a num. 66. usque ad 215. cum seqq.* nihilominus S. Consil. contrarium rectissimè judicavit. Quæ decisio indubitata redditur, ex quo non est opus, ut citatio super tenore instrumenti venditionis feudi præsentandi ad formam Ritus fiat cum inserto tenore assensus; satis enim ex ipso solo contractu obligantur personaliter contrahentes; & si nondum assensus accessisse appareat, nihil refragante illud quod *D. Consiliarius* in contrarium allegare conatus fuit ad suam probandam sententiam, adducendo leges feudales, & constitutionem Regni, *Constitutionem Divæ memoriæ*, irritantes contractus alienationis bonorum Feudalium, adducta quoque authoritate illorum interpretium, qui
4 asserunt contractum, sivè alienationem Feudi esse ipso jure nullam, non advertens ad rationem illam satis urgentem in contrarium ponderatam, nempe quod nullitas, & prohibitio inducta respicit Dominum directum, non ipsos contrahentes, nec utilitatem publicam primario, sed secundariò respicit. Insuper non perpendit validitatem contractus respectu ipsorum contrahentum, quod nec immutavit, nec innovavit constitutio Regni, antequam contrahentes, & alienantes utantur beneficio constitutionis in revocando; cum ante revocationem res stet in suspenso, & in implicito statu validitatis, juxta terminos juris communis Feudorum, secundum quos contractus valet quoad ipsos contrahentes, & parit obligationem, quod fuit doctissimè animadversum per Doctissimum illum *consiliarium Andream Provenjalem*, ut fatetur noster Consiliarius, licet videatur ægre tulisse ejus doctissima argumenta.

Dixi *ante revocationem*, quia subsecuta revocatione virtute constitutionis cessat spes supervenientiæ Regii assensus, quæ revocatio operatur,
5 ut instrumentum liquidari non possit ad formam *Ritus M.C.V.* sed ordinariè erit agendum juxta pluries judicatum apud *Thoronum p. 3. comp. verb. Instrumentum emptionis feudi tom. 2., & 5.* affictus rei feudalis, & in *voto* 84. *nu.* 176., & apud *Reg. Marcianum disp. 32. lib. 1.* quæ in istis terminis sunt intelligendæ, quemadmodum Nos intelleximus in nostra *prax. præsentationis instrumenti cap. 4 num. 103.* ubi adsunt aliæ decisiones.

6 Ex quibus sequitur, quod maximum est discrimen inter hunc casum, & illum obligationis mulieris factæ prævia Regia dispensatione ad S. C. Vellejanum. Siquidem in hoc casu ideo est necessarium, ut citatione super tenore Instrumenti liquidandi via ritus contra mulierem fiat expressa mentio Regiæ dispensationis juxta decisionem *Dom. de Franchis* 623. quia contractus est ipso jure nullus, & assensus requiritur pro habilitate personæ, ut diximus in eadem nostra praxi *ad cap.* 4. *nu.* 110., & dixit quoque *P. de Afflicto controv.* 81. *nu.* 48.

7 Non me latet, quod *Reg. Consiliar. Joseph de Rosa in sua consul. 23. nu. 115.* probaverit opinionem *Consiliarii Staibani in hac resolut. 183. a nu. 107. usque ad nu. 125.*, & proinde substinuerit esse falsam propositionem, quod contractus feudalis absque assensu non sit omninò nullus, sed stet in suspenso, cum semper, & ab initio sit prorsùs nullus, sed pace tanti viri ejus opinio est falsa, detegitur., ne dum ex supra a nobis traditis argumentis, sed à cæteris aliis satis urgentibus assignatis ab *Horatio Montano in repetitione legis Imperialem num. 90. lit. P., & Q & nu. 154., vers. Nec satisfacit lit. Q* ubi satis apertè fatetur quod hæc, quam Nos tuemur sententiam est non solum verior, sed usu recepta, & *in vers. nec obstat respon. ad textum in l. non dubium*, si igitur nostra opinio contra *D. Staib.* est nedum verior, tanquam validioribus innixa, sed moribus recepta, nescio, cur doctissimus *D. de Rosa* illam falsam dixerit, quan-
8 do sola consuetudo judicandi satis superque sufficeret ad illam justam reddendam, & ad judicandum secundum receptam interpretationem, juxta *textum in l. si de interpretatione ff. de legibus.* Unde fatendum erit Juris Consult. illum acerrimi judicii in illam descendisse sententiam coactè ut Duci S. Eliæ Clienti suo satisfaceret, & morem gereret, prout patet ex plenissimis allegationibus in eadem causa editis, contrarium pugnavit acutissimus *D. Consiliarius Francis. de Andrea*, qui tunc patrocinium præstabat pro Jo: Vincetio Brancia, ut patet ex ejus juris responso impresso, suppresso nomine Auctoris per *Julium Caponum discep.*
9 342. *n.* 7. *n.* 5. ubi de hac cõmuni, & recepta opinio-
10 ne testatus, cujus verba sunt: *Nam hoc blandiori jure constitutionis ex communi omnium schola feudistarum contractus rei feudalis nunquam est omninò nullus a principio, cum ex verbis constitutus sit declaretur; dum dixit* (nostræ celsitudinis licentiæ confirmetur) *ex quibus verbis omnes interpretes dixerunt si confirmetur, ergo non omninò nullus à principio, quia quod nullum est confirmari non potest, sed est in suspenso quousq; ex licentia Principis confirmetur; quæ licentia, & confirmatio in Regno de facili conceditur ut per Andream cap. Imperialem nu. 13., & quotidie sic videmus practicari.*

ANIMADVERSIO.

Ad Resolutionem 185, & 186.

SUMMARIUM.

1 *Venditor, qui non expressit onera, quæ erant in re vendita, an teneatur, & qua actione liberare rem ab oneribus. Refertur praxis servari solita per S.C.*

2 *Pactum, quod venditor non teneatur de evictione, nisi de* dato, & facto suo, *non excludit ab obligatione tradendi rem liberam servitutibus, nec non ab obligatione tradendi rem vacuam, & expeditam.*

3 *Et an suffragetur quo ad ea, quæ falsò venditor asseruit, & traditur cautela satis in praxi proficua.*

4 *Pactum, quod venditor non teneatur de evictione non comprehendit evictionem provenientem ex facto vel culpa ipsius venditoris.*

5 *Vendens rem* talem qualem, *tenetur de evictione, quando Emptor non fuit clare certioratus.*

6 *Venditio facta cum clausula*, si quę, vel si qua, *an importet evictionem.*

7 *Et quid in venditione Feudi, si non fuerint expressa corpora sub verbo* signanter.

8 *Venditor Feudi cum promissione, quod vendidit illud francum ab omni censu, onere, & servitute, excepto onere à doto, an teneatur ad præstationem decimarum prædialium, quæ debentur Ecclesiis.*

9 *Refertur casus disputatus in S. C.*

10 *Decimæ prædiales, an comprehendantur sub nomine census in proposita specie.*

11 *Decimæ prædiales debentur jure naturæ, quia decimę sunt instituta à Domino in recognitione universalis dominii.*

12 *Pactum emendi bona franca ab onere decimarum, an operetur quoad decimas ordinarias nu. 13.*

14 *Obligationes generales continent tacitam conditionem*, si res in eodem statu permanserit.

15 *Ponderatur* Textus in l. Sejo §. medico ff. de annuis legatis.

16 *Pactum, quod quis teneatur de casu fortuito, intelligitur de casibus communibus contingentibus, non tamen de inopinatis, & insolitis.*

17 Textus in l. fistulas §. si frumenta ff de contrahenda emptione *explicatur.*

18 *Pontifex an possit imponere tributa, qui sua jurisdictioni non sunt in temporalibus subjecti.*

19 *Decimæ extraordinariæ an debeantur de jure naturæ.*

20 *Verba illa* ex natura rei *quid importent.*

21 *Venditio Feudi, seù Terræ cum clausula* francam ab omni onerę, *an importet exemptionem à decimis.*

22 *Et quid, quando clausula esset generalis, vel quandò staret de per se, vel apponatur in principio vel post specificata.*

23 *Decimæ prædiales sunt de Jure Divino destinatæ ad congruam sustentationem Administrorum Altaris.*

24 Alciati, & Rebuffi *doctrina expenditur, & nu. 25.*

26 *Decimæ prædiales sunt onera personalia destinata prò alimonia administratorum Altaris.*

27 *Baro non est exemptus ab onere decimarum, quia tenetur in eis contribuere, ut alii Cives.*

28 *Decimæ debentur de Jure communi, & est attendenda consuetudo loci.*

29 *Decimæ, an sit onus rei, vel fructuum à solo separatorum.*

30 *Expenditur* Riminald. in cons. 392. *pro resolutione proposita quæstionis.*

31 *Refertur decisio Sacri Consilii, quæ prodiit in proposita facti specie.*

CUm disputetur in his resolutionibus, an venditor, qui non exprimit onus, quod inest super re vendita, vel illud exprimit sub involucro verborum, liberare teneatur rem venditam à dicto onere, vel præstare emptori omne detrimentum; Animadvertendum duximus, quod vendito Feudo, vel aliis bonis venditis, vel in solutum datis, si bona vendita, vel assignata non reperiantur libera, prout fuit assertum, sed reperiantur obnoxia, & emphyteutica, omissa disputatione circa actionem quanti minoris, vel circa crimen stellionatus in quo incidit venditor ob falsam assertionem; illud in praxi receptum, passim vidimus teneri venditorem liberare rem venditam ab oneribus, qua non liberata, fit locus rescissioni, juxta *decis. Reg. Capycii Latro* 147. *tom.* 2. qui *num.* 22. tradit *S. Cons. sub die* 23. *Januarij* 1640. *jussisse quod conventus infra mensem liberaret rem venditam, & postmodum*, quia non adimplevit,
1 fuit contractus rescissus, *cum clausula, quod si infra mensem procuraverit liberationem à censibus, & aliis oneribus supersederetur.* Accedunt bina consilia *Præsid. Anelli de Amato* 58. & 65. de quibus non memor fuit *Reg. Capycius Latro*, ubi tradit, quod statim fit locus actioni ad rem liberandam, etiam in casu, quod res vendita reperiatur obnoxia pręlationi promissæ in beneficium alicujus, vel fideicommisso, vel donationi conditionali.

Insuper animadvertere oportet, pactum appo-
2 situm in generali promissione evictionis, quod ipse venditor non teneatur, *nisi de dato, & facto suo*, &c. non excludit obligationem, qua tenetur venditor tradendi rem liberam à servitutibus, & hypothecis, vide Jo: Baptistam *Spad. in cons.* 220. *usq. ad num.* 3. *tom.* 3. Nec excluditur ex tali pacto promissio evictionis *Fontanella de pact. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 14. *n.* 96. *tom.* 2. Non excludit obligationem, qua tenetur venditor tradere rem vacuam, & expeditam emptori, quæ diversa est ab obligatione evictionis. *Decius cons.* 280. *num.* 7. Dissentit *Alciat. cons.* 31. *num.* 8. *lib.* 1.

Non suffragatur, quod ad ea, quæ falsò ven-
3 ditor asseruit in venditione, ut si asseruisset venditor, ipsum esse Dominum rei venditæ vide *Spad. cons.* 220. *n.* 4. *ex Corn. in cons.* 266 *n.* 113. *lib.* 2. Undè debet sibi caveri expressè, quod non teneatur ex assertione non vera, quam cautelam observavi in instrumento confecto inter Sigismundum Loffredum, Marium Galeotam, & Comitem Oppidi, die 31. Julii 1580. manu Notarii Vincentii Alfani; in processu inter Marchionem Cirellæ, & Baronem Terræ Carteræ in Banca Clavelli. *fol.* 33.

Ulterius scire oportet istud pactum, quod ven-
4 ditor non teneatur de evictione, non comprehendit evictionem provenientem ex culpa, vel facto ipsius venditoris, puta si quis asserens se hæredem Matris vendiderit, vel cesserit bona materna pro certo pretio, cum pacto, quod non teneatur de evictione, & pars dictæ hæreditatis fuisset evicta à sorore, venditionis vigore reservationis, quam soror fecit in beneficium dicti sui fratris in renunciatione confecta, itaut decedente Fratre absque liberis masculis pars enunciata revertatur ad sororem; Hæredes Fratris tenentur de evictione, non obstante pacto prædicto, ut per *Cravet. cons.* 374. *nu.* 13. & 15. & *cons.* 128. *num.* 4. videndus *Ruin. cons.* 53. *num.* 15. *Surd. decis.* 288. *nu.* 46. *cum pluribus seqq.* ubi, quod non obstante pacto vendito-
5 ris, velle vendere, vel cedere rem *talem, qualem*, adhuc fit locus evictioni, & actioni quanti minoris, quando emptor non fuit clarè certioratus, sed obscurè sub involucro verborum latè *Marcian. disp.* 92. *à num.* 18. *tom.* 2. *Staib.* noster *in hac resol.* 186.

Præ:

Præterea animadvertere oportet, quod facta
6 venditione feudi cum illa solita clausula, *cum suis membris, corporibus, & præstationibus ad Dominum fundi spectantibus, si qua, vel si qua*, tenebitur venditor præstare evictionem quoad corpora possessa tempore venditionis, juxta receptam illam in Regno opinionem *Aulli de Amato* cum decisione, ab eodem relata *consf.67.* cui ex exteris contradicit *Cardinalis de Luca de feudis discurs.12.num.5.versic.in proposito.*

Regulariter enim in venditione Feudi, quod
7 est Jus universale, prout est hæreditas, & cætera, similia, quæ constituunt universitatem bonorum denegas evictio corporis particularis, nisi in promissione evictionis specificentur, & exprimantur corpora, sub verbo *signanter*, juxta praxim communiter in regno receptam post *Rofill. ad Afflict. decis.81.nu.6.Cons.de Mesa lib.2.variar. resol. cap. 32.num.28. Card. de Luca de feudis disc. 32. Reg. Capyc.Lat.consult.65.Theodor. allegat.3. nu.21.22. & 30.*

Non erat extra materiam percurrere, an ven-
8 dito Feudo *cum juribus & corporibus suis*, asserendo esse illud francum *ab omni censu, servitute, & onere*, etiam si debeatur ex natura rei, declarando valle solummodo teneri ad solutionem adohæ, & feudalis servitii, quod debetur Regiæ Curiæ ratione Supremi, & directi Dominii, num teneatur emptor ad præstationem decimarum prædalium, quæ persolvuntur, sed quia Articulus iste
9 fuit disputatus, & decisus in S.R.C. in causa venditionis Feudi Roccæ Piæmontis factæ sub asta S. C. per *Franciscum de Amato*, nomine Principis Satriani; & rationes decidendi stare videntur in allegationibus editis per Solertissimos causarum Patronos *Constantinum Casaro, & Vincentium Sergium*; ideò nostri Instituti ratio postulat ut hic Typis mandentur.

Allegationes Advocati Vincentii Sergii.

UT aliis Allegationibus dixi. Franciscus de Amato emit in S.C. sub hasta Terram Roccæ Piemontis cum ejus Juribus corporibus, introitibus, Jurisdictionibus, & bonis pro pretio duc. 32600. francam ab omni censu, servitute, & onere etiam si debentur ex natura rei; solummodo teneri voluit ad solutionem adhohæ, & feudalis servitii, quod debetur Regiæ Curiæ ratione Supremi, & directi dominii.

Ad instantiam Illustris Principis Satriani, cujus nomine Amatus emit Terram prædictam, mediante sententia S. C. fuit declaratum ex pretio prædicto deducendum esse onus decimarum prædialium, quod liquidatum fuit in ducatis 2700.

Id summa cum ratione, juxta solitum à S. C.
10 fuit determinatum, nam sub nomine census comprehenduntur etenim decimæ prædiales, quæ persolvuntur Ecclesiis parochialibus *Avendanus de censibus cap.2. Velasc. de Jure emphyteu. quæst. 32.*

Accedente etiam illa clausula *ex natura rei*, quæ
11 verificari poterat in servitio, seù adoha, quæ debetur Regni Domino directo feudi, quod onus est debitum de Jure naturæ, ut post antiquos tenent *Rosenthal.de feud.tom.1.cap.2.concl.52.nu.3. vers.7.D.Reg. de Curte in divers.feud.1.par. fol.35. nu.36.* nec non in Tributis, quæ similiter debentur Principi de Jure naturæ, ad onera communia substentanda, & id negare esset hæresis, ut pluribus relatis authoritatibus firmat *Pater Lanfranchus in opuscl.moral.opus.4. in præfatione num.2.*, Pari modo decimæ prædiales sunt institutæ a Domino in recognitionem universalis dominii, quod habet in creaturis, & debentur Jure naturæ, ut affirmat clarissimis verbis *Navar. in manuali de tertio præcepto Ecclesiæ in princ.num.30.propè fin.* ibi, quia hoc Jure naturæ, cui humana consuetudo derogari nequit *cap.21.tom.2 fol. mihi 114. num.*

& ideo æquiparantur Tributis, ut post alios firmat *Riccius in Praxi Archiep. par.1. resolut.157. num.9.*

Et quia Amatus emptor expressè declaravit teneri velle ad præstationem adohæ, necessariò sequitur, quod pactum verificari debeat in decimis prædialibus ex *Surd.cons.234. vol.tom.2. nu. 18.*

Opponunt creditores, quod si Amatus speci-
12 ficis verbis declarasset emere Terram prædictam, & bona exempta, & franca ab onere decimarum omnium, illa intelligerentur franca à decimis extraordinariis, non autem ordinariis, ita *Baldus in l.fistulas, §.frumenta ff. de contrahenda emptione in fin.allegant tex.in l.seio, §.medico, ff. de annuis legatis*, quem sequitur *Cremensis singul. 108.* & alii, qui hanc tenuerunt opinionem sequuntur *Baldum*, quem aliam non perscrutata ratione allegant.

Sed contraria opinio est de Jure verior, ut ad-
13 vertit doctissimus *Rebuff. in tract. de decimis q. 3.num.33.in finalibus verbis*. Contra *Baldum* tenuit *Hieronym.Gigas in tract.de pension.Ecclesiast. qu.66. per totum Tract. tom. 15. par. 1.* affirmans quod pensionarius, cui assignata fuit annua portio super fructibus alicujus beneficii libera, & exempta ab omni onere decimarum charitativi subsidii, & quocumq; alio onere, intelligitur exemptus ab onere solito, non autem insolito, quem sequitur *Stracca in Tract. de assecurationibus tract.tom.6.parte 1.*

Ita etiam Privilegium concessum Societati Jesu, ut omnia eorum bona, & loca sint exempta à solutione decimarum intelligi debet de solutione decimarum quæ Parochiis, aliisque personis Juris communi dispositione debentur, non autem ex aliqua causa particulari, *Seraphinus dec.1293. par.2. in prin.* qui pluries juxtà hanc opinionem per Rotam judicatum refert *Flavius Cherubinus in Scholiis ad Compend. Bullarii in Bulla 51. Gregor.13.Pastoralis officii cap.2.*

Ratio est evidens, quia hujusmodi obligationes
14 generales, semper censentur continere tacitam conditionem si res in eodem statu fuerit, quo erat tempore contractus plenissimà *Gamma dec.349. num.6.* qua habemus judicatum, quod vendens rem liberam à tributo intelligitur de illo Tributo quod erat impositum tempore contractus, non autem de novo postea indicto, sicuti verba illa *casus incogitati, & cogitati* intelligi debent, secundum casum præsentem tempore contractus, *Alciat.responso 157.num.3.& 7.*

Nec *Tex.in l.seja. §.medico. ff. de annuis lega-*
15 *tis*, allegatus à Baldo, probat id, pro quo allegatur imò oppositum clarè concludit, dicit S. C. Medico Sempronio quæ viva præstabam dari vo-

lo, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt, ex quo *tex.* omnes fumunt, quod dictum generale ad extraordinaria non refertur.

Et contra *Baldum in dict. §. frumenta, l. fiftulas,*
36 eft communis Doctorum traditio, *Baldus enim in allegat. l. fiftulas §. frumenta ff. de contrahen. emption.* movet quæftionem, fi accipiens periculum belli, & grandinis teneatur de cafu folito, & concludit quod intelligitur conventum de periculo infolito, ex qua conclufione deducit aliud corollarium, fcilicet quod vendens fundum francum de decimis intelligitur de decimis infolitis, non autem de folitis, nam communiter DD. concludunt, quod fufcipiens in fe periculum cafus fortuiti tenetur tantum de cafibus communiter contigentibus, non quidem de inopinatis, & non ex confuetudine evenientibus. Ita.

Bartol. in l. fed & fi quis 4. §. quæfitum, ff. fi quis cautionibus num. 3. in fin. allegans *dict. l. fiftulas, §. frumenta, ff. de contrab. empt.*

Idem Baldus fibi contrarius *conf. 145. nu. 1. verf. Tertio quia ille cafus vol. 3., & conf. 119. vol. 1. verf. in contrarium, & in l. falfus num. 6. C. de furtis, & in l. 1. num. 1. C. depofiti*, concludit non teneri pro cafu infolito allegans femper *d. §. frumenta ubi Bartol.*

Jafon. in l. fed & fi quis §. quæfitum nu. 33. ff. fi quis cautios.

Alex. conf. 107. num. 16. vol. 3. & conf. 28. nu. 10. vol. 1.

Riccius conf. 82. vol. 1. nu. 11.

Gomef. variar. refolut. cap. 3. tom. 2. numer. 19.

Mandellus de Alba conf. 1. num. 1. & 4. cum feq. vol. 1.

Surdus qui concordantes allegant conf. 61. num. 65. vol. 1.

Monoch. conf. 27. num. 18. vol. 1. & conf. 671. num. 7. vol. 7.

Riminal. Jun. conf. 637. nu. 40. vol. 6. & conf. 937. num. 40. eod. vol. 6., qui hanc vocat communem opinionem.

Celfus Ugo conf. 18. num. 2.

Ripa de Privileg. contract. caufa Peftis num. 99. ubi dicit hanc opinionem effe communem.

Afflict. decif. 150. num. 22.

Franc. Marcus dec. 62. in fin. par. 1.

Surdus dec 326. num. 52.

Maftrillus dec. 299. n. 23.

Ludov. à Peguera dec. 214. num. 13.

Sebaft. Medices de cafibus fortuit. par. 2. qu. 12. num. 7.

Seraphin. de Juram. Privileg. 106.

Marius Antonius lib. 2. var. refol. cap. 26. à nu. 2. cum feq. qui multos concordantes allegát juxta quam opinion. decifum fuit per S.C. junctis Aulis ad relationem *D. Præf. de Franc. de anno* 1573. in caufa inter Hieronymum de Montenigro cum Ill. Jo: Andrea, *de Auria*, ut refert *Conf. de Bottis in add. ad Bartol. in l. fed & fi quis §. quæfitum fub verb. intellige de folita ff. fi quis caution.*

37 Nec huic communi opinioni obftat *tex. in d. l. fiftulas § frumenta ff. de contrab. empt.*, qui ab omnibus allegatur pro fundenda *Bartoli*, & aliorum opinione fiquidem, ut advertit *Jafon. in d. l. fed & fi quis §. quæfitum n. 35. ff. fi quis caution.* in illo *tex.* dicit §. C. quod qui vendidit frumenta in herba promifit teneri fi quid, vi aut tempeftate factum effet dicitur ibi, *fi nives immoderata extra confuetudinem corruperint*, quod tenetur, nã fi nives fuiffent moderatæ, & fecundum loci confuetudinem non fuiffet cafus fortuitus, nec vis tempeftatis, fed fuiffet cafus naturalis, & fic cum permififfet de vi intelligitur de cafibus infolitis.

Imo & fi vera effet opinio *Baldi*, neque poffet applicari negotio de quo agimus, fiquidem licet fummus Pontifex non poffet imponere tributa illis qui fuæ Jurifdictioni non funt in temporalibus fubjecti ut firmat *P. Andreas Lanfrancus in opufculis moralibus opufculo 4. de tributis, & gabellis cap. 2. nu. 2.*, urgente tamen aliqua neceffitate, puta pro expeditione belli contra hoftes fidei poterit novas, & extraordinarias decimas imponere fuper beneficiis Ecclefiafticis, & tertiæ decimæ Papales dicuntur quæ perfolvuntur folummodo à perfonis Ecclefiafticis: *Moneta de decimis cap. 9. qu. 1. n. 1. & 4. cum feq.*

38 Concludit tamen *Lanfrancus* loco jam allegato Summum Pontificem poffe imponere tributa iis, qui temporaliter fibi non funt fubjecti, fi effet neceffarium ad bonum Ecclefiæ ut puta fi Turcæ infinito numero fe diffuderent in Orbem Chriftianorum, vel hæretici fupramodum invalefcerent, & Principes Chriftiani effent negligentes; nec alia fuppeteret ratio fuccurrendi, quæ opinio quatenus effet vera noftra hac tempeftate impoffibile effet in ufum deducere regnante Invictiffimo Catholico Rege noftro Philippo hæreticorum, Turcarum, aliorumque Chriftianæ Religionis hoftium everfore. Hæc autem tributa, quatenus daretur cafus, quod poffent a Papa imponi fuper bonis omnium laicorum Chriftianorum ultra decimas folitas debitas de jure Divino, ac naturali ratione vocarentur decimæ extraordinariæ, ut obfervat *Rebuff. in tract. de decimis qu. 3. nu. 23.*

39 Hæ autem decimæ extraordinariæ nullo modo debentur jure naturæ, cum ex accidenti, & cafu fatis inopinato fint impofitæ, & ideò fub illa claufula *ex natura rei* comprehendi non poffent, & fic ut emptor fecurus fit, quod pro extimatione, & valore decimarũ ordinariarum obtinere debeat deductionem ex pretio rei emptæ, cautela hæc eft fatis juri, rationi, & æquitati confona, ftante quod folvit ducatos 9. m. ultra juftum valorem Terræ prædictæ, ut conveniat fe exemptum, & liberum effe cenfibus, & oneribus debitis *ex natura rei*, quia hæc claufula neceffariò illum cautum reddit, ut obtinere debeat deductionem ex pretio oneris decimarum prædialium, prout fuit juftiffimè per Sacrum Confilium decifum in hac caufa.

40 Verba enim illa *ex natura rei* aliaque, quibus *Amatus* ufus fuit in formanda oblatione, ac in celebrando contractu emptiones Terræ Roccæ Piemontis non dicuntur generalia, fed benè ex earum natura funt univerfalia, & comprehendunt omnem modum, qui poffit excogitari, ut emptor fit exemptus à qualibet præftatione, etiam fi trahatur ad cafus improprios, & abufivos, comprehendo omnia, quæ alias non comprehenderentur *l. 1. ff. de teft. milit. l. 1. §. quidam ubi glof. in verb. quemodo ff. de fideic. libertat. Decian. Rolan. Cephal. Stracca & alii*, quos refert, & fequitur *Graman. difcep. forenf. cap. 844. nu. 5.*, & hujufmodi verba univerfalia copulant majore expreffis etiam ex caufa à

jure

jure non considerato ex *Gonadino Tiraquello*, & aliis, & ita fuisse pluries à Rota determinatum refert *Marescottus var.resolut.lib.2.cap.19. nu.33.* Ex his sequitur, quod sententia S.C.o tam doctissimis Patribus prævia maxima causæ discussione perlata omni jure erit confirmanda in causa reclamationis.

Vincentius Sergius.

Allegationes in contrarium edita per U.J.D.*Constantinum Casaro Curatorem Patrimonii Cicarella, & Rinaldi.*

Exposito venali Terra Roccæ Piemontis, pluribus emptoribus concurrentibus, remansit Mag. Io: Francisco de Amato ultimo licitatorii pro Illustrissimo D.Principe Satriani Equite aurei velleris (& sic frustrà allegatur, quod supra appretium fuerit empta nam multi emptores adfuere) pro duc. 32. mil. hoc pacto inoblatione abjecto, *per Franca, & libera detta terra, e casali, e loro corpi da qualsivoglia vendita alienatione, donatione, majorato, fideicommiss.purificato, ò purificando, vincolo, debito legato, peso, concessione, censo laudemio, reddito, obligatione, servitù, & hipoteca etiam ex natura rei, &c.* & ante prædixerat, *& nel modo, & forma, siccome meglio, e più pienamente per detto quondam D.Francesco, e suoi predecessori, è stata tenuta, e possiduta l'hanno possuta tenere tam de jure, quam de consuetudine, &c.*

Agit nunc D. Princeps remedio *l. ultim. ff. de ædilitio adicto*, actionis videlicet, quanti minoris, ex quo fructus, qui nascuntur in campis prædictæ terræ sunt obnoxii decimis; & quod fructus omnium, & quorumq; territoriorum terræ prædictæ decimantur nemine penitus excepto; ut super 16.articulo deponunt octo testes dicti D.Principis ex fol.720.cum seq.

Et ex eo quod in oblatione adest dicta clausula *francam*, ob onere *etiam ex natura rei*; à decimis
21 prædictis francam esse contendit; nam deduci possunt in pactum, quod licet non valeat de per se, tamen inter contrahentes est servandum, *juxtà l.fin.C.si propter publ.pensit. & l.2.& fin.C.sine censu, &c.* cum vulgar.*Moneta de decimis cap.6.q.4. n.45.*

Sed replicatur dictum pactum ullo modo posse extendi ultra specificata.

Secundò, quod dictum onus pertinent ad emptorem ex persona, & facto suo, & sic nulla competit actio quanti minoris contra venditorem.

Tertiò, quod non est onus rei, & si concedo esse decimas prædiales.

Quoad primum, certum est, quod in oblatione res particulares sunt enumeratæ, veluti servitutes hypotecæ, & laudimia &c. & sic individua tantum sub quibus res distinctæ, & separatæ non continentur, ut notabiliter tradit *Oldrad.cons.8.* & ex nostris *D.de Ponte cons.63.num.68.* ubi dicit quod quando res sunt enumeratæ per modum individuorum, tunc non fit amphatio per generalem sermonem postea subjectum, sed genus ex præcedentibus restringitur, & ad invidua limitatur, ut declarat *Socin.cons.47.nu.3.lib.1.Bald.345. lib.3.* & idem de *Ponte loc. cit. cons.63. à num.24.* ubi quod verba non debent supponere omnia vel se referre ad omnia, quæ sunt penitus alterius juris.

22 Et tunc fortè operaretur clausula prædicta generalis, quando staret de per se, & simpliciter, vel si in principio apponatur, secùs verò quando ponitur post specificata, quia tunc ad illo restringitur; ut in propria materia decimarum, fundat insignis *J.C. Christophorus Fumas, & Despla, inter consilia Iosephi Ramonis cons.49.num.22.fol.mihi* 507. scilicet quod si quis sit dominus castri & habeat decimas territoriorũ illius castri si donat castrum; his verbis, *donat castrum cum omnibus juribus universis, qua de jure, usu, vel consuetudine, vel aliter habere debet, in dictis domo, & castro, & terminis suis cum omnibus enetibus, & possessionibus, cum terris cultis, & hermis, cum omnibus mansatis & mansoveris apparatibus, aquis, montibus silvis pratis &c. omnibus diversis sensibus, agrariis, laudimiis, jovis, traginis servitiis, ademprivis, intestiis, exorquis, cugutiis, ET ALIIS JURIBUS UNIVERSIS qua habebat, & habere debebat in dicto castro, & terminis illius*, non venit in donatione jus decimandi, quod domini illius domus, & castri habebant, quod elegantissimè probat *Ramonius cons.47. & 48.* pluribus modis; & dictus *Fumas Despla* in duobus *consiliis sequentibus, 49. & 50.* & ex *sententia Senatus*, quæ sequitur post dicta *consilia fol.mihi* 528. & rogo *D.D.*meos velint eam revidere.

Et præcipuè, quod donatorem si decimas donare voluisset, id fuisse, expressurum, quod unico verbo facillimum erat prout alias res expressit, sic dicendum in casu nostro, neque est præsumendum omissurum decimas, si ab eis francam emere voluisset, cum inter res expressas nil reperiatur particulari nota expressione dignius, ut in pro-
23 pria materia considerat, idem *Ramonius cons.47. num.19.* utpotè, quæ jure divino (quoad quotam necessariam pro alimonia sacerdotum) debentur quicquid in contrarium, quod non debeantur jure divino afferent multi; nam ad istas omnium revidendus est per celebris, & solemnissimus tractatus *Covarr.lib.1.cap.17.var.* neque *Anast. German.de sacror.immunit.lib.3.c.19.* sed *Jo:Petri Fontanell.de pactis nuptialibus clausula 4.gl.9.p.1.* ubi per viginti septem columnas omnibus qui ante eum scripsere, sivè Theologis, sivè Canonistis allegatis, & digestis, concludit, decimas prædiales esse juris divini, quoad congruam sustentationem administrorum altaris, prout sunt nostræ decimæ. Et ideò tanquam debitæ jure divino, & sic supra omne jus speciali, ac individua expressione sunt in contractibus exprimendæ, juxta illud *Celestini Tertii in cap.cùm non sit in homine, cum autem insignum universalis dominii quasi quodam titulo speciali sibi dominus decimas reservaverit* cui ad stipulatur *Constitutio Regni, quanto de decimis*, ubi *Federicus* ait *solutio decimarum, ex utriusque testamenti tabulis confirmatur, de bonis hominum velut electum quodam spirituale peculium à domino reputatur*. Et ideò semper sunt specialiter exprimendæ, ad quod adduco auream doctrinam *Alberici in l.inter antiquam, C. de usufructu*, per hæc verba, *& facit ad quæstionem quam vidi de facto aliqui laici ex antiquo feudo possident decimas quorundam prædiorum, vendiderunt ipsa prædia cum omnibus eorum juribus, non tamen habita speciali mentione de decima, quæritur, nunquid decima cedat emptori, & includatur in tali venditione, vidi Bergomi de facto obtineri*,

quod decima non comprehendatur, nifi fpecialiter, & expreſsè actum fit, hæc *Albericus*, & allegat *Innocent. in cap. ex litteris de jure patronatus*, qui id dicit. hoc etiam in puncto docet *Caphalus conf. 144. num. 12. lib. 1.* & ratio eft quam tradit *Bald. in cap. quanto, nu. 7. de judiciis*, nam generale verbum, non includit ea quæ aliam habent juris difpofitionem, quia illud quod fpecialiffimum eft, abftractum eft, & feparatum à natura generis, fic *Bald.* loquens *de decimis*; hoc etiam dicit *à Petra de fideicommiff. qu. 14. num. 389. Imol. in cap. fedes, num. 14. de refcriptis, Cravett. Berous, Mantica, Surd. Intrigl. & alii*, quos allegat, & fequitur *Ramonius* in locis allegatis, quod nunquam veneerit decima fub claufula generali, nifi expreſsè dicatur, maximè cum expreffit Illuft. Princeps tributum, quod debetur Regi terreno; multò magis exprimere debebat exemptionem a tributo, quod illi Regi debetur, cujus Reges terræ funt fcabellum pedum fuorum, ut ait, S. P. *Celeftinus in d. cap. cum non fit in homine*; ibi, *ftatuimus, ut in prærogativam dominii generalis exactionem tributorum, & cenfuum præcedat folutio decimarum*. quinimò ipfi Reges Imperatores, & Papæ tenentur Deo Optimo Max. de propriis decimam offerre *Rebuff. de decimis q. 5. num. 26.* nec confert ad caufam inquirire de doctrina *Bal. in l. fiftulas, § frumenta de contrah. empt.* de qua tam licentiosè *Rebuff. de decim. qu. 3. nu. 23.* dicit, hoc non probo; quæ tamen doctrina *Bald.* eft veriffima, ut dicit poft *Cremenf. & Socc. Mangil. qu. 24. de evict.* nam ibi fuerat dictum francam de decimis; in cafu noftro penitus non fuerunt nominatæ.

SECUNDUM CAPUT.

24 ANtequam Refponfum 35. *lib. 1. præclariffimi J.C. Andreæ Alciati*, viderem, pluries cogitavi, onus decimarum quantumcumq; prædialium deberi hac unica ratione dumtaxat, fcilicet propter compendium & beneficium folventis, hoc eft ementis prædium venditoris nequaquam; fed non audebam hoc dicere; fretus tunc auctoritate tanti magiftri; audacter dico quod facto emptoris tantum onus decimarum debetur; auctoritate ipfius Dei Opt. Max., Theologorum, Canoniftarum, & denique omnium Doctorum.

Et primò fe offert cœlefte oraculum apud *Malachiam Prophetam cap. 3. num. 6.* ubi irrefragabilis veritas fic loquitur; *Si affigat homo Deus, quia vos configitis me, & dixiftis, in quo configemus te; in decimis, & in primitiis. Et in penuria vos maledicti eftis, inferte omnem decimam, in horreum, & fit cibus in domo mea, & probate me, fuper hoc dicit Dominus; Si non aperuero fuper vos catharactas Cæli, & effudero vobis benedictionem ufque ad abundantiam, & increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpet fructum terræ veftræ, nec erit fterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituũ, & beatos vos dicent omnes gentes; eritis enim vos terra defiderabilis, &c.* Hæc dicit, Dominus per *Malachiam* certè Chriftianus Doctor apud Chriftianiffimus Judices nil aliud ad fundandam authoritatem *Alciati*, allegare deberem cum fatis ex Dei authoritate conftet effe factam emptoris folutio decimarum, fcilicet quod folutio redundat in fui, non in venditoris beneficium; nam tot bona folventi decimas Deus promictit, non vendenti fundum. Sed liceat aliquos alios allegare. Se offert *Auguft. in lib. de doctr. Chrift.* & habetur in *cap. decimæ, 16. q. 1. Si decimam dederis, non folum abundantiam fructuum recipies, fed etiam fanitatem corporis, & animæ confequeris; Deus enim nofter, qui dignatus eft totum dare, decimam à nobis dignatus eft recipere non fibi, SED NOBIS SINE DUBIO PROFUTURA.* idem *in c. majores, 16. q. 7.* & habetur *in d. cap. cum non fit in homine, & Hoftien. in fum. de decimis, num. 1. & nu. 8*, quod folum prodeft folventi decimam, & *num. 15, verf. feptimò quæritur, & Archid. in cap. difcretionem, in fin. de decim. in 6.* omnia bona, quę proveniunt folvendi decimas prædiales, ex illo inefficcabili fonte divinæ providentiæ, recenfet *S. Antonin. in fumma lib. 2. tit. 4. cap. 3. § 3. Petr. de Gregor. lib. 2. cap. 22. n. 3.*

25 *Et Rebuff. de decim. q. ult.* recenfet viginti fex præmia, quæ Deus confert non venditori fundi, fed emptori folventi decimas; quas etiam noviffimè refert *Anaft. Germon. de facror. immun. lib. 3. c. 19. & in Actis Ecclefiæ Tarantas. lib. 3. cap. 1.* & adfunt integri tractatus *Tindari, Petri Hifpani, Rebuff. & Moneta*, fed non omittam auream doctrinam *Lapi in cap. difcretioni, de dec. in 6.* quem refert, & fequitur *Philipp. Franc. in dict. cap. difcretion*, quod eft adeò verum, quod folutio decimarum efficit, ut Terra det fuum fructum ufque ad infinitatem, quod fi colonus non folvit decimam, non fiet ei remiffio propter fterilitatem, quia præfumitur fterilitatem ob non folutionem decimarum veniffe in Terra illa.

Non folum propter dicta beneficia, dicitur dictum onus decimarum deberi facto emptoris; fed principaliter propter facrificia, oblationes, orationes, holacaufta, quæ Deo Opt. Max. adminiftri quotidie faciunt pro folventibus decimas.

Nec refert, an fit prædialis, an perfonalis, an mixta; nam omnes decimæ de mundo hunc folum finem habent pro alimonia, Tribus Levi hoc

26 eft adminiftrorum altaris, ut eft follemne confilium *Paul. de Caftr. 38 lib. 2.* in quo habetur, quod adeò eft correfpectivum onus decimarum prædialium, cum minifterio Sacramentorum, quod mortuis Sacerdotibus non debeotur decimæ, fi alii Sacerdotes non adfint, & fit deftructa Ecclefia; nec debentur hæredibus fcilicet Epifcopo, vel Papæ ergo non eft onus, rei quod fuapte natura debeatur: nam non extinguerentur extinctis Sacerdotibus, & deftructa Ecclefia, fed fequeretur fundum, & tamen confulit contrarium *Caftrenfis*, & eum fequitur *Dom. Tufc. lit. D. conclus. 64.* & quod diftinctio nominum decimarum non deftruat effentiam, & finem ipfarum, idelt quod omnes folvantur propter facrificia, & minifteria Sacramentorum eft communis, & magis communis *Archid. in cap. quæfitum, 3. qu. 1. Hoftienf. in fumma, lib. 3. tit. de decim. Innocent. & uterque Abbas in cap. 1. & in cap. cum non fit in homine, ubi Imola de dec. Navar. in manual. cap. 21. Covar. variar. lib. 1. cap. 17. Guttier. pract. qq. lib. 1. q. 15. & q. 18. lib. 2.* & ufque ad nauſeam dat concordantes *Mar. Antonin. variar. lib. 1. refolut. 77. num. 2. Marfcot. lib. 2. cap. 54.* fivè prædiales, fivè perfonales fivè mixtæ; ad quod *S. Doctor Antoninus* allegat illud *David. Pfal. 68. Sumite pfalmum, & date tympanum*, fumite fcilicet vos po-

puli

puli divina officia à clericis, & date eis tympanum, idest temporalia *2.par.summæ tit.4.cap.3.§.1.*& sic benè dicit *Alciat.* quod est factum emptoris, cum pro emptore fiant sacrificia, eique ministrentur Sacramenta; & ideò ab illis oneribus quæ præstantur pro utilitate Universitatis, nunquam est exemptus Baro, & in eis debet ut alii cives, contribuere, cum Baro sit primus civis, ut docet *Luc. de Penna in l. hac providentia, col. 7. vers.18.& seq.C.quib.muner.excus.Bovadil.Gofred. de Gaeta* & alii quos recenset *Navar. de Gravam. vassallor.gravam.342.344. & 345.* nempè ad constructionem pontium, & viarum pro salario, medici, ludi magistri, & denique in omnibus sumptibus, quæ ad publicam utilitatem tendunt, Barones debent contribuere; & sic ridiculum esset dicere, quod emens territorium franeum à quo-
27 liber onere, etiam si deberetur *ex natura rei* esset exemptus à decima prædiali, quæ imponeretur pro extructione pontium, & viarum pro salario medici, cum omnia ista tendant ad beneficium solventis, & emeotis, non vendentis fundum, & adest pulchra decisio 20. *Regentis Salernitani*, quæ disparitatis ratio quæso assignabit Princeps Satriani inter illas expensas, & quæ fiunt pro salario Sacerdotum, nullo prorsus; immo major ratio pro istis, quàm pro illis: nisi quod ipse non moratur in Terra Roceæ respondet *Navar.in cons.1.de dec.*rogo videatur, & conditiones potestativè habentur super pro impletæ, cum non stat per eum, ad quem pertinet, *cap. cum non stat, de regul.in 6.*cum similibus, & ideò dicit *Rebuff.de decim.q.5. num.11.* quod Judæi, & Pagani tenentur solvere decimas prædiales: nam quamvis non audiant divina est tamen illis imputandum cum non stat per Ecclesiam, quæ nemini claudit gremium.

Bene ergo dixit *Alciat.* quem sequitur *Mangil.*
28 *de evictión. q. 24.* non solum dicta ratione, quia debentur facto emptoris; sed etiam quia decimæ debentur de jure communi; & actio quanti minoris dari non potest pro illis rebus, quæ jure communi debentur; quia non sunt facto emptoris, *Zabarel.* loquens *de decimis consil.88. Bertacol. de claus.claus.21.*& docet *Cagnol.in l.2. C. de pact. inter.emp.& vendit.nu.230.*circa finem, qui etiam dicunt attendendam esse consuetudinem loci, si in loco solvantur decimæ, quod dicit *Alciatus in d. cons.35.Mangil.qu.24.ex Speculat.lib.4.part.3.de empt.& vendit.fol.mihi 237. vers. non unquam,* quem sequitur *summa Rolandina fol.mihi 27.*

Scilicet, quod si in loco debentur decimæ venditor non tenetur exprimere onus decimarum, nam cum decimæ debeantur de jure communi, si in loco decimæ debeantur, censetur expressum, quia res transit cum suo onere, & sic causa est in tuto, nam nec frustulum terræ adest in Terra Roceæ, ex quorum fructibus decimæ non debeantur, ut octo testes Illustr. Principis dicunt ut supra ostensum est.

TERTIUM CAPUT.

29 QUod non sit onus feudi, nec rei, sed fructuum à solo separatorum, colligitur ex definitione ipsius decimæ, tradita ab *Hostiens.in summa lib.3.rub.de decim.,n.1.decima est omnium bonorum mobilium, licitæ quæsitorum, pars decima Deo data constitutione divina debita.* Ergo est mobilium non immobilium; quod elegantius docet *S.P.Innocent. in cap. cùm non est in homine de decimis, Rebuff.qu.8.num.21. Azor.institut. moral.cap.34.qu.11. Moneta cap.4.num.38 de decimis, Barbosa in cap. significasti de decimis, numer.8.*

Et Hieronymus Papon.cons.7.num.7. dicit, quod decimæ sunt quota fructuum, & illis inhærent, tanquam subjecto suo, & sunt onus fructibus adscriptum, & ob id fructuum perceptores sequuntur quoque titulo illos percipiant, & ideo etiam prædiales hoc respectu dicuntur personales *Gutierrez lib.1.quæst.17.nu.2.juncto num.6.& lib.1.q.18. num.8.* & est adeo verum, quod debeantur ex fructibus separatis à solo; quo casu non sunt amplius pars soli, ut infrà dicetur quod nulla prorsus actio pendentibus fructibus, Ecclesiæ competit; nec judicis officium, sed omninò oportet, ut sint à solo segregati, ut eleganter docet *Rebuff. quæst.5.& quæst.12.*rogo revideatur, quod Ecclesia non habet dominium, nec hypothecam, nec reivindicationem, pendentibus fructibus in feudo, nec esse potest, cum daretur decima de re stabili, quod est impossibile.

30 Veniat modo, numen nostræ jurisprudentiæ, *Hyppolitus Riminaldus cons. 192. lib.4. num. 25.* quærit *Riminaldus*, an promissio facta per locatorē conductori de solvendo omni onere imponendo super possessionibus locatis tàm ordinariò, quàm extraordinariò, comprehendatur onus gabellarum pro fructibus perceptis ex dictis possessionibus ab ipso conductore, concludit quod non istis de causis, quæ nostram controversiam in individuo diriment; *fructus pendentes dicuntur pars fundi, quoniam respondetur objectum procedere, in fructibus pendentibus, & donec solo cohærent; qui tunc inter immobilia reponuntur, & de illis, ut de immobilibus judicatur, ut per gloss.in cap.1.§. sciendum, verba cohærentibus; de feudi cognitione*, & post eam Martin.Alvat.& *Alex.Zasius in epitome feud.4 par.col.1.*ubi testatur ita communiter teneri, idemque tenet Speculat.*in tit.de fruct.§.1.vers. sed pone prælatus*, Florian. *in l. si fur.ff. de usufr.* Bart.Bald.Angel Cur.Imol. Castrens. & Alexand. *in l. si filiusfamilias, §. cum fundum in fine ff. de verb.obligat.Sed nos loquimur de fructibus separatis à solo perceptis, & inhorreum collocatis, pro quibus quando venduntur, non ante dum pendent datur gabella, quo casu non sunt pars feudi, nec ejus accessorii veluti immobiles, imò vero mobilibus annumerantur*, ut per Tiraquell. Dec. Paris. Plot.& *est* text. *notab.in l.fin.de requir. reis*, ubi Modest.refert *quod* Divus Adrianus, *inter moventia fructus quoque haberi rescripsit, quem de separatis à solo intelligit*, Albericus *in d.l.fructus.ff.de rei vendicat. unde cùm tali casu fructus sint res æquè principales, sicut fundus, & diversi prorsus quia sunt res mobiles, ille verò immobilis, remanet adhuc illæsa, & inconcussa regula, l. si unus, §. ante omnia, ff.de pactis quod promissio domini locatoris de solvendo oneribus, quæ pro possessionibus imponerentur, porrigi non possit ad fructus, pro quibus gabella debentur*, hæc Riminaldus, ex cujus authoritate ni fallor remanet sopita omnis difficultas, & quod onus decimæ non est onus rei, sed fructuum. Et ideò idem *Riminald.loc. citato nu.58.ex Natta, & aliis*, dicit quod decima est onus reale, quod fructibus imponitur, quod pa-

tet

tet ex eo quod non debetur, ut canon emphyteuticus, hypotheca, servitus, & similia; de quibus. *Alciatus conf.35.* quæ & si in fundo, non nascantur fructus, & illa debentur suaptè natura.

Decima nequaquam, quæ & si fructus non nascantur; non debetur. Etsi emptor non seminat non debetur; Ergò facto suo debetur, quia in sui posse est seminare, & nō seminare, nō ut alia onera, quæ afficiunt rem, & debētur quandocumq; non seminetur. Ex quibus censeo ullo modo valorem decimarum esse in prejudicium tot creditorum deducendum ex pretio terræ prædictæ. Non sit ergo grave Illust. Principi tam pio solvere Deo vero decimas de proprio, cum etiam gentiles suis diis illas solvebant, *Cicero lib.3. de nat. deor. Plini. lib.12. c.14. Herod. lib.1. Alexand. ab Alex dier. genial. lib.3. cap.21.* Hæc occurrunt salva, &c. Neap. 25. Januarii 1641. Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ; ac Doctori gentium Paulo Apostolo cujus conversio celebratur hodie.

Constantinus Casaro curator.

Die 20. Februarii 1634.

1 *Fuit decisum esse deducenda onera realia, ut sunt decima Prædiales: Respectu verò bonatenentiæ fuit habitum pro vero, quod collectæ imponantur Personæ pro rebus, & proindè fuerunt absoluti conventi, existente Commissario D. Regente Capycio Latro, tunc Consiliario, & votantibus Consiliariis Caravita, Piccolella, Savio, & Mendetta, ut ex actis penes Josephum Scacciavento.*

ANIMADVERSIO,

Ad Resolutionem 188.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi, qui non habent Metropolitanum, sed sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ in causis appellationum cognoscuntur à Nuntio Neapolitano de mandato Sedis Apostolicæ.*

2 Abbas D. Ascanius Maradei *Authoris frater commemoratur.*

3 *Breve Apostolicum Urbani Octavi Pontificis imprimitur pro quæstionis resolutione.*

DUm in hac resolutione D. *Author num.* 66. advertit, quòd sedes Apostolica sæpè sæpius mandare solet, ut Episcopi immediatè subjecti Sedi 1 Apostolicæ subeant Reverendissimo Nuncio Apostolico hujus Regni, ut servatur cum Episcopo Cavensi, & servatum quoquefuit cum Cassanensi Episcopo, qui similiter est immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, ut pateat ex breve edito per Urbanum Octavum sub die 7. Augusti 1629., quod Typis vulgavit, doctissimus *Abbas D. Ascanius*
2 *Maradei* noster amatissimus frater *in calce sua silva resolution. practicab. fol. 89.*, & Nos quoque hic Typis tradendum putavimus, ad hoc, ut antiqua monumenta ob temporis injuriam non pereant.

Tenor Brevis Apostolici.

IN DEI NOMINE Amen.

3 *ANno Circumcisionis Domini Nostri Jesu Christi millesimo, sexcentesimo vigesimo primo. Regnante in nobis Serenissimo, & Catholico Domino Philippo Quarto de Austria Dei Gratia Rege, Castellæ Aragonum, Utriusque Siciliæ Quinto. Fæliciter; Amen. Necnon Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Urbani; Divina providentia Papa octavi 3. Anno secundo fæliciter Amen. Die verò septima mensis Augusti præsentis anni, octavæ indictionis Castrivillarum. Nos Petrus Jacobus Pellegrinus Castrivillarum Regius ad contractus Judex, Scipio Marullus Castrivillarensis, publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ citra Pharum Regia, & per totum Orbem Terrarum Apostolica authoritatibus Notarius, & testes subscripti, ac specialiter vocati &c. declaramus &c. quod præsenti die, in nostri præsentia personaliter constituti RR. D. Jo: Alphonsus Jannitellus Pro Cappellanus, & Procurator Reverendi Cleri Parocchialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Castello Castrivillarum, prout dixit; Necnon Reverendus D. Stephanus Laurea procurator in præsenti anno Parocchialis Ecclesiæ Sancti Petri de Catholica Castrivillarum, ut similiter dixit; qui quidem &c. asseruerant sponte, coram nobis; quod multis ab hinc annis Cassanensis Diœcesis Archiepiscopalem Curiam Consentinam in Metropolim non habuit; ac propterea ob alma Urbe Roma distantiam, semper procuravit, Judicem in partibus, ad quem appellaret, habere; & propterea anno millesimo quingentesimo octagesimo septimo, Reverendum Capitulum Civitatis Cassani congregatum procuratorem, ut adesset hoc nomine Romæ, creavit; ut est videre apud Sedem qu. Notarii Lactantii Campilongi: Itemque alia oppida dictæ Diœcesis id semper moliti fuerunt; sed nunquam à Sanctissimo Domino nostro impetrare hoc potuerunt: Reverendi tandem Presbyteri totius Cleri Castrovillarensis, mense Februarii anni præsentis 1625. cum satis compertam haberent authoritatem, & virtutem Reverendi D. Josephi de Franco à Castrovillarum, supplices ei fuerunt, ut sua prudentia id aggrederetur; qui eorundem supplicationibus persuasus, qua est liberalitate, & humanitate; ut suis Civibus rem gratam faceret, & egenis opitularetur, rem arduam aggressus ad effectum eam perduxit: Et proindè impetrato Brevi Apostolico à Sanctissimo Domino Urbano Papa Octavo, idem Breve Apostolicum hodie septimo mensis Augusti 1625. Procuratoribus, & Presbyteris totius Cleri Castrivillarum tradidit: Quoniam autem dictum Breve Apostolicum est præsentandum illustrissimo Nuntio Neapolitano Judici appellationis in secunda instantia; ut quod continetur in dicto Brevi Apostolico,*

dubbis:

authentice, & fideliter in alicujus Tabellionis Sede serveturzad hoc, ut cum opus fuerit, quivis indè exemplum sumere valeat, ad futuram rei, & dicti Reverendi D. Josephi memoriam; cujus opera, magno cum Diœcesis emolumento; id totum ad optatum perductum fuit finem: institerunt mihi Scipioni Marrullo Castrovillarensi publico, Regio, & Apostolico Notario: ut dictum Breve Apostolicum in carta pergameum existens, cum sigillo cera rubea, cum alba cordula pellicea circumcirca, sub annulo Piscatoris, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum, omni vitio, & suspicione carens, quod vidimus, & diligenter inspeximus; eratque per omnia, tenoris sequentis vz. Foris. Facultas Nuntio Neapolis cognoscendi causas in secunda instantia pro Diœcesi Cassanentium, cum sigillo ceræ rubeæ sub annulo Piscatoris, cum alba cordula pellicea circum circa. Intus verò Urbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Exponi nobis fecerunt Dilecti filii Clerus, ac Universitates, & homines Castrivillarum; seù locorum Diœcesis Cassanensium; quod cum venerabilis frater Episcopus, & Diœcesis Cassanentium hujusmodi à Jurisdictione venerabilis etiam fratris Archiepiscopi Consentini, ejus Metropolitani, exempti sint, ob extremam eorū inopiam, & nimiam ab alma Urbe nostra distantiam; causas appellationum in vim decretorum, & gravaminum, quæ sibi in dies inferuntur, interpositarum prosequi non possunt: Quare, ne à remedio, ipsis tam à Jure Divino, & naturali, quam Sacris canonibus concesso, excludantur; nobis humiliter supplicare fecerunt; ut eis desuper opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur Clerum, ac Universitates, & homines prædictos, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodati existant; ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos forè censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Cardinalium, Sacri Concilii Tridentini Interpetrum consilio dilecto moderno, & pro tempore existenti nostra Apostolica Sedis in Regno Neapolis Nuncio; in quibuscunque causis appellationum, quos deinceps à sententiis prædicti Episcopi Cassanensis, per ipsos Clerum, ac Universitates, & homines interponi contigerit; juxta formam à Sacris Canonibus, & ipsius Concilii Tridentini decretis præscriptam in secunda instantia procedendi; facultatem Apostolica authoritate, tenore præsentium concedimus; & impartimur; non obstantibus Apostolicis, ac universalibus, Provincialibus Conciliis editis; generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vigesima tertia Julij, millesimo sexcentesimo vigesimo quinto. Pontificatus nostri Anno Secundo V. Theat. Quo quidem originali, brevis Apostolici prædicti, per præfatos RR: Procuratores, quibus supra nominibus, modo prædicto exemplato; statim dicti RR. Procuratores, dictis nominibus, gratiose requisiverunt nos &c. & attentè rogaverunt, nostrum officium super hoc implorando; dum multum interest, & interesse poterit in futurum &c. dictum Breve Apostolicum, non solum exemplavimus, & transumptavimus; immo præfati Notarii prothocollo, actis, & Archivio reponimus, & in præsentem publicam formam redigimus; ad hoc, ut & ubi, & quatenus, & quando, ac coram quibus opus fuerit, possimus, & valeamus, exindè plenam facere fidem. Nos autem requisitioni prædictæ libenter annuimus; considerantes, quod officium nostrum publicum est, illudque nemini denegare possumus, neque debemus; præsertim in his; quæ honestatem sapiunt, & requirunt, & quia justa petunt, & justa petentibus non est denegandus assensus; Idcirco tenorem dicti Brevis Apostolici exemplavimus; statimque dictum Breve Apostolicum dictis RR. Procuratoribus nominibus antedictis restituimus, & penes seipsos remansisse &c. undè &c. præsentibus pro testibus Mutio Signano, Martio Campanella, Petro Motta, Horatio Russo, Mutio Carella, Francisco Battipiede, Scipione Gambino, & aliis, &c. Castrivillarum ad prædicta per dictos Reverendos rogatis &c. Licet tamen manu aliena extracta est præsens copia ab actis Notarii Scipionis Marulli, in qua facta collat. concordat. & in fidem &c. Ego D. Franciscus Carella Castrivillarum Notarius Apostol. præsentem feci, & rogatus signavi, &c. Loc. ✠ sign.

Vigore supradicti Brevis Apostolici, sub die 14. mensis Febr. 1642. existentibus in præsenti Regno Neapolitano Nuntio Apostolico, & generali Collectore Laurentio Tramallo Episcopo Hyeracensi, & Auditore Nuntiaturæ Apost. Marcello Maudosio, & Matthæo Nerio Act. Magistro, & Leopardo Scriba, ad petitionem D. Josephi, & Cl. Vincentii Baratta, ac aliorum Clericorum Castrivillarum; fuerunt relaxatæ provisiones, cum inhibitione, in forma solita, directa Illustriss. Domino Episcopo Domino Vicario generali, fiscali, actuario, & toti Curiæ Episcop. Cassanensium ensolidum, pro transmissione actor. originalium copia &c. ut patet ex autentico transumpto nobis transmisso à supradicto de Cardenas; & pendente existente &c.

ANIMADVERSIO,

Ad Resolutionem 199.

SUMMARIUM.

1 *Assensus Gratiæ contentus in Pragm. 33. de feudis, an extendatur ad dispositionem factam in Codicillis, servata forma gratiæ, quamvis in Testamento nulla mentio facta fuerit de gratia.*

2 *Affertur dissidium in proposita controversia inter* Consiliarios Staibanum, et Roccum, *quorum argumenta rejiciuntur per* Consiliarium de Rosa, *& num. 3.*

4 *Codicilli sunt partes, vel sequela Testamenti.*

5 *Assensus gratiæ, an comprehendat masculos existentes in quinto gradu.*

6 *Feudatariis, an possit virtute Gratiæ excludere sororem dotatam de paragio super bonis paternis, nulla assignata dote super bonis proprijs.*

7 Regii Consiliarii Franciscus de Andrea, & Amatus Danio *commemorantur.*

8 *Decisio S.R.C. quæ prodijt in proposita specie affertur, & adducitur ratio decidendi per Authorem, & nu. 9.*

10 Gra-

10 *Gratia interpretatio respicit territorium.*

11 Regius Consiliar. Petrus Caravita *recensetur, ejus responsum excuditur.*

12 *Facti series proponitur, & nu. 13.*

14 *Assensu interveniente super institutione facta in testamento in beneficium agnati remotioris sub-sistetur dispositio.*

15 *Immissio competit Hæredi scripto in testamento cum assensu super feudis.*

16 *Gratiæ concessæ in anno 1565. & in anno 1622. an possint allegari tanquam non registratæ infra annum, vel elapso anno & nu. 17.*

18 *Assensus est gratia, & proinde est registrandus, & executoriandus cum expeditione privilegij in forma Regiæ Cancellariæ.*

19 *Privilegij præsentatio infra annum, non sufficit, sed requiritur totalis expeditio privilegij cum registro, & sigillo in eodem anno.*

20 Fiscus R. Cameræ Lanarius *declaratur.*

21 *Assensus gratia non suffragatur circa ea in quibus non concurrit ratio, nec mens Civitatis gratiam petentis, & Regis assentientis.*

22 *Verba gratiæ ponderantur, & interpretantur nu. 23.*

23 *Assensus permittens quod feudum vendatur Titio, contemplare videtur personam Titii emptoris, non venditoris.*

24 *Assensus, seu gratia cessat, cessante causa.*

25 *Assensus cum facultate disponendi in beneficium alicujus personæ, debet esse simplex, & absque onere.*

26 *Assensus per quem datur facultas injungendi onus solvendi aliquam quantitatem, non tribuit facultatem, ut honoratus possit in illa quantitate gravari.*

27 *Religiosus prout est Eques Hyerosolimitanus an sit capax successionis feudi legati in beneficium familia.*

28 *Assensus quando est concessus ad disponendum de feudo nominata persona, est necesse, quod exprimatur modus, ad hoc ut suffragetur.*

29 *Assensus simpliciter præstitus super testamento, an comprehendat legata fideicommissa, & omnia contenta in testamento.*

30 *Assensus quando est interpositus super contractu, seu dispositione individua non potest pro contractus parte acceptari, &, pro parte renunciari, quia induceretur nullitas assensus.*

31 *Assensus gratiæ loquens de ultima voluntate comprehendit etiam codicillos.*

32 *Assensus contentus in* prag. 33. de feudis *quando est difformis à dispositione, dispositio remanet nulla, quia assensus regulatur ab actu super quo interponitur, & nu. 33.*

34 *Assensus contentus in gratia non comprehendit dispositionem factam in fraudem fœminæ legitimæ succeditricis.*

35 *Feudi hæreditarij dispositio est facienda sincerè, bona fide, & sine fraude.*

36 *Hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullum, & invalidum.*

37 *Feudatarius, qui non disposuit vigore assensus contenti in gratia, videtur gratiæ renunciare, & quid si in codicillis expresserit velle uti gratia num. 38.*

39 *Verbum videtur appositum in gratia intelligitur arbitrio boni viri.*

40 *Fœmina proximior, & immediate succeditrix est immittenda in possessione feudorum virtute legis investituræ, non obstante illius exclusione virtute gratiæ, quæ venit cognoscenda in judicio petitorio.*

EX hac resolutione plura colligere, & animadvertere possumus notabilia ad interpretationem *Prag. 33. de feudis*, & primo examinandum erit, an assensus resultans ex gratia prædicta porriga-
1 tur, & extendatur ad dispositionem factam in Codicillis, ita quod si feudatarius excluserit fœminam proximiorem immediatè succeditricem, instituto sibi masculo remotiori de familia in bonis feudalibus nulla facta mentione de gratia possit postea in Codicillis declarare se velle ad majorem cautelam uti beneficio gratiæ exprimendo institutionem feudalium se fecisse vigore privilegiorum, & Gratiarum Regno concessarum, affirmativè resolvit *Consiliar. Rocc. in resp. 44. num. 13. versic. 3. lib. 1.* ubi resolvit quæstionem ex verbis ejusdemmet gratiæ statuentis, quod possit disponere feudatarius de feudis tam in actu inter vivos, quam in ultima voluntate, ergo in Codicillis potest fieri dispositio, & in terminis allegat *Montan. de Regalib. §. fin. n. 7. versic. ad cujus Pragmaticæ interpretationem.*

2 In contrarium in eadem causa Ducis Montis Nigri in qua scripsit, *Consiliar. Roccus* scripsit *noster Consiliarius Staiban. in hac resolutione 199. à n. 20., & seqq. tom. 2.* contendens *Gratiam* locum sibi præscribere non posse in proposita facti specie in qua testator nullam in testamento de ea mentionem fecit, licet postea declaraverit in Codicillis se disposuisse, virtute gratiæ assignando solummodo illam rationem, quam assignat à *num. 22. ad 28.*, quod cum Marchio elegerit testari secundum jus commune non poterit postea in Codicillis variare, & eligere viam gratiæ ex *textu in l. fin. §. sin autem hoc aliquis C. de jure delib.* ex quo habetur, quod hæres qui potuit ab initio eligere viam conficiendi inventarium ex beneficio legis novæ *Justiniani*, & elegerit beneficium juris deliberandi tributum per legem antiquam tenebitur insolidum creditoribus, & allegat *D. de Franchis decis. 560. à num. 7.* ubi quod eligens unam viam videtur alteri renunciare quamvis sit utilior.

3 Sed opinioni *Consiliarii Staibani* adhærere videtur *Consil. Joseph. de Rosa in suis prælud. feudalib. cap. 10. num. 24.* ubi admittit rationem illam assignatam à *Montano*, & *Rocco*, quod data facultate disponendi de feudo, dispositio potest fieri per quemcunque actum dispositionis tam directum, quam obliquum, intelligendo tamen conclusionem dummodò unica sit dispositio, & non plures cum gradibus successivis, quod esset propriè substituere, quod fieri non potest ex *D. de Franch. decis. 153.*

4 Dum *Consi. de Rosa c. 11. num. 9. & 10.* subdit quod tam *Roccus*, quam *Consil. Staib.* nimis leviter & perfunctoriè articulum degustarunt, dum *Rocc.* quæstionem non resolvit, sed ex facti circumstantiis difficultatem evitare conatur, & *Consil. Staibanus* nihil adducit pro resolutione propositæ quæstionis se remittendo ad scripta in eadem causa, & super eodem articulo per alium Advocatum.

Igitur *Cons. de Rosa* modestè se gerendo dicit
5 quod *Consil. Staib.* nihil adducit, virtualiter videtur tenere argumenta allata per eundem, & signanter

gnanteq; illud desumptum ex *textu in l. fin.C.de jure deliberandi* non habendo dispositionem factam in codicillis per actum separatum, sed per unicam dispositionem cum illa facta in testamento.

4 Ratio est quia codicilli sunt partes testamenti ex *text. in leg. penult. ff. quemadmadum testam. aper.* ibi: *Sicut codicilli pars intelliguntur testamenti tàm si facti sint ante, quam post testamentum.* Nam omnes Codicilli censentur inesse testamento *de Pratis de interpret.ultim.volunt.lib.2. inter 3.dub.1 fol.10.num.25.plene Barry.de successionib. lib. 1. tit. 6. de Codicillis num. 7. in fine* ubi hæc verba subdit: *sed dico codicillos ad testamentum esse omnes generaliter, qui à testatore facti sunt, ante, vel post testamentum l. ab intestato de jure Codicill. ut dicit Cujac. ad quæst. Paul. lib. 21. in princ. Nam testamenti pars esse intelligetur, vel saltim sequela, quoniam jus testamenti sequuntur, & vires ex eo capiunt, adeo ut si testamentum infirmetur, Codicilli etiam corruat leg.1. Cod.de Codicillis l.3.§. ultimo l.10.l.16.ff.eod.*

Secundum exquirendum erit, an assensus ejusdem gratiæ *Prag. 33.* suffragetur Agnatis mascu-
5 lis existentibus in quinto gradu itaut feudatarius exclusa fœmina proximiore, possit vocare dictos masculos, & excludere fœminam videndus est *Radoer. in commentar, ad dictam Prag.33.cap.13.* qui *num.10.* refert casum controversum inter Regium fiscum, & possessorem Terræ Casolliæ Valenzani de anno 1675., & iste articulus fuit novissimis temporibus transactus à Regio Fisco in causa illorum de Rota Provinciæ Calabriæ referente Cōsiliario tunc Præside R. C. *D. Cæsare de Natale* sub patrocinio *D. Petri de Fusco* post modum *Regii Consiliarii*,

Tertium quod examinandum duximus, an vigore ejusdem gratiæ possit feudatarius excludere sororem dotatam de paragio super bonis paternis nulla eidem assignata, dote, vel legato relicto super bonis propriis affirmativè resolvit *Consil.de Rosa in lect. feud.sen. prælud feud.lect.10.nu.11. qui num.14.* pergit ulterius, & firmat, quod etiam si gratia jussisset relinqui dotem fœminæ non nuptę à feudatario illam excludere volente, & feudatarius id facere omitteret, non propterea annullaretur dispositio facta de feudo.

7 In contrarium insurrexerunt contra opinionem ejusdem *de Rosa Consiliarii D. Franciscus de Andrea, & Amatus Dania* scribentes in causa successionis Status Macchiæ pro D. Christina Gambacurta sorore exclusa virtutæ gratiæ per Principem D. Petrum ejus fratrem, qui in feudis instituerat D. Franciscum Patruum nullo eidem sorori legato relicto, ut habetur ex consultationibus Typis traditis per *Dom.Rodoer.in comment. ad Prag.33. de feud.cap.9. à num.4. ad 20.* in quibus conantur evertere fundamenta, quibus nititur opinio ejusdem de *Rosa* advertentes *num.* 8. eundem doctissimum Virum multa in ejusdem gratiæ interpretatione scripsisse, alitèr quam in jure se habent.

8 Nihilominus S.C. habuit pro vera opinionem *D. de Rosa*, nàm quamvis M. C. V. cum ageretur de præambulo virtute testamenti Principis Petri, fuisset in decernendo sub die 11. Maii 1681. quod interponeretur quoad burgensatica, & daretur terminus respectu feudalium & interim concederetur immissio D. Francisco testatoris patruo in feudalibus instituto vigore gratiæ, & injunctum sequestrum respectu creditorum, ut testatur idem *Rodoer. in cit. commentaria cap. 11. num. 18., &* 19. ubi quod fuerunt decisi vigore hujus decreti quatuor articuli ad interpretationem gratiæ, quorum primus fuit quod feudatarius disponens in masculum de familia non cogitur aliquid relinquere fœminæ proximiori, quam excludit vigore gratiæ.

De hac eadem decisione memor fuit *Consil. de Fusco in consultat. illa* per nos allata *in decis. 3. selectar. juris feudal.conclusion. num. 44, vers, sed enim.*

9 Ratio qua freta videtur decisio est illa quam non adducit *D. Rodoerius*; siquidem immissio impediri non poterat in beneficium patrui hæredis instituti in feudalibus virtute gratiæ quando ea quæ obiiciebantur adversus gratiam requirebant altiorem indaginem juxta tradita per *Reg. Capyc. Latro consult.87.num.68. versic. hac tandem tom.* 2. cum gratiæ interpretatio respiciat petitorium
10 *Card.de Luca de testam. disc. 52. num. 21.*

Plura animadvertere potuissemus ad hujus materię ornatum, sed quia dum scribendi laborem sumpseram pervenit ad manus meas non contemnenda Consultatio celeberrimi illi advocati; & postmodum Regii Consiliarii *D. Petri Caravita*, qui scripsit pro eadem D. Lucretia Bucca, pro qua hanc resolutionem edidit *D. Consil. Staibanus*: quare satis superque existimavimus tanti juris Consulti Responsum, hic Typis vulgare ad hoc ut posteris sit consultum per articulum pro dignitate examinatum in eadem facti specie maxime quia ipsemet *Staibanus* se remittit ad plenius scripta per istum Advocatum suum collegam.

JESUS MARIA JOSEPH.

12 Instat in S. C. Donna D. Lucretia Bucca de Aragonia immitti in possessionem Terræ Alsidelis titulo Marchionatus decoratæ, & Terræ Montis nigri, & feudi Vallis Chochiaræ tanquam bonorum feudalium remansorum in hæreditate quondam Caroli Bucchę fratris Marchionis dictæ Terrę Alfidelis, & utilis Dom. Mōtis Nigri, & feudi Vallis Chochiaræ absque filiis defuncti, & ipsa D. Lucrezia proximiore superstite, & sic immediata in feudis succeditrice.

Habet D. Lucretia intentionem fundatam ex constitutione Regni incip. *ut de successionibus*, ex qua fœminæ in defectum masculorum proximiorum sunt immediatè succeditrices ad exclusionem masculorum remotiorum exornat *Reg. de Pont. in cons.20.lib.1., & in tract.de potest. Proreg. in tit. de success. mulier.*

Opponitur de testamento per dictom qu. D. Carolum facto, & clauso sub die 14. Februarii præteriti præsentis anni 1646., & ob secutum obitum aperto sub die 20. ejusdem mensis & anni, in quo hæredem universalem instituit Illustr. D. Ioannem Baptistam Buccam de Aragonia ejus patruum cum sequentibus verbis nempè.

E perche l'istitutione dell' herede è capo, e principio di ciaschedun testamento, senza la quale il testamento de jure censura si dice, esser nullo, per questo la sudetta D. Carlo testatore nomino, fa. & instituisco à me mio herede universale, e particolare il Signor D.Gio: Battista Bucca d'Aragona Duca di Montenigro mio Carissimo Zio sopra tutti, &

qualsivoglia miei beni burgensatici, e feudali, mobili, e stabili, oro, argento, denari contanti raggioni, & altro qualsivoglia consistente così al presente, come al futuro, eccetto però l'infrascritti legati.

Et deinde in codicillis manu alterius Notarii sub eisdem diebus 24., & 10., Februarii instantis anni clausis, & apertis similiter idem Testator dixit.

Item codicillando declaro, come hoggi medesimo dì hò disposto di tutti miei beni, & precise delle mie Terre, e feudi d'Alfidela, Monte Negro e Valle Chocchiare, conforme li privilegii, e gratie concesse da Sua Maestà à favor de' feudatarii, & dell' autorità, che habbiamo dalle leggi, delli quali Privilegii, & autorità dichiaro volermene servire, che perciò havendo lo fatto il mio ultimo in scripsit chiuso, & sigillato testamento per mano di Notaro Anello Capasso, del quale hò instituito herede, & molti altri legati, & dispositioni, conforme, in detto testamento appare, al quale mi rimetto, & quello confirmo, & accetto, e perche hò considerato per fatto detto testamento presente oblìgo tengo al Signor Frà Cesare Bucca mio Carissimo Zio, il quale sempre hò tenuto, & riputato, sicome al presente tengo, e riputo per padre, havendomi lui ministrato l'alimenti, & vestiti, & altri beneficii, & amorevolezze usatemi da vero padre à tenerli unnit, che perciò voglio, ordino, & commando, che il mio herede delli feudali sia tenuto dar subito senza replica, nè eccezzione alcuna al detto frà Cesare mio Zio docati 20. m. contanti, quali cè li dono graziosamente per oblighi, che li tengo, & voglio, ordino, e comando, che detto mio herede di feudi di Alfidele, Monte Nigro, & Valle Chocchiaro non possa possedere, nè pigliar possesso di detto Terre secuta mia morte, se prima non pagarà, o sodisfarà li detti docati 20. m. al detto frà Cesare, e non altrimente, restandoli in piede tutte le sue raggioni, che hò disposto in detto mio testamento incaricando à detto mio Signor Zio frà Cesare voglia, se così li piacerà accudire al trattato fatto con il Signor frà Ascanio mio caro zio per conto del Priorato, seu Gran Croce, che trattò di Malta, giache io lo gustava per riputatione della famiglia.

Dispositiones factę in testamento in beneficium dicti Domini fratris Cęsaris æquitis Hyerosolimitani, quas mandat testator remanere firmas, & validas ultra dictos ducatos 20. m. fuiit nempè.

13 *Item lascio al Sig. frà Cesare Bucca d' Aragona mio dilettissimo Zio, dal quale sono stato allevato, cresciuto, e favorito, come proprio figlio, tutti li miei beni mobili in qualsivoglia cosa consistentino, la massaria delle pecore, con tutti suoi figli, & ogn' altra cosa pertinente à quella, di più il credito, che tengo con il Signor Marchese della Casa, con tutte le terze fin' hoggi di tutti li miei crediti, & particolarmente le terze nate dal prezzo della casa soggette al fideicommisso, seu li frutti di detta casa, quete l' esigenze, che mi si devono dal Signor Carlo Dentice per causa dell' affitto delle Terre d' Alfidena, Monte Negro & feudo di Valle Cocchiaro, e di più gravo detto Signore Gio: Battista Duca di Monte Negro mio herede universale à pagare à detto Signor frà Cesare sua vita durante annui docati 600., & anco lascio al detto Signor frà Cesare il pegno, che tengo del Signor Principe di Casal maggiore, seu il prezzo di esso.*

Item, in caso che detto Sig. frà Cesare fusse promosto al Generalato delle Galere della Religione di Malta, overe a dignità di Gran Croce, gravo detto Signor Duca mio herede à pagarli pro una vice tantum docati 4000. per una volta.

Et ex quo Dominus D. Ioannes Baptista Dux Montis nigri patruus D. Caroli testatoris, seclusa D. Lucretia sorore scilicèt si ipsa D. Lucretia nuo extaret est proximior, & ei immediate successor in feudis ipsi D. Carolo, prætenditur ex adverso super dicta dispositione feudalium ad beneficium ipsius Domini D. Joannis Baptistæ facta adesse Regium assensum invictissimi Domini nostri Regis ex capitulo, & gratia concessa Civitati, nedum in anno 1503. *ut in pragm. ult. de feud.*, *sed & in anno 1622.* ut ex registro Regiæ Cancellariæ, & proinde licèt dispositio in testamento facta in

14 beneficium remotioris agnati, & si in investitura comprehensi sit nulla *ex cap. 1. de success. feud.* ibi (*nulla ordinatione defuncti valente, vel munente*) exornat *Reg. de Pont. in d. cons. 20. lib. 1. Jo. And. de Georg. in repet. feudal. cap. 48. num.* 12. tamen hoc non procedit quando intervenit assensus Domini super dispositione sivè institutione, & agitur de feudo hæreditario pro ut est præsens casus, *Camerar. cap. Imperialem cart.* 11. *lit. D. & cart. 23. lit. G. de Pont. lect. feud. 13. nu. 1. & 17. & lect. 14. num. 14.* qui assensus potest concedi, & supervenire per modum legis, sivè constitutionis *Bold. in cons. 275. lib. 2. & in c. 1. q. penult. de success. feud. item per privilegium Ancar. cons. 170 Jas. cons. 64. n. 6. lib. 2. ubi additio, & sequuto testamento, cum assensu Domini haredi scripto competit beneficium §. fin. C. de edict. Div. Adrian. Affl. decis. 129. de Ponte cons. 24. nu. 17. & 23. lib. 2. & sect. 11. n. 23. Viv. decis. 409. n. 19 lib. 3. Angel. de acquir. possess. quæst. 2. num. 324. & in tract. de legitim. contradict. qu. 19. num. 54. vers. 8. Georg. d. cap. 48.*

Sed partes Dominæ D. Lucretię tuendo, dico, dictum prætensum assensum non obstare, & proinde dictam institutionem, & dispositionem factam ad beneficium dicti Illustr. Ducis Montis nigri remanere sine assensu, & sic nullam, & invalidam, &

15 omni Jure Dominam D. Lucretiam esse immittendam in possessionem tanquam proximiorem, & immediate succeditricem ipsius D. Caroli fratris jam defuncti ex pluribus.

Primo, quia assensus, qui prætenditur præstitus in dicta gratia concessa a Sua Catholica Ma-

16 jestate in duobus temporibus statim primo in anno 1565. ab invictissimo æternæ memoriæ Philippo II. Rege nostro, & secundo in anno 1622. ab invictissimo Domino nostro Rege Philippo III. est nullus, & invalidus, & non potest allegari, siquidem primus non fuit registratus infra annum servata forma Regiæ *Pragmatica unicæ de privileg.* infra annum præsentandis, sed deinde fuit registratus ordine Viceregis, sed inutiliter, sicut eadem Civitas, quæ dictum assensum impetraverat, sentiens hanc difficultatem iterum in dicto anno 1622. petijt eundem assensum, sicut & obtinuit ut apparet ex registro Cancellariæ in actis præsentato, & dictus secundus assensus deinde obtentus in dicto anno 1622. similiter fuit registratus elapso anno sub die 26. Februarij 1624. ex dispensatione Collateralis Consilij, ut apparet

ex Re-

ex Regia decretatione subscripta per quond. Regentem Brandolinum, in qua Regia decretatione fuit dictum, *ex quo fuerunt præsentata in tempore, Registrentur, & sigillentur*, ut appaset ex eodem supradicto registro Cancellariæ in actis præsentato, & sic similiter hic secundus assensus est sub eadem nullitate, sicut primus.

Siquidem, & si assensus est gratia *And. in cap. 1. de probib. feud. alien. per Lot. Camer. in cap. Imperialem cart. 44. lit. S. & cart. 62. lit. D. de Pont. de potest. Proreg. tit. 7. §. 3. num. 12. & tit. 8. §. 10. nu. 5.*, est tamen ad instantiam partis, & resolvitur in vim privilegij, *Bald. in prælud. feud. & in cap. 1. col. penult. hic finitur lex*, & ideo non est per viam legis & constitutionis sed est assensus, hominis generibus cum hac, vel illa persona super hoc vel illo feudo, ut considerat *Camer. in d. cap. Imperialem cart. 60. lit. O.* subjacet propterea dispositioni *dicta gratia unica de privileg. intra annum præsentandis*, in qua ordinatur sub clausula irritante, & annullativa, quòd omnia privilegia, omnesq; provisiones expeditæ, & expedita in Curia
17 Domini nostri Regis sunt in Regno Viceregi intra annum à die datæ presentandæ & præsentanda, & in eodem termino ejusdem anni exequutorandæ, & exequutorianda, quæ exequutoria est cum expeditione privilegij in forma Cancellariæ cum registro, & sigillo *ut in pragm. 1. & 2. de fid. memorial.* sic omnia in dicto anno expediri debent, & ideo dicta Regia decretatio subscripta ab uno tantùm Regente, & non à toto Collaterali Consilio, in qua dicitur, quòd *ex quo dictus assensus fuit præsentatus infra annum, registretur, & signetur*, est nullius roboris, efficaciæ, & valoris, & manifestè erronea cum reverentia, quia non sufficit præsentatio privilegij infra annum, sed requiritur totalis expeditio privilegij exequutoriæ cum
18 registro, & sigillo in eodem anno ex supradictis citatis pragmaticis, & ideo non observata dicta forma, privilegium, & gratiæ remanet nulla si nunquam fuisset in rerum natura, *de Pont. cons. 3. nu. 16. 25. vers. hac sunt, & 26. & cons. 5. nu. 32. cum seq. lib. 1. Joannes Andr. Georg. alleg. 3. num. 11. Rovit. in d. pragm. unica nu. 4. his decisum* junctis aliis, *Avell. Amat, cons. 33. num. 12. & 13.* Illustr. Dominus meus Marchio Torelli *Reg. capyc. Latr. consult. 52. à num. 7. usq; ad 12. lib. 1. & consult. 80. n. 38. lib. 2. Reg. Capyc. Galeot. controv. 17. n. 31. cum seq. contr. 18. & contr. 14. n. 47. lib. 1. Reg. Constant. in l. 1. num. 29. C. de Consulib. lib. 12.* & suut dictæ pragmaticæ in virili observantia, ut in *pragm. 4. de citat. de Pont. d. nu. 16. Capyc. Galeot. d. controv. 14. 17. 18. lib. 1. & controv. 49. lib. 2.* taliter quod Proreges non possunt dispensare, nec Collaterale Consilium, sed obtinetur supracarta a Sua Maje-
19 state *de Ponte d. num. 16. cum seq. cons. 5. nu. 32. usq. 65. cons. 72. num. 31. vers. quod secundum lib. 1. cons. 34. num. 6. & cons. 135. num. 3. lib. 2. Frecc. lib. 2. de subfeud. in tit. quis dicatur Dux. num. 61. Reg. Rovit. in d. pragm. unica num. 5. Reg. Capyc. Galeot. d. contr. 17. n. 2. in fin. D. R. Capyc. Latr. d. consult. 52. n. 19. & d. consult. 80. n. 38. cum seq.* quod & agnocens eadē Civitas, quod prima gratia concessa de anno 1566. nō erat registrata, & sigillata in Regno intra annum juxta dictam pragmaticam, iterum de anno 1622. supplicavit pro eadem gratia, ut est dictum, & de jure communi dicitur interinare, scilicet comprobare id quod Princeps disposuit, sivè in vim legis sive in vim gratiæ *Cravett. cons. 592. num 7. lib. 4. Seja in constit. Sabaudiæ tit. de interinat. glos. 1. num. 3.*

Non obstat, quod Præses Regiæ Cameræ *La-*
20 *narius in addit. ad Reg. Patrunum in c. 1. n. 2. de success. feud.* referat aliquādo dictam gratiā fuisse practicatam, siquidem non dicit fuisse oppositum de dicta invaliditate, & discussum, & proinde non potest dici judicatum, & in illis casibus ibi relatis omnia processerunt de consensu partium.

Secundo non obstat, quod dicta gratia reperitur in volumine Regiarum pragmaticarum, si quidem fuit inserta in dicto volumine à *Reg. Rovit.* in ejus penultima, & ultima impressione, & in impressionibus antiquis non reperitur, ex qua compilatione non facta ordine Superioris habentis potestatem legis condendæ nullam potest sumere authoritatem, & efficiam.

Tertio dicta dispositio ad beneficium Domini D. Joannis Baptistæ facta nullo modo ex assen-
21 su in dicta gratia concesso juvari potest, quia nec ratio mens Civitatis petentis, & Regis assentientis, nec verba ejusdem assensus cum dicta dispositione concurrunt, verba enim assensus sequi debemus, sicut canis leporis vestigia sequitur petitionem, & concessionem ponderantes *Andr. in cap. 1., qui successores teneantur, Camer. in cap. Imperialem cart. 52. lit. I.* & idem *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 26. nu. 4.* dicit, quod cautus debet esse, qui petit assensum ut non intexat multa, quæ probare non potest, quià assensus est dispensatio, quæ à vento ex levi fronde conteritur, & prosternitur sequitur *Dominus Reg. Merlin. controvers. tom. 2. c. 5. num. 9. & 10.* & ideò idem *Camer. Cart. 56. l. t. F. dicit*, quod in assensu consideratur, quod homo exprimit, vel quod ex mente expressum comprehendit, aut jus intelligit, & in hoc, quod jus intelligit est advertendum procedere tantum in his, quæ sunt de natura actus, & in his quæ sub expresso veniunt, *Montan. in tract. de regal. §. fin. nu. 13.*

Quare considerando verba petitionis, & concessionis dicti assensus in dicta gratia contenta, assensus enim consistit in verbo pirò, & in conclu-
22 sione *Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. 7. §. 9. num. 14. cons. 2. num. 199. lib. 1.* clarissimè constat assensum loqui de dispositione, quæ fit in proximiorem masculum simpliciter, & liberè absq; gravamine aliquo, quod ex petitione Civitatis, super qua petitione simpliciter Rex assentitur, manifestissimè colligitur in pluribus partibus ejusdē petitionis, & Primo ibi (*Item questa fidelissima Cit-*
23 *tà, Baronaggio, e Regno con quanta facilità li stati, & feudi tanto titolati, quanto non titolati in molto tempo con molte fatighe, e servitii acquistati in un punto si perdono nelle proprie famiglie delli acquirenti, succedendo in esse le donne, le quali si casano in famiglia aliena, supplica la Maestà Vostra habilitare, &c.*) Ex quo fit, quòd Civitas expressit rationem, & causam finalem, propter quam supplicavit pro dicto assensu, scilicet ut non amittantur feuda in familia, sed ut in ea conserventur, & si ex præmio privilegii inducatur causa finalis, eò magis, quando præmium ponitur pro causa, & ratione, prout est in hoc casu, dum Civitas dicit, *Conoscendo, l. fin. ubi Bart. ff. de hæred. instit.* & alibi idem *Bart.* ut refert *Jacob. Anton. Maur. allegat. 15.*

nu.3.& pulchrè *Reg.de Pont.ex Boss. Barbos. Surd. & aliis in tract.de potest Proreg. tit.* 10. *de divers. provision.§.1.n.*40.quando agnatus gravatur, feudum non conservatur, & pro satisfaciendo onere injuncto venditur, & alienatur; item in conclusione petitionis d eit Civitas,*possano, tam in actus inter vivos, quam in ultima voluntate disponer' delli detti feudi, e titoli in beneficio di quel mascolo delle loro famiglie, quale nel tempo della loro dispositione succederà, non essendoci femine prossimiori in gradu, non ostante che ci fussero donne similmente in gradu succesibili,& prossimiori*. Dum vult Civitas, quod dispositio fiat in beneficium masculi proximioris non respexit beneficium, feudatariæ disponentis, sed beneficium, & utilitatem proximioris agnati succedentis, & sic non voluit commodum disponentis, sed utilitatem ipsius succedentis, ut perbellè in alia simili gratia considerat *Camil. Medic. cons.* 71.*num.*4. sicut in assensu, in quo dicitur, quòd vendat Titio, est contemplata persona Titii em-
24 ptoris, non venditoris, *Frecc. d.lib.2.quast.*40. Idem & tertio apparet manifestè ex aliis verbis appositis in conclusione dictæ petitionis factæ à Civitate, dum dicit (*Sarà questa gratia à questa sua fidelissima Città, Baronaggio, e Regno d' infinitissima sodisfattione, al suo Real Patrimonio non apportarà danno alcuno, atteso che come succederia la femina, succedendo il mascolo, ne meno si causaria molto danno alle dette femine, possendo hoggi il feudatario gravarle sopra il feudo usq; ad valorem feudi, e se li daranno molte cautele inventate per simile dispositione, quale hà partorito alli suoi fidelissimi sudditi infinite liti, dispendii aggravii, & intrichi delli Regii Tribunali*) Consideravit propterea Civitas, quod respectu fisci est successio de una persona ad aliam, & sic fiscus ex ea nullum habet detrimentum, respectu verò mulieris exclusæ, est evitare lites,& quitare gravamē usq; ad valorem feudi ad finem dandi feudum proximiori agnato, ut ideo manifestè liquet Civitatem considerasse, & voluisse, quod sicut totum gravamen erat in beneficium agnati ad finem, ut agnatus ipse haberet totum feudum, ita per dictum assensum absq; tali gravamine haberet totum feudum liberum, necesse est ergò fateri totum beneficium consideratum in petitione, & assensu esse ipsius agnati succedentis, & ut feudum conservetur in familia cum ipso proximiore masculo, quod beneficium dum deficit propter onus injunctum, ces-
24 sat dictus assensus, & gratia; in omnibus enim causis id observatur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente causa, beneficium quoque deficiet *l.in omnibus la* 2. *ff. de regul.Jur.*& ideo sive prædicta causa sit essendi, vel fiendi, & deficit in dicta dispositione sequuta post dictam gratiam, & assensum, deficit ipse assensus, & gratia, *Soccin.in l.1 num.2.ff.de legat.1. Reg. de Pont.d.tit.*10.*§.*1. *num.*38. & 39. idem etiam dicit *Camer.*quod assensus, qui exprimit certam qualitatem submota illa qualitate nihil præstat *in d. cap.Imperialem cart.*56.

Et descendendo ad ipsam habilitatem concessam disponendi de feudo in beneficium alicujus per-
25 sonæ quod d.spositio debet esse simplex, & libera absq; onere, considero, quando sit quæstio generica, si possit dicta dispositio fieri etiam cum onere fideicommissi, disponendo scilicet in beneficium personæ nominatæ illamq; gravando de restituendo alteri, & magis recepta opinio est, quòd non potest fieri fideicommissum ut habilitas concessa intelligatur de prima dispositione, non de secunda, *Frecc. lib.2.quast.*35.& 37. *Loffred.cons.*7. *Minad.cons.*8. *Pras.Franc.decis.*153.*nu.*27. *Reg.de Pont.de potest.Pror.tit.*8.*de refutat. feud.§.*5. *nu.*1, 29.30.& 31.*vers.hac sunt, Maur.jun.alleg.*6. *n.*7. & 8.*Montan.d.§.fin.à n.*10.*usq;ad* 13.

Tamen quòd non possit opponi onus solvendi aliquam quantitatem, nec in ea quantitate grava-
26 ti, probatur ex *Bart.in l.unum ex familia §. sed etsi fundum ff.de leg.*2.ubi dicit, quòd si aliqua res est distribuenda inter aliquos, non potest assignari una pars cum onere solvendi aliquam quantitatem alteri extraneo, & non de comprehensis in distributione, ex hac doctrina inferunt nostri ad assensum concessum in alienatione, sivè dispositione feudi facienda in beneficium alicujus, ut non possit apponi onus solvendi aliquam quantitatem etiam inter comprehensos in investitura, sed quod dispositio, & alienatio debet esse libera in nominatum, quia in assensu una persona consideratur, & non plures, & non potest fieri divisio, *Loffred, d.cons.*7.*num.*13.*Camer.in d.cap. Imperialem cart.* 60.*lit.T., Minad.d.cons.*8.*num.*12. & 64., *Maur. Jun.d.alleg.*6.*num.*7. *Montan.in §.§.fin.à n.*10. *usq. ad* 13., & ideo Dominus Frater Cæsar non potest dicere, quod est de familia, quia gratia non loquitur de pluribus personis familiæ, sed de una persona scilicet de proximiore, & amplius tan-
27 quam Eques Hyerosolymitanus, & verò Religiosus non est capax legati facti in beneficium familiæ *Stephan.Gratian.discept.forens.c.*457.*n.*28. *lib.* 3. quod etiam comprobatur, quia esset dispositio de casu mixto, de quo assensus non loquitur,nec ex mente, & ratione petentis, & concedentis compregeditur, est dictum, & ponit *Camer. in 6.cap.Imperialem cart.*52.*lit.H.cum seq.* Et dispositio facta cum onere est facta eum modo adimplendo, qui modus non est expressus in dicto assensu, & gratia, & sic de eo assensus non loquitur, quia potest esse interesse Regis assentientis in modo scilicet in ipso gravamine, ut de eo tenatur, & pro eo sit obligatum feudum, & ideo non sufficit, quòd sit concessa potestas disponendi de feudo, & quod sit nominata persona, in beneficium cujus sit facienda dispositio, sed est necesse, quòd exprimatur modus,alitèr assensus non juvat, sic judicatum fuit in S.C.*Pras. Franc. dec.* 153.*n.*28.& 29.*Reg.Rovit.in pragm.*1.*num.*46. *de fid.memorial.Dominus Reg.Merlin.d. tom.*2. *cap.*9, *num.*25.& 26.

Nec dicatur quod gravamen venit ex natura feudi hæreditarii, & sic quòd feudatarius habet feudum ex dispositione eum assensu, & quod tenetur ad gravamen ex qualitate feudi hæreditarii, cui succedit, prout in eadem gratia, & assensu dicitur, quod ex dicta dispositione remaneant feuda hæreditaria, & antiqua.

Siquidem non possunt hæc duo considerari separata, scilicet dispositionem feudi factam in agnatum proximiorem, & ipsum gravamen injunctum ipsi agnato, sed sunt omninò conjuncta, & admixta ex individuo voluntatis; disponens enim non vult disponere absque onere, & Dominus assensiens non assentit dispositioni, factæ cum onere

de quo in assensu non fuit loquutus, nec in petitione illius tale onus fuit expressum, & in eo ipse Dominus habet interesse, ut ideò stante onere, & gravamine facto in ipsa dispositione, dispositio non comprehendatur sub assensu, nam est certum quod si dict. assensus comprehēderet etiam dispositionem factam cū onere esset assensus super
29 ipso onere ex trita regula, quod assensus præstitus simpliciter alicui testamento omnia in testamento contenta comprehendit etiam legata, & fideicommissa *Camer. in d. c. Imper. cart. 60. litt. F. G. H. I. Reg. Rovit. cons. 83. nu. 22. lib. 2.*, sic etiam assensus simpliciter petitus, et præstitus super instrumenta cōprehendit etiā in instrumento contenta *R. de Pont. d. tract. de potest. proreg. n. 6. de assens. Reg. super dote in princ. nu. 27.*, et propterea dicta dispositio D. Caroli remanet sine assensu, et sic nulla et succedit D. D. Lucretia soror.

Et ex hoc quod disponens non vult disponere absq; onere, oritur individuū voluntatis disponentis, prout in præsenti casu apparet manifestè, in quo D. Carolus testator expressè ordinavit quod hæres non possit apprehendere possessionem feudorum, nisi prius solvat ducatos 20. m. domino fratri Cæsari patruo, ratione cuius individui voluntatis dispositio corruit, et assensus nihil præstat
30 nec frater Cæsar potest dicto legato renunciare, quia nullitas dependet ex individuo voluntatis D. Caroli disponentis, non ex voluntate ipsius Domini fratris Cæsaris, ut generaliter tenent omnes ex individuo voluntatis induci nullitatem actus, et assensus super illo actu interpositi, etiam non obstante tali renunciatione *Andr. in d. c. Imperialem nu. 4. circa finem, Camer. cart. 42. & 59. Montan. n. 40. Reg. de Pont. de potest. Proreg. d. tit. 8. §. 3. nu. 1., & 21. cum seq. Pres. Franc. decis. 540.* idem *Montan. in tract. de regalib. offic. n. 79. Frecc. d. lib. 2. qu. 41.* signanter *à n. 10. vers. pro solutione*, et quatenus frater Cæsar posset renunciare, præcederet renunciatio, quæ esset facta in vita D. Caroli testatoris, et cum ejus voluntate D. Carolo mortuo nullitas habuit effectum suum, et sic effectus est consummatus, & sic assensus non juvat, quia assensus non confirmatur ex tempore, maximè quod agitur de præjudicio tertii statim D. Lucretiæ immediatè succedtricis *Reg. de Pont. in d. §. 3. num. 1. Montan. dicto §. fin. à numer. 10. usque ad 13.*

Nec obstat quod onus ducatorum 20. m. est relictum in codicillis, & institutio est facta in testamento, quia nedum etiam in testamento, est relictum onus solvendi annuorum ducat. 600. eidem Domino fratri Cæsari ejus vita durante, sed etiam ex quo dicti assensus gratiæ prædictæ loquitur de ultima voluntate, comprehendit etiam
31 codicillos *Camer. in d. c. Imperialem cart. 60. lit. B., & cart. 62. lit. L. vers. quoad quintum*, & quæ in condicillis scripta sunt perinde habentur, ac si in testamento scripta essent, *l. 2. §. 1. ff. de jure codicill.* & codicillus est pars testamenti *l. penult. ff. de quemadmod. testamenta aperiantur*, & ideo testamentum, & codicillus pro una scriptura habentur., *Mantica de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 6. n. 1, Hieronymus Gabr. cons. 102. n. 5. lib. 1.*

Tertiò considero, quod assensus contentus in dicta gratia est omnino difformis à dispositione facta per D. Carolum de dictis feudis ad beneficium Illust. Domini Ducis Montis Nigri patrui, & ideo remanet nulla talis dispositio, & pro ea non potest Dominus Dux uti assensu prædicto, nam in assensu dicitur quod possit feudatarius disponere in beneficium proximioris agnati masculi, & super dicta dispositione est datus assensus ibi (*sopra le quali dispositioni per il presente capitolo s'intenda dato il Regio assenso, & beneplacito di V. M.*) dicta verò dispositio nedum est ad beneficium dicti Domini Ducis proximioris agnati, sed ad beneficium etiam dicti Domini fratris Cæsaris, & sic est difformis assensus à dispositione facta est. & sic assentiisse non videtur, dum non consentit juxta voluntatem disponentis, quia aliter non erat dispositurus, dum Dominus non facit aliud, quam sequi voluntatem feudatarii, *Camer. d. c. Imperialem cart. 55. lit. R., & S. Dom. Reg. Capyc. Latro consult. 81. nu. 53. cum seq. lib. 2., Frecc. de sub feud. lib. 2. auctorit. 1. qu. 34. an. 4., & auct. 2 qu. 2. nu. 14. fol. 177., & qu. 10. an. 6. Ann. alleg. 45. n. 11. Præs. Fran. decis. 48., & 154. nu. 4., & 5. Reg. Rovit. cons. 39. num. 24. lib. 1. Camill. Medic. cons. 86. nu. 26.*, & allegat *tex. in l. non codicillum C. de testam.* quod omninò procedit in casu nostro, quia dicta difformitas nedum contigit ex verbis assensus sed ex ejus mente, & ratione, ut est dictum & idcircò dispositio omnino remanet nulla *Camer. in d. c. Imperialem cart. 52. Dom. Reg. Merlin. d. c. 9. nu. 32.*, & ideò sequitur alia regula, quod assensus regula-
33 tur ab actu, super quo interponitur, non actus ab assensu *Camer. in d. c. Imperialem cart. 44. lit. G. & cart. 52. lit. S. Ann. alleg. 6. nu. 4., Reg. de Pont. d. tit. de refut. feud. §. 8. n. 7. Præs. Franc. d. decis. 153. nu. 23.*, & in propria materia in licentia concessa testandi de feudo regulatur a testamento *Ann. d. num. 4. Reg. Capyc. Galeot. controv. 15. nu. 14. lib.*, ex quo sequitur, quod dum D. Carolus voluit disponere cum dicto assensu dictæ gratiæ, qui assensus dictæ gratiæ, qui assensus non adest, nec aliquid præstat in dicta dispositione, censetur noluisse disponere, *Camerar. d. cart. 54. col. 4., Loffred. cons. 17. n. 54. Frecc. d. lib. 2. qu. 33. Dom. meus. Theodor. alleg. 50. n. 18.*

Quarto dicta dispositio D. Caroli fuit omninò, & manifestè in fraudem ipsius D. Lucretiæ, ut ipsam dictis feudis, & tit. spoliaret, dum gravamina imposita cum aliis oneribus, quæ sunt in hæreditate excedunt valorem dictorum feudorum; & non intellexit. Dom. Carolus conservare feuda in familia, & in Duce proximiore, quare dictus assensus non comprehendit talem dispositionem fraudulentem, non enim Dominus consentit in fraudem alterius, & assensus super actu facto in fraudem non juvat, *Camer. in d. c. Imperialem cart. 7. col. 1. in principio, & cart. 77. col. 1. in fin.*, & licèt permissum sit gravamen usque ad valorem feudi, procedit quando fit absque fraude, quæ in omni casu, & in omni tempore improbatur, sic dictam conclusionem de gravamine permisso usque ad valorem feudi limitat; *Reg. de Ponte*, ut non procedat quando fit in fraudem successoris immediati in *tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dote §. 2. nu. 27.*, ubi dicit.

35 Et sic pariter annullat quamlibet dispositionem quæ quomodolibet fieret ad fraudandum legitimum successionem, etiam quando essemus in feudo hæreditario, cum lex non concomitetur fraudem, & etiam quæ dicta sunt intelliguntur, dummodo sincerè, bona fide, & sine fraude fiant ad tex.

in

in cap. 1. §. sed etiam res quos fiat investitura, ibi (*Feudum tamen quilibet dare potest, nisi fiat in fraudem* (ubi *glos. in verb. fraudem* subdit dicens, si ideo facit ut privet illum, qui succedere debet à sua successione, ibique *Andr. num. 5.*, & *Napod. in Consuetud. si testator in verb. disponere num. 14.* maximè concurrente titulo legati, vel donationis, secundum *Napod. ibidem*, quæ sunt decisiones ad hoc punctuales *ad tex. in cap. 1. §. si verò qualiter olim poterat. feud. alienari*, & *idem scribit in opere feudali sect. 11. nu. 58.*

P. Molfes. to. 1. ad Consuet. Neap. par. 3. tit. de succes. ex testam. qu. 2. n. 10. concludit idem dicens clarum est enim, ut hæres teneatur habere ratum factum defuncti vulgato text. in *l. cum à matre C. de rei vendic.*, quæ regula etiam in feudis procedit quando feuda sunt hæreditaria, & dispositio non fieret in fraudem vocati ad successionem ex traditis per *Andr. in c. 1. de alienat. feudi paterni.*

Surdus omninò videndus *in conf. 38 2. num. 35. & conf. 384. nu. 63. cum seq. lib. 3.* in proposito nostro post plures DD., quos citat, concludit dispositionem factam circa feuda hæreditaria in fraudem successoris non sustineri, quamvis absque fraude fieri potuisset *ad text. in l. Titius ff. ad Trebell. & in cap. beneficium ff de feudo fuerit controversia.*

Hinc vasallus, qui habet potestatem infeudandi, infeudat in fraudem *d. c. 1. §. sed etiam res per quos fiat invest.*, *ubi glos. Alvarot. in c. 1. §. fin. col. 2. vers. sed intelligas de controver. investit. Clarus in § finalum qu. 32. vers. sciat tamen nu. 4.*

Et communiter DD. limitant præfatam regulam *legis cum à matre C. de rei vind.* & concludunt

36 hæredem non teneri habere ratum factum defuncti nullum, & invalidum factum ad fraudandum ipsum hæredem *Gram. decis. 93. nu. 7., Surd. conf. 126. nu. 5. lib. 1. Ossesc. decis. 183. nu. 1. Bart., Bal., & Paul. in Castren l. 2. ff. si quid in fraudem patroni, Tiraquell. de utroque retractu tit. de retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 57.*, *idem Surd. d. conf. 384. nu. 67.*

Quinto D. Carolus testator in testamento non dixit disponere vigore dd. assensus contenti in dicta gratia, prout erat necessarium, ut scribit *Affl. in c. 1. §. item Sacramenta in 3. glos. num. 33. de pace jur am. firmanda*, ubi dicit, quod qui potest facere aliquem actum virtute privilegii si hoc non expri-

37 mit, actus non tenet, quià videtur renunciare illi privilegio cùm non exprimat facere ex ea auctoritate, ad idem *Frecc. allegat. Romanum, Felin, Abbat. & Barbos. in d. lib. 2 de subfeud. qu. 31. nu. 1. & 2. 3.*, & non dissentit Dominus meus *Reg. Capyc. Latr. in consult. 88. n. 24. cum seq. lib. 2.* qui scripsit pro Domino Marchione Capurtii contra quem erat Advocatus Præs. Reg. Cameræ *Fulvius Lanar.*, qui in addit. ad *Reg. Patruum in c. 1. num. 2. de success. feud.* meminit de dicta causa, & non advertit ad prædictos DD., totum fundatur in una rat one, quòd testator censetur testari secundum statuta Patriæ, sed illud benè procedit in assensu legis, & ita proced. *Camer. in d. cap. imperialem car. 55. lit. S. T., & V., & Frecc. d. qu. 33.* non autem procedit in assensu hominis, ut declarat *Reg. Rovit. in conf. 13. lib. 1.*, & assensus dictæ gratiæ est hominis scilicet Domini Nostri Regis, prout etiam in ejus Vicario concludit *Montan. in tract. de regal. offic. num. 56.*, & dictum est supra.

Nec dicta dispositio usvari potest ex dictis Codicillis, in quibus sit mentio de dicta gratia, quià

38 in ipsis codicillis D. Carolus testator, etsi declaret velle uti dicta gratia, id declarat sub verbo *præsentis temporis*, & sic egebat nova dispositione; quàm in ipsis codicillis non facit, non enim dixit velle uti dicta gratia circa dispositionem jam factam ad quam idcircò dicta gratia referri non potest.

Sexto. Et postremò in eadem gratia dicitur, quod possit feudatarius disponere in proximiorem agnatum masculum exclusa fœmina proximiore, cui possit relinquere quod sibi videtur de dote si non est maritata, & *per amorevolezza* si est maritata, & dotata, illud verbum (videtur) intelligitur arbitrio boni viri, *Menoch. lib. 1. de arbitr. cap.*

39 8. *num. 1. & 2., Ripoll. var. cap. 13. num. 499.* & certè ex dote recepta, & ex relicto facto per D. Carolum ipsi D. Lucretiæ duc. 100 pro una vice non est quantitas condigna, & ideò licet dispositio non esset nulla, quod negatur ex supradictis, competeret D. Lucretiæ supplementum arbitrio boni viri habito respectu ad valorem feudorum, & ad titulum Marchionatus, ut in licentiam disponendi, dum aliquid relinquatur alicui personæ competere Jus pro adimplemento illi personæ scribunt *Cuman. in l. 1. ff. ad leg. falcid., Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. nu. 26., Affl. decis. 158. nu. 5. Surd. de aliment. tit. 9. qu. 21. num. 25. Stephan. Grat. discept. forens. lib. 1. cap. 44. num. 9. & 10.*

Ex quibus omnibus omninò est immittenda D. Lucretia in possessione dictorum feudorum, quià vel prædicta omninò excludunt Illustr. Ducem hæredem institutum in feudalibus, vel prætensio ipsius Illustr. Ducis est cognoscenda in petitorio, & interim est immittenda D. Lucretia in possessio-

40 ne dictorum tanquã proximior, & immediata succeditrix vocata ex lege investituræ, & sic veniens claro, & aperto Jure ex dispositione *text. in cap. 1. de success. feud.* ut in propriis terminis fuit judicatum per S. C. facta relatione in Collat. Consil. in causa Laudoniæ Comę, pro qua scripsit *Gall. conf. 64.* & obtinuit, & pro adversa parte scripsit *Reg. de Pont. in conf. 24. lib. 2.* & succubuit, ut ipse et am refert, de qua decisione meminerunt *Praj. Ursin. & Franc. de Amicis*, ille *in tractat. de success. feud. part. 3. qu. 3. num. 28.* iste *in tract. de his, qui feud. dar. poss. num. 4. fol. 142.*, & extat impressum votum Regentis *Salernitani*, qui intervenit in dicta causa, & judicavit pro Laudonia proximiore vocata *ex l. investitura, ut in alleg. divers. Jurisconf. impress. post decis. dict. Reg. Salernitani fol. 187.*

Idem fuit judicatum in causa Marci Antonii Moles cum D. Thoma Moles, *Reg. Tap. in decis. S. C. 1. Reg. Rovit. in pragm. 11. num. 122. de feud. & num. 73. 94. Georg. alleg. 11.* & in terminis dictæ gratiæ, fœminam esse immittendam in possessione, non obstante dispositione defuncti feudatarii in ejus exclusionem facta optimè fundat, & dictas decisiones recenset Illustr. Marchio Torelli *in d. alleg. 86. num. 30. usq; ad 48. lib. 2.* & ita etiam obtinere debet D. Lucretia ut supplicat. Neap. die 29. Maij 1646.

Petrus Caravita

ANIMAD-

ANIMADVERSIO

Ad Resolutionem 200.

SUMMARIUM.

1 *Civitas Neapolitana repræsentatur per sex Plateas, & non per electos, quorum Officium versatur circa Annonam.*

2 *Electi Neapolitanæ Civitatis in concernentibus annonam habent potestatem cum libera, & ità decisum refertur.*

3 *Electi Civitatis non possunt recusare Judices absque speciali mandato.*

4 *Plateæ solent tribuere amplam potestatem deputatis.*

5 *Universitates Regni possunt se congregare in Concil. generali, & eligere deputatos cum mandato speciali ad contrahendum.*

6 *Creditor, qui contraxit cum Administratoribus, vel Electis Deputatis in Conc. generali non tenetur probare versionem pecuniæ in utilitatem Universitatis.*

7 *Cives possint cogi ad se obligandum in beneficium Universitatis, & in locum de mortuorum, cogitur Universitas alios subrogare, juxtà exempla, quæ referuntur.*

8 *Donativa, quandò sunt præstanda à subditis eorum Principi ob illorum calamitates.*

9 Jo: Baptista Consaloous *commemoratur.*

10 *Donativa, quandò præstantur à Baronibus, & Regno, si aliqui prætendant esse immunes, an quantitates à qua prætenditur immunitas debeat solvi ab aliis, ità ut integrum debeat præstari donativum.*

11 *Legatum præstandum ob omnibus, debet integrum præstari, quamvis aliqui deindè eximantur.*

12 *Refertur decisio Regiæ Cameræ de anno 1625. quæ prodiit in terminis donativi facti Regi, ut* nemò sit exemptus.

13 *Clausula apposita in donativis, vel Privilegiis, ut* omnes solvant nemine exempto, *an cedat in damnum Regis, vel cæterarum Universitatum.*

14 *Decisio Regiæ Cameræ, quæ prodiit de anno 1625. in dubium revocatur.*

EXornando illud quod tradit *D. meus Consiliarius Staibanus* in hac resolutione à *nu. 27. cum sequentibus*, animadvertere oportet, quod Civitas Neapolitana repræsentatur per sex Plateas, nempe quinque Nobiles, & per sextam Popularem, non autèm per Electos, quorum Officium
1 versatur circa annonam ex traditis *per Franciscũ de Petris consil. 46. num. 1. 2. & 3.* & adsunt literæ Regales, de quibus apud *Consiliarium Roccum de Officiis in tit. de Potestate Electorum Civitatis §. 6. num. 86.* accedit *Reg. Sanfelicius in praxi judiciaria sect. 15. num. 6. & in addit. ad decis. 135. ad num. 37. in calce dictarum decisionum tom. 2. fol. 4.* ubi tradit, quod Electi in concernentibus Annonam habent potestatem cum libera, & ratioci-
2 natur sub his verbis. *Adde quod Electi Civitatis Neap. in concernentibus Annonam sunt Administratores habentes liberam potestatem, & possunt transigere tent, ut in l. Præses Cod. de Transactionibus Bart. in l. mandato ff. de Procuratoribus, ibique refert, Procuratorem cum libera posse omnia facere, quæ ipse Principalis, sed non donare l. contra Iuris §. fin. ff. d. pactis, & ideo observandum per Delegatos ad observantiam Capitulorum, & observatum fuit per Electos Civitatis, per quos fuit inita transactio cum D. Iulia Brancaccia, & per Collaterale Consil. interpositum decretum sub die 19. Decembris 1642.*

In causis verò extrà Annonam, neque Electi Civitatis possunt recusare Iudicem, uti suspe-
3 ctum, nequè subscribere capita recusationis absque speciali mandato, ut benè animadvertit *Reg. de Marin. cap. 114. nu. 8. resolut. Juris tom. 2.* de quò memores fuimus *in observ. ad singul. 388. nu. 26.*

Solent siquidem Plateæ tribuere amplam pote-
4 statem dictis deputatis, ad hoc, ut omnia possint facere, quæ posset Civitas ipsa in unum coacta facere, & proindè in re mandata constituunt Civitatem: cui difficillimum esset in quolibet negotio, & casu contingente se congregare, ut perpendit *Consiliarius de Rosa in sua consultat. 1. num. 1.*

Ex quibus principijs descendit, quod nè dùm in hac nostra inclita Neapolitana Civitate permis-
5 sum est Plateis Civitatem repræsentantibus eligere Deputatos cum amplissima potestate ad contrahendum, ut suprà diximus, sed permissum est quoque cæteris Universitatibus Regni legitimè se congregare in parlamento, seù Concil. generali prò eligendis Deputatis cum mandato speciali ad contrahendum, & ad recipiendum pecuniam mutuo, vel sub annuis introitibus, & illud quod fuit resolutum per dictum Concilium magnum dicitur conclusum per totam Universitatem, nàm Universitates valent obligare omnes Cives, & eorum bona, & in eodem Concilio dare mandatum Sindico, & aliis ut possint obligare. Cives in genere non se restringendo ad certas personas, juxtà opiniones *DD.* apud *Alexandr Trentacinq. variar. resolut. resolut. 2.* quod cujusquè *Universitatis nomine* accepit *Loseus de Jure Universitatis, part. 3. cap. 3. Capiblanc. de Baronibus Pragm. 12. num. 7. cap. 67. num. 7. 10. lib. 2.*

Quod adeò verum est, quod inito contractu in Concil. generali, vèl à Concilio Cives repræsentante, vel ab Administratoribus speciale manda-
6 tum habentibus, non tenetur Creditor probare versionem pecuniæ in utilitatem Universitatis, ut firmat, et decisum ostendit *Grassius ad Reg. Capyc. latr. dec. 116. à num. 14. ad 20.* & firmat de *Marinis in observat. ad decis. 209. Revert. an. 3. & 4. lib. 1.* latè *Brunneman. in commentar. ad Text. in l. Civitas 25. ff. de rebus credit. si cert. petat. à n. 1. ad 8.*

7 Cæterum Cives illi, quos Universitas in publico Cons. obligare mandavit, si recusaverint se obligare, possent cogi ad se obligandum, et in eorum contumaciam aliquando decernitur; *ut habeantur prò obligatis* ex traditis per *Reg. de Marinis lib. 2. resolution. cap. 59. num. 6.* quinimò in locum de mortuorum Civium obligatorum potest cogi Universitas alios subrogare, ut decisum refert *Capiblanc. de Baronibus cap. 67. lib. 2.* & practicatum fuit contrà particulares Civitates Nuceriæ Paganorum pro illis de Messia creditoribus per D. Reg. Sosiam Decanum Collateralis Cons. ut ha-

ut habetur in processu liquidationis Instrumenti ad instantiam Jo: Baptistæ Gattulæ contra Honoratum Caracciolum *fol.24.*

Agit *D. Consiliarius* in hac resolutione diffuso calamo de donativis, quæ fieri solent à subditis eorum Principi ob bellorum calamitates, & quan-
8 dò dicantur necessaria ob publicam utilitatem, & obligent subditos ad præstationem, ut à *nu.* 22. *ad* 71. Unde cum ultra scripta per *D. Auctorem* adsint consultationes satis celebres editæ in materia donativi per *Reg. Rovitum in consultatione illa post primum tom. Consilior. & per Reg. Sanfelicium post primum Volumen decis. & per Consiliarium Roccum de Officiis in tit. de donativis Regè faciendis §. 5. & per Jo: Dominicum Tassonum de Antefato vers. 4. à num. 18. cum sequentibus* ubi cumulat omnia donativa, quæ fuerunt in hoc Regno Regi facta ab Anno 1507. usque ad Annum 1601. Pauca superaddere nobis necesse est, cum satis sit remittere lectorem ad laudatos Authores, sed tantum recensere putamus articulum illum, qui emersit disputandus in causa donativi facti Suæ Catholicæ M. per hanc fidelissimam Civitatem in parlamento generali anni 1645. nempè si comparentibus aliquibus Universitatibus, & contendentibus habere Immunitatem à præstatione donativi possit Regius Fiscus Regalis Patrimonii prætendere, quod quantitates à quibus Universitates redduntur immunes, debeant solvi à cæteris Universitatibus, ad hoc, ut Regia Curia nullam patiatur jacturam, sed quia de hoc
9 articulo satis doctè, & disertè disservit prò tuitione Jurium Fiscalium *Ioannes Baptista Confalonus* tùnc solertissimus Regis Advocatus, consentaneum mihi visum fuit ejus brevem consultationem hic Typis subicere.

Consultatio Jo: Baptistæ Confaloni Fisci Patroni Regalis Patrimonii.

A Donativo facto Suæ Catholicæ Majestati in ultimo generali Parlamento, contendunt habere immunitatem multæ Universitates, quæ comparuerunt allegantes eorum Privilegia, Advocatus Fisci Regalis Patrimonii, posito quod privilegia quæ allegantur militent, debeantque
10 eædem Universitates eorum vigore gaudere hac immunitate, dicit quantitates à quibus ipse redduntur immunes debere solvi ab aliis Universitatibus, neque Regiam Curiam debere sentire damnum, aut jacturam ejus summæ, qua privilegiatæ Universitates judicarentur immunes ex doctrina *Bald. in l. etiam num. 16. in fine C. de exequut. rei jud.* quo in loco in propriis nostris terminis quærens aliqui sunt exempti à solutione impositionis, an reliqui teneantur solvere totum, distinguit, aut sunt exempti antè contractam obligationem, & reliqui tenentur solvere totum per *tex. in l. ab omnibus* 106. *ff. de legat.* 1., aut post obligationem contractam, & non tenetur solvere partem contingentem exemptis. *Bald. sequitur Romanus in l. 4. §. actor col. fin. ff. de re judic.*, hoc etiam tradit *Aret. in d. l. ab omnibus ff. de legat.* 1. ubi sequitur generaliter, & per eum tex. tradit partem tangentem locis exemptis debere solvi per non exemptos, & eum sequitur *Jas. in l. de duob. §. hæres num. 4. ff. de legat.* 1. & omnes moventur per *text. in d. l. ab omnibus*, in quo legatum factum ab omnibus quamvis aliqui deindè
11 eximantur debet integrum præstari, & per eum *tex.* ibidem hoc omnes firmant, & in casu nostro ratio est evidens, quia donativum fuit factum à Baronagio, & Regno, & propterea debet integrum à Regno præstari, quamvis aliqui de Regno sint immunes, ut optime declarat *Bart. in l. 2. sub num. 3. C. de apoc. publ. lib.* 10. per *text. in l. proponebatur ff. de judic.* quem sequitur *Jas. in d. l. de duobus §. hæres num. 4. ff. de legat.* 1. ex quibus in casu nostro totum donativum debet à Regno persolvi, quamvis aliquæ Universitates habeant Privilegium immunitatis (eo magis quia Privilegia quæ allegantur, præcedunt donativum secundum distinctionem *Bald.* superiùs relatam, quam in propriis terminis donativi sequitur *Belluga in speculo principium rub. 46. §. donum sub num. 9. circa finem, vers. scias tamen*, & novissimè Judex *M.C.V. Joannes Dominicus Tassonus super Pragm. de Antefato observat. 3. vers. 4. num.* 27. omnia confirmat referens decretum Regiæ Cameræ sub die 22. Martii 1625. quo fuit determinatum in favo-
12 rem Regii Fisci in donativo facto Regi cum clausula, *ut nemo sit exemptus, quod Regia Curia exigat integrum donativum, & omne aliud, quod diminuitur de dicta summa donata, ex causa Universitatum exemptarum, vel aliarum personam habentium Privilegium exemptionis agregetur Regno, & non veniat in damnum Regiæ Curiæ, quæ in tali quasi possessione exigendi manuteneatur*, & ibidem adducit *decis. Reg. Moles. 25. & Reg. Revert. in manuscriptis*, qui conveniunt in distinctione prædicta *Bald.* Imò in eisdem scripturis productis per Universitates Fragniti, & Thori, quæ fuir Abbatiæ S. Sofiæ de Benevento, & Insulæ Ischiæ in ipsis decretis, quibus fuit ordinatum eas tractari immunes à donativis, fuit etiam promissum earum ratam aggregari Regno ex quibus non videtur amplius super hoc dubitandum, & *Bald.* distinct. sequitur etiam *Reg. Rovit. in consult. in materia donativi pro Regia Curia post ejus consilia tom. 1. num. 24.* & novissimè Dom. *Reg. Capic. Galeot. controv. jur. lib. 2. controv. 55. antè nu. 37. & seq.*, ubi in casu immunitatis indubitatum esse *Bald.* distinct. testatur post *Reg. Rovit.* in loco superius citato, &c.

Jo: Baptista Confalonus Regis Advocatus

Transit sine controversia illud quod dicit D. Fisci Patronus, quotiès in donativis Factis Domino Regi a Regni Baronibus, non esset apposita clausula *ut nemo sit exemptus*, quia si apposita esset talis clausula, quod *nemo sit exemptus*, in eo casu Immunitas in Regis damnum cedere debet, & non quantitas deficiens potest exigi ab aliis non exemptis, ut habetur ex *Reg. Reverter. decis. 54. vers. 2.*, & ex *Reg. de Marinis in observat. num. 6.*; ubi assignat rationem, quod cum Rex non obstante clausula prædicta mandet servari exemptionis Privilegium, cēsendum erit, ac si post donativum prædictam Immunitatem concessisset, et per consequens ad sui damnum cedere debet, accedit idem *de Marin. in observat. ad decis. 117. num. 1. & 2. & ad decis. 161. à num. 8. ad 10. ejusdem Reverter. lib. 1.* undè cavendum esse a decreto Regiæ Cameræ de anno 1525. relato per *Tassonum*, advertit *D. Ageta in Annotationibus ad Reg. Moles in §. 4. Adua ad qu. 5. nu. 7. tom. 1*

Franciscus Maradei.

FINIS.

INDEX

RERUM, ET VERBORUM NOTABILIUM,

Quæ continentur in his noviſſimis Animadverſionibus, & Obſervationibus Franciſci Maradei in ſelectiſſimas Reſolutiones Juriſdictionales, Feudales, & Criminales.

REG. CONSILIARII PAULI STAIBANI.

A

Et

Conte-

ad resolut.12.num.1.2.3.& 4. pag.20. tom.1.

Creditores in actione personali si simul concurrunt, inter quos est Feudatarius, qui possidet feudum, an sit locus coactioni, vel retentioni in beneficium possessionis, ibid.n.10.pag.26.

Creditorum graduatio, & discussio semel facta, & exequutioni demandata non potest iterum fieri, animad.ad resol.1 1 2.num.10.pag.26.tom.2.

Creditorum graduatio est ad instar sententiæ, quæ tribuit jus creditoribus, & revocari non potest, ibid. nu.11.

Creditor, qui contraxit cum Administratoribus, vel Electis Deputatis in Concilio generalis non tenetur probare versionem pecuniæ in utilitatem Universitatis, animad.ad resol.200.n.6.pag.103.tom.2.

D

Decimæ prædiales an continantur sub nomine census in proposita specie, animad. ad resolut. 185.& 186. num.10. pag.89. tom.2.

Decimæ prædiales debentur de jure naturæ, quia decimæ sunt instituta à Domino, in recognitionem universalis dominii, ibidem n.11.

Decimæ extraordinariæ an debeantur de jure natura ibid.num.19.pag.90.

Verba illa ex natura rei, *quid importent. ibid.num. 20.*

Decimæ prædiales sunt de jure Divino destinatæ ad congruam substentationem administrorum Altaris, ibid.nu.23.pag.91.

Decimæ prædiales suat onera personalia destinsa pro alimonia Administrorum Altaris, ibid. nu.26. pag. 92.

Decimæ debentur de jure communi, & est attendenda Consuetudo loci, ibidem num. 28. pag. 93.

Decimæ an sit onus rei, vel fructuum à solo separatorum, ibid. n.29.

Decretum S. Cons. interpositum sub die 12. Januarii 1718. carpis D.Consiliarium Costantinum Grimaldi, ejusque decreta domi interposita prosternis ex sequentibus decernendi rationibus. Animad. ad resol.111. à nu.7.ad n.8. pag.24.25. & 26.tom.2. ubi referantur integra verba decretorum.

Prima ratio decidendi, quæ stat in decreto Sac.Conf. est illa, quod non poterat Consiliarius domi ordinare, novam relationem creditorum, & ad illius discussionem procedere, quando aderat alia relatio, & graduatio, & creditorum discussio antecedentèr facta de anno 271 a., & de anno 1696.ibidem num.9.& 11.pag.16.

Secunda ratio, quia relatio, & graduatio creditorum revocari non potest per novam relationem, & graduationem, quia per primam fuit requisitum Jus creditoribus, ibidem n.1 1.

Tertia ratio, quia pendente judicio advocationis non poterat procedi exequutivè & ex abrupto ad relationem creditorum venditionis capitalis assignati Cappellæ S.Basii, sed erat expectandus exitus dicti Judicii avocationis, quod est Judicium ordinarium decidendum prævio termino, & sententia, ibidem, num.14.

Quarta ratio, quia non poterat idem Consiliarius Domi decernere, quod respectu crediti Venerab. Cappellæ D. Biasii lacus liberi infra quatuor dies audiantur partes, & interim restituatur capitale assignatum, & procedatur ad venditionem, prout fuit processum, & pretium liberatum, ex quo decretum prædictum tollens de facto possessionem Venerabili Cappellæ continebat merum spolium, & proinde S.C.justissimè censuit esse purgandum, & eandem Cappellam esse manutenendam in possessione, ut constat ex verbis decreti dicti S. C. ibidem n.14.pag.27.

Quinta ratio ex quo fuit processum acceleratè, & inculcate, & per collusionem ad venditionem capitalis, & liberationis pretii post supplicationes porrectas de verbo faciendo in Sac.Conf. virtute consensus præstiti, & nullo remedio interposito adversùs decreta domi interposita, ibidem n.15.

Sexta ratio decidendi oritur ex quo in decreto domi interposito fuit bis hæsitatum, & in dubium revocatum, si hypoteca dotis, & antephati incipiat à die capitulorum matrimonialium, vel à die obitus viri, quando nulla est hæsitatio in Jure; quod hypotheca incipiat à die capitulorum matrimonialium, & nunquam fuerit in controversiam deductum, si incipiat à die obitus viri, etiam respectu antephati, quod per mortem viri lucratur, ibidem, ut in n.15. versic.quinta ratio pag.27.num.16.

Septima ratio ex quo non poterat Consiliarius causæ Commissarius domi ordinare novam creditorum prælationem reformando primam exequutionem demadatam per decreta Sacri Conlilii ibidem num.1 5.

Decreta, & acta facta in diebus festivis ad honorem Dei, an & quando fieri possint absque vitio nullitatis, animadvers.ad resol.41. num.9. & 10. pag.30. tom.1.

Decretum Judicis requiritur ad obligandum bona feudalia, vel immobilia pupilli, etiam si causa obligandi sit necessaria, nempe pro dote, paragio, vel donatione propter nuptias, animad. ad resol.102. nu.22.pag.7.tom.2.

Decretum Judicis quemadmodum requiritur in alienatione feudi, vel rei stabilis minorum ita requiritur in alienanda actione ad feudum, vel in actione competente ad ipsam rem immobilem minoris, ibid.nu.23.

Delictum ad hoc ut dicatur proditorum exclusum à generali abolitione requiritur, ut sit consumatum per actum vulneris, etiam si fuerit proditorum commissum colore amicitiæ, animad. ad resol.105. num.35.& 36.pag.19.tom.2.

Delicti qualitas exclusiva ab indulto est plenè probanda, ibid nu.37.

Dignitatis insignia acquiruntur per expeditionem privilegii in officiis habentibus annexam jurisdictionem, quamvis jurisdictionis exercitium non acquiratur antè præstationem juramenti, & de ratione animad.ad resol.87.nu.3 pag.58.tom.1.

Disponendi facultatem habens ex jure communi, & ex jure speciali, si non disponat ex jure speciali, & actus sustineri non possit, præsumitur disposuisse secundum jus speciale, ad hoc ut actus valeat, animad.ad resol.172.n.114.pag.68.tom.2.

Dominium officii est penes Regem, & non censetur concessum nisi exercitium, & nudum ministerium, animad.ad resol 59.nu.13.pag.37.tom.1.

Dominus directus an possit propria authoritate apprehendere possessionem non citato possessore utili domino rei emphiteutica, census non solutos, vel alienationem irrequisito Domino factam, animad. ad res.176.num.1.pag.84.tom.2.

Et quid existente pacto ingrediendi possessionem propria authoritate, ibid.n.2.pag.85.

Et

ibi-

Reg.

M

N

O

Pæna

opitus

Re:

S

T.

V.

F I N I S.